Digitized by Google

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
6
9
B
56
ROMA

Digitized by Google

6.3.B.66

CHRISTOPHORI LONGOLII ORATIOnes duæ pro defenſione ſua ab leſæ maieſtatis crimine , longe exactiori q̃ ante iudicio perſcriptæ, atq; ex ipſius authoris ſententia in lucem editæ.

Oratio vna ad Luterianos.

Eiuſdem Epiſtolarum Libri Quatuor.

Epiſtolarũ Bẽbi & Sadoleti Liber Vnus,

Quibus omnibus præponetur ipſius Lõgolii vita perdocte atq; eleganter ab ipſius amiciſſimo quodam exarata.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Accuratione, typis Iodoci Badii Aſcẽſii, & impenſis eius, & Ioannis Roigny, in inclyta Parrhiſiorum Academia.

1533

Ex Legato [illegible]

Chriſtophorus Picartus Ioanni Picarto Pa-
trueli ſuo in ampliſſima Curia Patrono S.

EXemplar monumẽtorũ Chriſtophori
Lõgolij,abs te mihi,quo typis Aſcenſia
nis excuderetur,cõmiſſum,& legi liben
ter,& deoſculatus ſum arctiſſime: non tam ꝙ
abs te ꝑfectũ eſſet(q̃q̃ id quidẽ magnũ)q̃ qꝰ le
gẽdis viri illius lõge diſertiſſimi & orationibꝰ
& epiſtolis animaduertere viſus ſum Cicero-
niani ſeculi phraſim huic noſtro aut iã plane
redditã eſſe,aut certe breui reddẽdã,ſi quidẽ in
ſtiterint Romanę dictionis ſtudioſi homines,
ipſius Lõgolij diligẽtiã in ea re prope incredi-
bilẽ accuratius imitari.Quippe qui Ciceronis
nõ dico vmbrã aſſecutus eſt, ſed lineamenta
quoq; ipſa ferme omnia ſic expreſſit,vt ætati-
bus iã plurimis nemo propius ad verã germa
nãq; Ciceronis imaginẽ acceſſerit.Id quod co-
gnitu nõ difficile iis pręſertim futurũ eſt, qui
crebro nõ oſcitabũdi haſce tãti viri lucubratio
nes ſic lectitarint, vt illis lectitãdis cultiores
euadere ſtuduerint.Quo nomine feciſti cũ Lõ
golii ipſius manibus (ſiquis apud illos laborũ
noſtrorũ ſenſus eſt)rẽ lõge lętiſſimã: tũ nobis
id eſt omnibus eloquẽtię Tullianę miratori-
bus,gratiſſimã.Bene igitur vale,& bene age-
re,Criſtophorũq; etiã hũc redamare perge, nõ
modo cauſarũ bonarũ,ſet vel literarũ patrone
cãdidiſſime.Ex ędibꝰ paternis, in inclyta Pa-
rhiſiorum Lutetia, ad eidus Iunias.1526.

Arnulpho Ruzæo Abbati Mariȩ virginis a Victoria Cōmēdatario, & Scholaſtico ſeu Cancellario Aurelianēſi, ſupremeq́ʒ apud Pariſios curiȩ Senatori eximio, Iacobus Tuſanus S.

CVm mecū ipſe reputarem, Arnulp[illegible]e vir omni laudū p̄fatione maior, cuiu[illegible] potiſſimū ſcriptoris opus Aſcenſiano excuſum prelo ſub tuo noie publicarē: tū vt oſtēderē te & ꝑdoctū & ſanctis excultū moribus, amari a me coliq́ʒ ac obſeruari plurimū: tū ꝙ Ludouicus Ruzȩus ciuilis ille ſupprȩfectus, meus olim Mecœnas, frater tibi chariſſimus fuerit: ecce mihi Chriſtophori Lōgolij monumenta anſam perq̄ cōmodā ſignificādȩ obſeruātiæ erga te meȩ ꝑbuerūt. Neq́ʒ certe parum me debere ꝑfiteor Ioāni Picarto, viro præter bonarū literarū iuriſq́ʒ prudētiæ nō vulgarē peritiā, in cōmunē amicorū, atq́ʒ adeo toti⁹ patriȩ vſum nato: quū alijs ſexcentis, tū eo maxime noie, ꝙ iuſtū orationū & epiſtolarū Longolij ipſius volumen prius Chriſtophoro Picarto iuueni elegātiſſimo, mihi vero mox velut ꝑ manus vulgādū tradidit. Nā vt ipſum ego Longoliū ſemper perſpexi ob ingenuā morū ꝓbitatē, ob nitidā cōptāq́ʒ dictionē, ac dulcē itē orationē, ſolutā quidē & effluentē, ſed caſtigatā, ſed ſentētiis argutā, ſed verbis ſonātem & numeroſam, ſed Tullianȩ deniq́ʒ ꝓximā vereq́ʒ Romanam: ita nūc quoq́ʒ vita defuncti, mihi vt minime iucunda ſit, gratiſſima certe recordatio huic aīo

idētidem ſubire ſolēt. Idq̨ ꝓpterea ꝙ cōmuni vnius ac eiuſdē mecœnatis germani tui liberalitate, noſtra ſimul ſtudia, dū illi ī terris agerēt, niterētur. Quippe qui pro ſua prꝫſtāti doctrina, ꝓ ſingulari beneuolentia, ꝓpēſiſſimoq̨ in vniuerſam ſtudioſorū nationē fauore, nouo atq̨ inuſitato liberalitatis genere Lōgoliū (vt alios q plurimi & notiſſimi ſunt taceam) Romæ trienniū, me apud ſe Lutetiꝫ, octo plus minus annos ampliter ac ꝓlixe fouerit, ornarit, cohoneſtarit: etiā ſi parcius id de ſe ipſe poſteritati teſtatū Lōgolius qbuſdā videri poſſit reliquiſſe: nulla quidē ſua malignitate aut culpa: ſed fati (cui obſiſti nō pōt hūanitus) acerbioris ſꝫuitia liberalibus ſtudijs vel colendis vel ꝓuehēdis ante diē prꝫreptus, qđ aīo in illius gratiā ac memoriā ſempiternā moliebaẗ, obire pſtareq̨ nequiuit. Equidē ꝓbe memini, Roma eū dē ex præſcripto ad nos reuerſum, vrbemq̨ illam, vt cuius ampliſſimis eſſet honoribus inſignitus, prꝫter noſtratiū omniū cōſiliū ac iudiciū repetere inſiſtētē, mihi ſꝫpius deierare: nihil magis eſſe ſibi in votis, q̄ edito ſemel opere, velut obſignatis tabellis, per quē profeciſſet pleniſſime ꝓfiteri. Proinde ſi in magnis, vt inquit ille, eſt voluiſſe ſatis, & cādidā eā volūtatē vis illa maior p̄uertit: viderint q Lōgoliū vt ingratū hic ſugillant, quo id demū iure cēſere tueriq̨ poſſint. At perpendant illud potius, num improbe fecerint, qui vt totū opinor ſi-

bi vindicarent,ſeſeq; eo apud nepotes ciue vē
ditarēt,quicquid ipſius epiſtolarum ad gallici
nominis gloriā facere arbitrarent̄,in vniuer-
ſum pene ſuppreſſerint.quas certe ipſas ſiquā-
do nobis per eos amicos,quibus frater ad ſe ab
Italia miſſas cõmunes,vt cętera ſua omnia,fa
ciebat,colligere licuerit:operā dabimus,vt eo-
dem ſimili corpore in hominū manus benefi
ciorum illi nominatim accepto relatorū indi
ces ac teſtes prodeāt. Interim vero accipies Se
nator clariſſime,hoc quātulūcunq; eſt,tuo cer-
te nomini dicatū munuſculū, qua fronte lite-
raria ſoles oīa:non ꝙ te magnopere dignū ſit,
ſed ꝙ tu humaniſſimus. Vale. Lutetię,ex ędi-
bus Aſcenſianis,pridie Idus Iunias.1526.

BERNARDVS IVNTA AD LECTOREM.

IN omnibꝰ fere
rebus,lector ſtu
dioſe,in qbꝰ aut
excellēs artificis
ars,aut p̄ſtās in-
gēnij vis emine
at, hoc i primis
aīaduertere ſo-
leo oēs q elegā-
tioris ingenij &
iudicij ſunt, cū
eiuſmodi rerū
cōtēplatiōe ve-

hemēter delectēt.tñ vero de artifice ipſo ſcire q̃ſ nã & qualis fuerit plurimū nōnūq̄ laborare.Id quod vel leuiora opificū opera ſatis declarāt. Quis em̄ eſt,q vel egregiā aliquam picturam, vel affabre factū & elaboratū ſignū diuti⁹ cum delectatione contēplari poſſit,cui nō ſæpius ve niat in mētē de opificis cōditiōe q̃rere:aut qui etiā,ſi fieri poſſet,nō libēter eum videat,collo quat,de vitęq; totius ratiōe interroget:Neq; qcq̄ vllo in gñe tã pfectū eē poſſit,vt ignorato artificis noīe,ſpectatorū deſideriū explere poſ ſit.quin vel hoc ipſo,qꝛ pręſtans ſit,eorū deſide rium auget,ſemperq; aliquid deſiderabūt q̄diu authorem ipſum prorſus ignorent.In his ve ro rebus,quę animi virtutis & ingenij monu menta poſteris relinquunt,incredibile eſt,quā to ſtudio efferant q excelſiori aīo prędití ſunt, de ijs cognoſcēdi,quorum vel præclara geſta, vel docte & copioſe ſcripta admirant:vt nunq̄ pene ſibi quęrēdo ſatisfaciant anteq̄ & patriā & cognitionē,naturā,formā, habitū,totius de niq; vitę eorū curſum & conſilia pſpecta & ex plorata habeāt.Atq; horū quidē diligēs inue ſtigatio,ſi cū illorum cōparetur qui hęc in opi ficibus quęrunt, in re non admodū diſpari,diſ ſimillimā laudē merētur: vt alteri curioſi,alte ri ingenioſi iure appellari debeant .Quid em̄ opus eſt,de opificibus,quorum opera mirarís tā multa interrogare,quorum nec vitam nec artē tibi ſequendā aut imitandā ducas:Nemq

enim eſt animo paulo nobiliori,qui ſi aut Coã Venerem, aut Theſpienſem Cupidinem,ſumma cum admiratione aſpexerit,cum & opera ipſa,& authores maxime probet, Apellem ſe aut Praxitelem eſſe velit:aut omnino doleat ſe vel huius in fingendo, vel illius in pingendi ratione excellentiam non poſſe aſſequi. At vero qui doctorum hominum & eloquentium monumenta admirantur, non modo ſe q̃. ſimillimos illorum eſſe ſtudent,ſed in illorũ etiam ſi fieri poſſit naturam tranſire. Quid ergo vtilius eſſe poſſit iis qui aliquem imitando ef fingere velint, q̃ eius vitę conſuetudinem cognitam habere, noſſe quę ſubſidia ad tantam doctrinam habuerit, quę contra impedimẽta & quomodo ſuperarit? Ex iis enim facile quid ſibi ſperandũ,aut contra,quid in ea arte in qua excellere cupit deſperandũ ſit,coniectura aſſequi poſſit. Atq; hęc eo a me dicta ſunt lector ſtudioſe, ne diutius expectationẽ tuam teneã, cui in omnibus q̃primũ ſatisfacere cupio: vt quoniam Chriſtophori Longolii vitę commẽtariolum,ab amiciſſimo quodam eius,qui cum eo familiariter vixit conſcriptum, & a me cũ diligentia conquiſitum,operi eius, quod a me editur, proponendum curarim: intelligas id a me ea ratione factum, vt te quiſquis es tam egregii operis admirator, pleniori obſequio demererer, tuoque deſiderio in omnibus occurrerem. Non enim dubito quin eius ſcri-

pta legendo in eã ſæpe voluntatẽ incides, quã ante dixi eloquẽtium hominum & doctorum opera inſpiciẽtibus ſe mouere, vt libẽter multa de authoris vitę ratione velis intelligere. Ex qua cũ illud ſcieris, quãtillo tepore, & quibus rebus impeditus, omnium fere diſciplinarum ſcientiam ſit adeptus, ſummãq; eloquẽtiam cum maximarũ rerum cognitione coniũxerit: illum fructum vel maximum capies, vt plane ſciàs, tibi, qui maiorem facultatẽ & commoditatem diſcendi habeas, quiq; lõgioris vitę ſpem tibi proponas, minime deſperãdũ eſſe (quod magna pars diſcentium facit) ad earũ ipſarum artium omnium intelligẽtiam aſpirare poſſe. Quæ quidem, ſi verũ fateri volumus, eo ſocietatis vinculo iũguntur, vt niſi vniuerſas perdidiceris, ne vnam quidem perfecte intelligas. Cum vero ille veterũ ſemper admirator, atq; eorum qui optime ſcripſerũt imitator fuit, quemadmodũ tibi quoq; eſt faciendum quiſquis in Romana eloquentia excellere cupias: hoc ex lectione ſcriptorum eius cognoſcere erit iucundiſſimum, quo pacto veteres in ipſis veſtigiis ſit pſecutus. Romanãq; linguam, quę noſtro ſeculo iam diu peregrina eſſe videbatur, neq; de moribus noſtris qui ab antiquis multum diſſident loqui auſa fuerit, ita ad conſuetudines noſtras accommodarit, vt nihil pene in noſtro vſu ſit quod non apte eleganterq; exprimat. Vale.

CHRISTO-
PHORI LONGOLII VITA.

CHriſtophorus Lõgolius Maclíniæ, nobili Germaniç oppido, honeſto ſplendidoq; inter ſuos loco, natus fuit. Qm̃ vero eo viuo nõ defuere qui eũ Pariſiẽſem dicerẽt, libri etiã ab eo ſcripti, hoc titulo circũferrẽtur: nõ ab re erit, q̃ ipſe in altera defenſionum ſuarũ, errorẽ hũc librariorũ refellens, de patria ſua dicit, hoc loco commemorare: vt deinceps q̧ de hac re dubitãt, ipſi potius Lõgolio de ſe, q̃ aliis credant. eius verba hæc ſunt, Ego P.C. Maclíniæ natus ſum, Maclíniç educatus, Germanicç linguç & Cçſarũ ditionis oppido, cum aliis laudibus multis illuſtri, tum vero Philippi & Caroli Hiſpaniç regũ incunabulis percelebri. hçc ille. Puer admodũ, cũ vix annos nouẽ natus eſſet, parẽtũ ſtudio & diligẽtia, Lutetiâ Pariſiorũ, vt ibi literas diſceret, eſt miſſus. Neq; eñ vel id ætatis, propter ſummã ingenij docilitatẽ, immaturũ cenſebãt, q̧ in celeberri-

mo illo literarum domicilio politioribus diſci plinis animũ excoleret. Celeriter vero omnibus artibus quibus puerilis ætas imbui ſolet, ita profecit, vt æquales ſuos omnes doctrinæ laude lõge præſtaret, ex his aũt generoſiſſimũ quenq; imitandi cupiditate incenderet. Ingenio acri & vehementi præditus fuit, in quancunq; partem ſe dediſſet, atq; omnium diſcipli narum (quod poſtea res ipſa declarabat) capaci. Quencunq; ſcriptorem ſibi legendum propo ſuiſſet, eum nunq̃ fere de manibus, niſi diligenter ab eo perlectum, dimiſit. Neq; vnq̃ in eo animaduerſum eſt, aut obſcuritate ſcriptoris alicuius, aut prolixitate deterritũ, quo minus totum perdiſceret, ſi modo talẽ putaret ex quo fructum aliquem capere poſſet. Cũ autem ea quæ in antiquorum ſcriptis tradita eſſent, celerrime perciperet, tum vero quę abdita fuere nemo maiori facilitate eruit. Atq; huic rei teſtimonio eſſe poſſunt multa ab eo pene puero, in C. Plinij de naturali hiſtoria libro, ſcriptoris nõ ita facilis, & plurimis mendis deformati, ingenioſe excogitata & notata, quæ poſtea ipſo imprudẽte & inuito in Gallia fuere edita. Memoria vero tanta fuit, vt ad ea tollenda que animo ſemel inſediſſent, diuturnitas temporis vix aliquid valeret. De pluribus & variis reb9 ſępe interrogatus, de quib9 a multis annis nihil legerat, non minus prõpte de ſingulis ſolitus eſt reſpõdere, ac ſi eo die ab eo

perlecta fuiſſent. Cui⁹ rei cum familiariter cũ eo viuerem, in cõſuetudine quotidiana crebro periculum facere licuit. Hocq; in eo magis mirum fuit, ꝙ cũ plurima legiſſet, oĩa autem quę grece aut latine ſcripta eſſent ſibi legẽda proponeret, nunq̃ fere ad metã ſemper properanti, ad eundem ſcriptorem reuertere licuit. Si quando de iis rebus ſermo incideret, quæ a diuerſis & variis ſcriptorib⁹ tractatę eſſent: cum res ipſę eſſent eædem, ita tamen oratione ſolebat diſtinguere, ſua verba ſingulis ſcriptoribus a quibus ea acceperat referendo, vt non memoriter ea dixiſſe, in quo ſæpe offendi ſolet, ſed de ſcripto pronũciaſſe videretur. Quæ ſæpe cum faceret, ita auditorum admirationẽ incendit, vt eum artificio quodam, non naturali memoriæ bono vti exiſtimarent. Ad hæc tanta naturæ bona doctrinæque ſumma adiumenta, eam induſtriã adhibuit, vt quicquid in literis ꝑfecerit, huic pene ſoli gratia habẽda videretur. Ineũte ætate cũ earum rerum cognoſcendarum magno ſtudio teneretur, quę a philoſophis tractantur, amici, qui eum honoratũ magis q̃ doctum videre cupiebant, verẽtes ne talium rerũ ſtudiũ, eũ longius ab honorũ petitione abduceret, magnopere illi authores fuere, ne aliud ſibi eo tempore, præter ius ciuile diſcẽdum proponeret. Ex eius enim artis ſtudio affirmabant fore, vt celeriter ad honores & ad ſummã gloriam perueniret. Quorum pre

cibus & hortationibus cũ ſibi omnino parendum eſſe duxiſſet, ſex annos in eo ſtudio ita conſumpſit, vt nullis interim alijs literis, pręterq̃ oratorijs, quæ maxime etiam artem illã vel ornare vel adiuuare exiſtimantur, operam daret. Vſus eſt pręceptore Philippo Decio celebri iuris interprete, qui tum Valentiæ in Narbonenſi Prouincia maximo auditorum cõcurſu qui vndiq; ad eum confluebant, ius docuit. Eo vero tempore ita profecit, vt cum poſtea ab amicis Lutetiam Pariſioru͂. vt ius ibi exerceret, eſſet reuocatus, cũ agendo, tũ reſpondendo, tantam laudem eſt adeptus, vt vixdũ bienium in Iuriſconſultorum ſubſellijs verſatus, in centumuirale illud conſilium, quod antea ſolis ſenibus vel certe ætate prouectis patebat, admodum iuuenis adlegeretur. Quare amicorum voluntati iam ſatisfactum putans, tempus adeſſe putauit, vt animo etiam ſuo maiorum rerum cupiditate flagranti morem gereret. Itaq; C. Plinium cuius lectioni ſe totum dicaret delegit: quẽ varietate & copia rerum cęteris latinis ſcriptorib⁹ præſtare, ac velut in vnius operis compendio quæcunque a philoſophis Græcis, pluribus & libris & verbis tractata eſſent, mira breuitate collegiſſe exiſtimauit. Sed cum res ipſæ, quę quanuis copioſe tractatæ, per ſe ipſæ difficultatem afferunt, in anguſtum a Plinio concluſæ vix ſpem aliquam ſui intelligendi darent: ibi partim ne-

ceſſitate coactus, ꝙ alter ea quæ ita cōciſe tradebantur intelligere nō poſſet, niſi eaſdē fuſiꝰ apud alios tractatas videret, partim magnitudine & varietate rerum eum inuitante, vt ex vberrimis illis fontibus potius, ex quibus Plinius ipſe hauſiſſet, q̃ ex illa ſecluſa aquula illarum cognitionem peteret: animū ad maiora erexit: vt eos etiam ſcriptores videret, a quibus illa Plinij emanaſſe putabantur. In hac vero ſententia cum eſſet, omnes illi agricolæ, omnes fere medici fuere perdiſcendi: rerum Romanarum & totius antiquitatis memoria diligenter tenenda. Orbis deniq; ille diſciplinarum, quam ἐγκυκλοπαιδείαν Græci vocant, euoluendus: cum nulla fere ars ſit, cuius non expreſſa veſtigia aliqua apud Plinium reperiantur. Hæc vero perficere illi multo fuit difficillimum, præſertim græcarum literarum adhuc ignaro & prorſus rudi. Verum nihil horum eum retardauit: vt erat animo ſemper reluctante difficultatibus, tumq; incenſus cupiditate, vt philoſophorum & aliorum ſcriptorum myſteria cognoſceret. Principio itaq; græcis literis tanto ſtudio tantiſque ingenij viribus incubuit, vt nondum ſe vertente anno, ſiue ad philoſophos, ſiue ad oratores ſe conuerteret, ignoratio linguæ nuſquam eum ab eorum intelligentia excluderet, eodemq; tem poris interuallo græce etiam ad Gulielmum Budæum Gallorum doctiſſimum epiſtolas ſa-

pe mitteret. Pari ergo ſtudio atque induſtria cum quinquenium in Græcis ſcriptoribus legendis perſeueraſſet, iam lingua ipſa maxime illi familiaris fuit, eademque opera doctos illos ſcriptores aſſidue legẽdo, vberrimam maximarum rerũ cognitionẽ ex illis hauſit. Memor vero vbiq; cum illos legeret, inſtituti ſui & cuius cauſa initio tot ſibi ſcriptores euoluẽdos ſumpſiſſet, nihil in his omiſit, quod ad pleniorem C. Plinij intelligentiam aliquo modo faceret, quin id diligenter notatum, quo loco & in quo authore legiſſet in Plinij libro ſcriptum relinqueret: vt ante omnia ſubſidia in hac re, quæcunq; ex lectione comparari poterant, tentaret. eandem rationem in recentiorum ſcriptis legendis ſeruauit. Quando vero de ſtirpiũ natura, multa Plinius traderet, non nulla etiam de piſcibus ſcriberet, rebus a cognitione huius ſeculi ita remotis, vt ne nomina quidem intelligantur: non contentus eorum authoritate, qui aliquid de his ſcripſere, voluit ipſe verba rebus accommodare, hiſq; diligenter inſpectis videre, quo pacto res ipſę cũ antiquorum ſcriptis conuenirent. Itaq; ea cauſa illi in Narbonenſem Prouinciam iterũ proficiſcendi fuit, cum adoleſcens antea ibi ius ciuile didicerat: quam quidem ſtirpium fertiliſſimam, piſcium etiam abundantiſſimam, propter illius maris vicinitatem exiſtimauit. In qua quidem peregrinatione librum

etiam, quem herbarum hiſtoriam appellauit
ſcripſit. Eam vero partem, in qua Plinius
terrarum orbis deſcriptionem complexus eſt
diligentiſſime eſt perſecutus: atque in hoc eti
am oculorum iudicio vti voluit, amnesq; &
ſyluas ac montes, & antiqua oppida, a Plinio
deſcripta, quorum aliqua veſtigia manerent,
ipſe adire. Itaq; cum adoleſcens Hiſpaniam to
tam peragraſſet, adulta iam ætate, Britanniã,
Germaniam, Galliam, Italiam emenſus eſt.
ſtatueratq; in orientem proficiſci, niſi Turco-
rum arma, quibus omnia Chriſtianis homi-
nibus clauſa eſſent, eum ab hoc conſilio de-
terruiſſent. Quanquam etiam apud homines
noſtros peregrinando in magna pericula ſæ-
pe incidit. Apud Heluetios autem, dum eo-
rum regionem viſeret, nihil propius fuit, q̃
vt interficeretur. Quid vero illi acciderit, &
quomodo periculum euitauerit, non erit alie-
num commemorare, quo magis & induſtria
eius cognoſcatur, & animus, qui nullo pericu
lo a rerum dignarum inueſtigatione deterre
ri potuit. Profectus eſt eo cum duobus fami-
liaribus Gallis, eo ſane tempore, quo accepta
clade apud Mediolanum Heluetii a Gallis ma
xime diſſenſerunt. Ex comitibus ergo cum in
ſuſpitionem veniſſet, ſpeculandi cauſa acceſſiſ
ſe, pars quędã cohortis Heluetiorũ eos aggreſ
ſa eſt. Ibi cũ aliquãdiu repugnaſſet, neq; pares

eſſe potuiſſent, vnus eorũ fuga Rhodanũ tranatando, vitã ſibi ſeruauit, alter in pugna cæſus: ipſe graui vulnere altero brachio accepto captus & in carcerẽ abductus eſt, vbi triginta fere dies, cũ neq; medici neq; remedii vllius facultas daretur, vulneris dolore magis magiſq; ingraueſcente, in ſummo mœrore iacuit, donec caſu antiſtes Sedunenſis, qui apud Heluetios dignitate & gratia maxime potuit, eo veniſſet: cuius opẽ cũ Longolius per literas ſupplex implorаſſet, ipſe caſum viri valde miſeratus ſtatim cuſtodia liberauit, adhibitiſq; medicis, tã diu apđ ſe retinuit, dũ a vulnere prorſus ſanatus eſſet tũ equo donatũ, & viatico liberaliſſime inſtructũ, in patriã remiſit. Nec vero ille ante diſcedere voluit, q̃ id cui⁹ cauſa venerat perfeciſſet, regionẽq; totã luſtraſſet, atq; tabellis deſcriptã ſecũ domũ reportaſſet: cuius rei pficiẽdę maiorẽ tũ facultatẽ habuit, quam ei Sedunenſis authoritas dabat. Itaq; cũ in oĩbus q̃ videre cuperet abunde ſatisfactũ eſſet, illinc in patriã deceſſit. Sed vt eo de quo inceperam reuertar, hoc eum ſępe prędicãtem audiui, ſe quicquid rerũ naturę cognitione profeciſſet, id C. Plinij lectioni acceptũ referre, qui in omnibus illi occaſionẽ plura quęrẽdi & inueſtigãdi ſemper dederat. Oratorijs artibus a puero ſemper deditus fuit, earũ vero ſummã cognitionem, non artis ſolum præceptis, ſed multa exercitatiõe firmauerat, Declamãdiq;

conſuetudinem multis iã ſeculis intermiſſam & prope mortuam, qua nihil vnq̃ vtilius ijs qui oratores euadere cupiunt, inuentũ fuit, in ſeipſo primum, poſt in alijs renouauit, cum argumento ꝓpoſito, ſępe in ſcholis declamando alios ſuo exẽplo, vt idem facerent, commouit. Genus dicẽdi ineũte ętate ſecutus eſt, qđ poſt ea vir factus, valde improbauit. Nam cũ adoleſcens per omnia ſcriptorum genera vagaretur, neq; quenq̃ vnum ſibi imitandum proponeret, ſed vt ipſe de ſe dicere ſolebat, tantũ in vnoquoq; notaret, quãtũ acute aut ſententioſe dictum eſſet: eo factũ eſt, vt prudenter ſemper fere diceret: quod fuit etiã naturę: oratio vero ei⁹, q̃ ex verbis vndiq; accerſitis cõſtaret, nullã neq; elegantiã, nec venuſtatẽ prę ſe ferret, formãq; dicendi incõditã & minime ęquabilẽ redderet. In hoc tamen genere multa ſcripſit: orationẽ de laudibus C. Plinij: alteram de laudibus Gallorum: Comparationem iuris ciuilis cum re militari, in qua iuris laudes extollit: Cõmentarios quoſdã in ius ciuile: Hiſtoriã herbarum: Commentarios in .xj. libros Plinij ab eo admodũ adoleſcente, quo primum tempore Piniũ in manus ſumpſerat, conſcriptos. poſtremum vero omniũ, cum iam etiam maiorem elocutionis rationem habere inciperet, quinq; orationes de laudibus vrbis Romæ fecit. Q; vero genus ſcribendi mutauerit, id Petri Bembi cõſilio, qui eo tempore hac laude

eleganter & latine ſcribẽdi multũ Italis omni bus pręſtitit,acceptũ referre ſolitus eſt. Ille eñi cum Longolio amiciſſimus eſſet,multaq́ eius prudenter quidẽ ſcripta, ſed inquinatis & corruptis verbis referta videret, dolere ſe apđ eũ ſępe teſtatus eſt,q̧ cũ a natura & literis ad oratorias artes inſtructiſſimus eſſet, volũtate etiã in eas maxime propenſus,negligeret tamẽ eã partẽ emendate & latine loquendi, quam M. Cicero eloquẽtię Romanę parẽs ſolam & quaſi fundamẽtum eſſe oratoris eſſe iudicauit:vnde etiã eloquentia ipſa nomen ſumpſiſſet.Magnopere igitur eſt cohortatus, vt totã ſuam dictionem, ad præſtantem illam Ciceronis dicendi formam reuocaret, eumq́ ſolum ex oratoribus ſibi imitandum proponeret. Cuius cõſilio & authoritati tantum tribuit, vt quinq́ annos continuos ab ea cohortatione,nullum alium authorem latinum in manibus haberet,nullum legeret,præter vnum Ciceronem: in quo tantum ſtudio induſtriaq́ profecit, vt poſt breue tempus, cum ſibi eam legẽ indixiſſet,ne aliis atq́ a Cicerone ſũptis verbis vteretur: ac omnia fere quæcunq́ animo concepiſſet exprimenda,abũde ex illo vno verba electa ſuppeterent.Cumq́ ſe totum ad ſummi illius oratoris imitationẽ dediſſet,ſicq́ toto animo contendiſſet vt nihil vnq̃ magis,vt perfectã illius ſcribẽdi formã animo incluſam haberet,etiã in oĩbus quę ſcripſit,vt eodẽ modo

dicere poſſet, magnopere laborauit. In hãc vero formã ſcriptę ſunt ab eo orationes duę, quibus eorũ accuſationi reſpõdet, qui eum Romę perduellionis reũ egere: vna prętèrea ad Luterianos oratio; & aliquot epiſtolę ad amicos: reliqua omnia quæ ſcripſit, ipſe abolẽda cẽſuit idq; vt ita fieret, amicis moriens cõmendauit. Cauſam vero totã Luterianã, cuius oppugnationem iuſſu X. Leonis Pontificis Maximi, a quo etiam commentarii totius cauſę miſſi ad eum fuere, ſuſceperat, quinq; orationibus cõplecti ſtatuerat: breuiq; pfeciſſet (excogitatis iam ſecum vt ex ipſo audieram, quęcũq; tali in cauſa dicẽda forent) niſi prima ſtatim abſoluta, immatura mors conſilium eius pręueniſſet. Theologiã & eos ſcriptores, qui de diuinis rebus tractãt, omni ętate coluit: idq; putauit hominis eſſe Chriſtiani, nõ in ſenectutem, vt maxima pars hominũ facit, hoc ſtudiũ differre, ſed quotidie addiſcẽdo in eo, q̃q̃ lætius id fieret, aliquid tamẽ procedere. Hoc aũt modo ipſe & Græcos & Latinos plurimos quos maxime in rerũ diuinarũ explicatione excellere putauit, diligẽter euoluit. In his vero literis, & in aliis artibus, tot perlegit, tã multa, tãto iudicio, in tã paucis annis, ea etiã ætate quã aliis vix maturum iudiciũ adeſſe ſolet: tot interim laboribus ex peregrinationibus exercitus, vt iis, qui eũ & mores eius nõ nouere, pene incredibile videatur. Sed adiuuabat pręter cętera q̃

modo commemoraui,tẽperãtia ſumma in victu,& in omni vita,vt voluptatibus,quę apud cæteros eius pręſertim ætatis magnam partẽ temporis ſibi vindicãt,nullũ omnino tempus daret.Cibi& potus erat parciſſim⁹,mero nũq̃, dilutiſſimo ſemper vtebat᷑, maxime vero frigidę potu delectabatur : quo etiã ſæpius vſus fuiſſet,niſi medici, ꝙ maxime inimicũ ſtomacho dicerent,eũ magnopere deterruiſſent. Somno parũ indulgebat:cũ plurimũ,nõ amplius ſex horas dormiebat.Reliqua genera voluptatũ ſummus ille ardor in ſtudia literarũ ita reſtinxit,vt nulla prorſus in eo aliarũ rerũ cupiditas appareret.Neq; vero ita prorſ⁹ ſtudijs deditus erat,vt reliqua omnia, quęcũq; in Rep. Chriſtiana agerentur,tanq̃ ad ſe nihil pertinerent,negligeret.ſed cũ ſtudiis plurimũ tribueret tẽporis, tũ vero quãdo vel ſalutis ratio,vel quęuis alia neceſſitas,eũ a ſtudio auocaret,libẽtiſſime & diligẽtiſſime de iis quę foris agerentur,inquirebat.Quo factum eſt,vt ſimul & doctiſſimus & prudẽtiſſimus haberetur:vt neq; hęc curioſitas rerum externarum cognoſcẽdi quicq̃ de legitimo ſtudiorũ tẽpore detraheret nec illa languidiorem ad cętera redderent,aut quicq̃ de prudentia rerum diminuerẽt:ſed cõtra alterũ ab altero adiutũ hanc pulcherrimã in eo prudẽtię & ſapiẽtię coniunctionẽ effecere.Corporis eatenus rationẽ habuit,quatenus ſtudiis ſufficere poſſet: quotidieq; ante cibum

partia pila ſe exercebat. Q̃ꝗ̃ p ſe laboris apta membrorũ cõpoſitiõe patiẽtiſſimũ corpus habuit, & quod multis magniſq; laboribus ad omnẽ patientiã ineunti ętate firmauerat. qppe qui adoleſcẽs laborẽ etiã militarem fuerat perpeſſus: mileſq; Neapolitano bello cũ Ludouico Gallorũ Rege in Italiã veniſſet: etſi a robore militari multũ abeſſet, corpuſq; decorũ magis habere q̃ robuſtum videretur. His vero rationibus ita corpus & animũ curauit, vt alterũ ſemper ſanũ, alterũ q̃ doctiſſimum, variiſq; & multis artibus repletũ haberet. Quãtũ vero doctrina & eloquẽtia inter huius ſeculi ſcriptores præſtiterit, ii demum intelligent, qui pauca ea quę ſuo iudicio probata, ſcripta reliquit, cũ aliorũ in illo genere ſcriptis cõferẽt: aut is deniq;, qui in ſimili ſcribẽdi argumẽto ſui periculũ fecerit. Neq; vero iſtis artibus atq; virtutibus p̃mia omnino indigna his tẽporibus tulit: multaq; pręclara de eo iudicia principes viri fecere. A rege Hiſpanię Philippo duodeuiginti annos natus, ſanctioribus illis recõditarũ rerũ notis, quib⁹ hodie vnis omnia prope regnorũ arcana cõmittuntur, pręfectus. A principibus Pannonię magno propoſito pręmio accerſitus, vt regẽ puerũ optimis artibus inſtituẽdũ ſuſciperet. A Ludouico Frãcorũ rege multis honorib⁹ affectus: de qb⁹ ille in iudicio cũ pro ſe diceret, aduerſariis maxime cõditionis obſcuritatẽ obiicientibus,

cõmemorare eſt coact᷒.Quo tẽpore Regis decretũ recitari fecit:a quo ille nõ vnius aut alterius(vt eius verbis vtar)ſuę ditionis vrbium, ſed vniuerſi regni viribus vno edicto eſt donatus.Sub quod etiam aliud decretũ cõſilij illius cẽtũuiralis,quod Luteti ę Pariſiorũ cogitur,intulit.In quo illi iurati ſummo cõſenſu in collegiũ ſuũ cooptarũt, habiturũ in perpetuũ ius vitę & necis, ac ſummã fortunarũ omniũ poteſtatẽ,nõ in plebẽ modo,ſed in omnes regni proceres,viceſimo vero octauo ætatis anno ciuitas ei Romana vltro eſt oblata,virtutisq; & literarũ ergo ciuis fact᷒.Quę res q̃q̃ iitio multarũ illi turbarũ cauſa fuit,multis clã inuidẽtibus, nõnullis vero nobiliſſimis viris palã eũ oppugnãtibus,& virtutibus eius obtrectãtib᷒, inter quos magno periculo eſt verſatus:poſtea tamẽ optime ceſſit,nomẽq; eius & gloriã magnopere auxit.Nã cũ ſtatim poſt ciuitatẽ adeptã in Gallias redire ſtuderet,vt amicos & propinquos,a quibus multos annos abfuerat,viſeret: crebrę vero aduerſariorũ eius voces exceptę eſſent,palã dicẽtiũ,ſe nomẽ eius delaturos:ea res fecit,vt paulo diutius cõſiliũ profectionis differret:ne ſi tali tẽpore vrbẽ relinqueret,nõ amicos ſalutãdi cauſa diſceſſiſſe, ſed timore & minis inimicorũ pterritũ ab vrbe aufugiſſe videri poſſet,ſed cũ diuti᷒ mãſiſſet q̃ ei᷒ rõnes paterẽt,expectãs q̃rſũ obtrectatoꝝ iuidia pcederet,cũ illi iterũ nihil cõtra eũ niſi cõuiciis

ageret: exiſtimās vlterius eorū indignitatem nō progreſſurā, iter Galliā verſus iā diu ab eo deliberatū, eſt pſecut⁹: relictis tñ apud amicos defenſionib⁹ ſuis ſcriptis, vt cōtra oēs conatus aduerſariorū, ſi abſentia eius aliquā illis occaſionē accuſandi daret, pſto haberēt qđ opponerēt: iā tū ex eorū cōuicijs animo proſpiciens, q̄ maxime obiecturi eſſent: qb⁹ ille omib⁹ medicinā fecerat. Cui⁹ ſui cōſilij prudēter excogitati magnū poſtea fructū & voluptatē cepit. Vix em̄ Venetias in eo itinere puenit, cū ad eū literę amicorū ſunt allatę, nūciātes grauiſſimā accuſationē quā ſtatim poſt diſceſſum ei⁹ aduerſarij ſunt vſi, & quo pacto cōſiliū de relinquendis defenſionib⁹ proceſſiſſet. Accuſauit eū nobilis & diſertus adoleſcēs Romanus, in quo magnā dignitatis ſuę ſpem maiores natu Romani collocarāt, ad id induct⁹ inimicorū Longolij multis & aſſiduis pcib⁹, obiecto etiā falſę glorię ſplendore, q; patrię laudib⁹, quas oppugnatas a Lōgolio eſſe voluerūt, in huiuſmodi accuſatione adeſſe eū aſſeuerarēt. Ita vero acerbe & vehemēter, ipſo audiēte principe Romano, cū multi nobiliſſimi & clariſſimi viri iudicio intereſſent, egit, vt nōnulli amici Lōgolij eſſent qui de cauſa obtinēda deſperarēt, donec amicorū pręcipua cura defenſiones eius in lucē prodiere. quæ ita ab oībus paſſim pbabant, vt multi dicerēt nō Lōgoliū ciuitatis donatione ornatū, ſed ipſum ciuitatē illis orationib⁹

ornaſſe,in quibus priſtinam dignitatem ciui-
tati & vetera ſua ornamenta omnia reſtituiſſe
videbat. Principi vero ipſi ita placuere,vt obli
tus pene quid aduerſario eius tribuiſſet,quem
pauloante,nulla magis re alia mot⁹, atq; eius
in Lõgolium actione, in familiarium nume-
rum receperat,protinus iuberet vt diplomata
Lõgolio expedirentur,quibus ratũ eſſet, quod
S.P.Q.R.de ciue eum aſciſcendo decreuiſſet.
præterea quod ipſe de priuato ęrario ad tuẽdã
ſtudia eius cõceſſiſſet:atq; ad eum vbicũq; ter-
rarũ eſſet,deferrent:ea tamen lege,ne ſedẽ ſtu
diorũ alibi q̃ in Italia poneret.Multis pręter-
ea honorib⁹ affecit. nã in Palatinũ & ſacroſan
ctę Lateranẽſis aulę comitatum ſua ſponte co
optauit,& in Romani Põtificatus ſcribarum
numero eſſe voluit.Quę cũ ad eum perlata eſ
ſent,cum alia omnia libenter audiuit, tũ vero
cõditionẽ de cõmoratione ſuã in Italia non in
uitus accepit,lętuſq; in Galliã quaſi ex inimi
corũ dolore triũphũ agẽs,animo ſtatim reuer-
tendi eſt profectus. vbi magno amicorũ gau-
dio exceptus,q̃ nihil tã præter opinionẽ eorũ
accideret,q̃ vt eũ quẽ vix ſaluũ in tantis cõtẽ-
tionibus arbitrabãtur,honoribus etiam auctũ
viderent,magna eũ ſtudio apud ſe retinere cõ
tenderũt,pluribus etiam ad manẽdũ pręmijs
& priuatim a multis,& publice a rege ipſo Frã
corũ propoſitis.Ex priuatis autẽ qui hoc ma-
xime ab eo contenderũt,Ludouicus Ruzæus

Pariſienſis,cum multa alia,tum vero ſuburba num fundum lautum & fructuoſum muneri obtulit:nullam aliam beneficij ſui remunerationem aut operam ab eo expectãs,niſi vt vrbe illa quaſi domicilio ſtudiorum ſuorum con tentus,in Italiam amplius non rediret.Ille vero quoq; Galliam ſemper non minus charam quam patriam habuit,exiſtimãs non inferiori amo ris loco habendã quæ excepit, quam quæ genuit, plurimi etiam in hac re amicorũ ſtudia æſtimaret:tamen cum recordaretur quam fidem X.Leoni Pont.Max.& reliquis amicis de reditu dediſſet, ab eo nullis cuiuſq; promiſſis aut precibus deduci potuit. Mirifice vero ipſe ſua ſpõte erga Italiã & Italos homines afficiebat: vt etiam in epiſtola quadã ad Sadoletum, reditus ſui rationem probare volens, cum alias cauſas attuliſſet,poſtremo addit, ideo ſe rediſſe,quod ad excitãda fouẽdaq; ſtudioſorum homi num ingenia plurimum cõferre arbitratus eſ ſet cæli ipſius Italiæ clementiam,ſeq; in eo fe licem illum & plane diuinum Italiæ geniũ ſecutum. Anteq; vero rediret,Britanniam nobi lẽ inſulã videre voluit,adductus præterea fama eorũ quos prẹter cæteros illic græcis literis & latinis eruditos,omni liberali & ingenua doctrina pollere audiuerat. Cum quibus pluribus diebus iucunde cõſumptis, quod eorum doctrina ita delectaretur,vt etiam ſummæ admirationi eſſet:quemadmodum ſæpe eum prædican

tem audiui, tantam & tam politam atq; excultam doctrinam in illis locis, apud eos homines, vel vſquam pene terrarum, his temporibus, quibus prope omnes elegātiores artes iaceant, potuiſſe reperiri: ad conſtitutum ſibi in Italiam iter reuerſus eſt: Patauiumque venit, quem ſtudijs ſuis locum accommodatiſſimū elegit. Quanquam ſimul ac de eius in Italiam aduentu auditum eſt, populus Florētinus nō ſolum in ciuitatem ſuam, ſi illic ad inſtituendam bonis artibus iuuentutem ſe cōferret, inuitauit, verum etiam vicena quina in annos ſingulos ſeſtertiorum numum millia ex ærario publico decreuit. Verum ille recordatus, quæ præmia ante contempſerat, q̀ nullam ocij ſui partē alijs vendere voluiſſet, nulla mercede a ſuſcepta propoſitaq́; ſententia potuit auelli. Patauij autem ſe continuit, ſibi & ſtudiis ſuis ſeruiens, primum in cōtubernio Stephani Saulij nobilis Genuatis, qui literarum cauſa eo ſe contulerat optimarum artium etiam ipſe ſtudioſiſſimus. Deinde vero eo in patriam reuocato, cum multi nobiles viri (quorum tum Patauij propter celebritatem eorū qui literas docuerunt, magna copia fuit) certatim Longolium ad ſe inuitarent, q̀ eius cōſuetudinem non honorificam tantum ſibi, ſed etiam fructuoſam fore putabant: ille in domum Raynoldi Poli nobilis iuuenis Britanni, quem per eos dies Rex Britanniæ litera;

rum cauſa eo miſerat, migrauit: quo cum con iunctiſſime in literis vſq; ad extremum vitæ diem vixit. Amicitiis vſus eſt magnis & illuſtribus, quas illi vbiq; fere vel felicitas quædã eius, vel doctrinę fama conciliauerat. Neq; vero in conciliandis amicis felicior, q̃ in retinendis prudentior habebatur: quos ſumma fide obſeruantiaq; ſemper coluit. Quantum vero officio in amicos tribuit, vel extremus ille vitæ eius actus facile declarauit. Nam cum grauiſſime ex febre laboraret, ex qua etiã periit, eodemq; tempore ab Hieronymo Sauorniano amico ſuo, qui tum filium ſumma ſpe & indole adoleſcentem amiſerat, literas accepiſſet valde miſerabiliter de morte filii ſcriptas: exiſtimans ſe non aliter officio ſuo in amicum poſſe ſatisfacere, in mediis ipſis doloribus cũ grauiſſime cruciaretur, literas ad eum conſolatorias, morbum ſuum ſilentio tegens, ne hoc etiam ad amici dolorem, dedit. Quæ quidem vt tum ſcriptæ, maxime vim morbi auxiſſe exiſtimari poſſent, ſic vberrime quo officio in amicos eſſet declarauere: qui ne eo quidem tempore ſibi parcere voluit, aut officium intermittere, quo omnes illi libenter remiſiſſent; aut ſane amicus non eſſet, qui hoc ab eo exigeret: & tum alium conſolaretur, cum magis cõſolatione ipſe egeret. Sed ab ea humanitate quã in omni vita erga amicos retinuerat, ne tũ quidẽ dolor corporis & propinqua mortis

expectatio potuit eũ deducere, aut facere vt ſuorum commodorum rationem haberet, qui ſemper quacunq; in re declarare poſſet, amicorum commoda ſuis prætulerit. Quo factum eſt vt chariſſimos illos ſemp firmiſſimosq; haberet: idq; maxime eſt expertus, cum abſens Romæ in iudicium vocaretur. Quo tempore neq; aduerſariorum eius potentia, quæ maxima fuit, nec acerba eorum in eum accuſatio, queñq̃ eorum qui amicitia vel conſuetudine aliqua, dum Romæ eſſet, coniuncti videbantur, vlla in re flectere potuit. Plurimum vero ex omnibus detulit Iacobo Sadoleto, & P. Bẽbo, viris cum authoritate & gratia inter eos qui tum Romæ erant, maxime florentibus, tũ vero doctrina & omni politiore humanitate prope ſingularibus. Quorum opibus & gratia q̃ diu Romæ fuit in omnibus rebus eſt vſus. Vt vero alios in ſe benignos & liberales eſt expertus, ſic omnibus quos aut opera aut conſilio iuuare poſſet maxime fuit expoſitus: præcipue vero iis qui ſpem aliquam de ſe vel ingenii vel doctrinæ darent. Noui ipſe multos qui cũ a patria abſentes & amicorum ſubſidio deſtituti, ad eum confugerent, ab eo ſæpe pecunia ſubleuatos: cum tamẽ valde tenues facultates haberet, & aliorũ opib9 caſus ſuos ſuſtentaret. Quando vero diutius ſumptus tales ſe ferre non poſſe ſentiret, per amicos omnia egiſſe ne quid illis deeſſet, nõ ſecus ac ſi omnia

neceſſitudinis officia ſibi cum illis interceſſiſſent, qui neq; cognatione neq; patria eum cõtingebãt, indole tantum & ſpe doctrinę ei cõmendati. Aduerſæ fortunę vulnerib⁹ multis, vt in tam paucis vitę annis, ictus, nihil vnq̃ aliter atq; virum decuit, tulit. Primum Philippi Regis Hiſpanię morte inopinata, ad quem ſe poſt amiſſum vtrũq; parentem contulerat, ex quo cum magna ſperaſſet, iamq; apud eum gratia & ſupra ętatem authoritate multũ valeret, ille præter omniũ opinionem in Hiſpania ereptus eſt. Deinde multis peregrinatiõibus & moleſtiis agitatus, carceris etiam moleſtiam & difficultatem eſt perpeſſus. Poſt contẽtio illa Romæ acceſſit cum potẽtibus & factioſis aduerſariis, inter quos cum ſępe diſcrimen vitę adiit, nũq̃ ſine magno periculo verſabatur. Extremum vero omnium, quod aliqua ex parte eũ attingere videbatur, fuit decimi Leonis Pontificis Maximi mors, in cuius vita omnem ſpem fortunarum ſuarum ſitam habebat, cuius authoritatem & promiſſa ſequutus, contra omnium amicorum ſuorum voluntatem in Italiam redierat. Cũ autẽ neq; ad ſuos honeſtum reditum, quorum antea promiſſa ſpreuerat, neq; quo pacto in Italia defuncto iã Leone, qui antea ſumptus ſuppeditabat, ociũ ſuum cum dignitate tueri poſſet, ſatis videret hęc nonnihil eum conturbarunt. Nuſq̃ tamẽ ſe cõmouit: ſed veteribus tantũ amicis, quos

in Italia habuit,de ſtatu ſuo per literas admo-
nitis,ille in contubernio illius nobilis iuuenis
Britanni ſe continuit. Cum vero decem men
ſes poſt obitum Leonis perpetuo fere in lite-
ris verſaretur, conſtitutum ſe habere dixit in
Forumiulium proficiſci,cum vt animum ſu-
um curis literarum diſtrictum peregrinatiōe
relaxaret,tum etiam vt eam partem Italiæ ſi-
bi non ſatis cognitam viſeret. Itaq; paucos an
te dies q̃ egredi ſtatuerat,cum nihil omnino
incommodæ valetudinis ſentiret,ſemotis ar-
bitris multa cum Polo ſuo, cui ſemper pluri-
mum tribuit,fertur diſputaſſe de periculis,de
fragilitate,de miſeria humanę vitę.Hãc vero
tandem ſummam orationis habuiſſe, vt quo
niam ſibi peregrinandum eſſet,neq; ignoraret
multa ſæpe peregrinantibus pericula præter
opinionem,quibus obſiſti non poſſet,interue-
nire:vt rebus ſuis,quicquid ſibi accideret, pro
uideret:teſtamentum ſe velle facere dixit,atq;
apud eum deponere: flensq; pene rogauit,vt
ſiquid ſibi aduerſi accideret,teſtamenti capita
perſequeretur, famamq; ſuam & memoriam
charam haberet. Atq; hæc cum magna admi
ratione illius cui hæc commiſerat fecit. Quis
enim non miraretur,q; in proximam prouin
ciã exiturus,optima etiam valetudine,vt ſibi
& aliis videbatur prẹditus,ea diceret & faceret
quę magis ex vita q̃ ex ciuitate migrãtis vide
bãtur. Verũ ſiue diuinatiõe de propinqua mor

te ſua id faciebat,ſiue prudentia quadam, quã caſus poſtea diuinationem videri fecit,eodem die qui profectioni conſtitutus eſt,in grauem & aſſiduam febrem incidit, ex qua non conualuit, eo etiam tempore cũ forte abeſſet Polus,cui antea res ſuas omnes crediderat. Quẽ tamen per literas ſtatim quo ſtatu eſſet certiorem fecit,nihil de teſtamento mutans:hoc tã tum rogãs,vt quemadmodũ coram recepiſſet, curam & quaſi diſpenſationem rerum ſuarũ acciperet,mortuoq; memoriam pie & inuiolate præſtaret. Quo nuncio triſtiſſimo ille perculſus, q eum vnice amaret, ſubito accurrit, multaq; cum in ſpem vitæ diceret, eadẽ etiã medici pollicerentur,nunquam ab eo deduci potuit,quin ea febris finem ſibi vitæ eſſet allatura.id quod paucos;poſt dies euenit. Anteq̃ vero diſcederet,in diui Franciſci familiam voluit adoptari,eiuſq; habitu poſt mortem & tẽplo ſepeliri.Obiit.xxxiiij.ætatis anno.iii.Idus Septembris. Anno ſalutis generis humani M. D.XXII.atq; Patauii in Franciſci, quẽadmodum præſcripſit,ſepultus.

FINIS.

Germanus Brixius in obitum Chriſto-
phori Longolij.

CAſtalides lacerate genas, diuellite crinẽ.
Nec lachrymę finẽ, nec teneãt gemitꝰ.
Proh dolor, efferẽ Patauina funꝰ in vrbe
Ante ſua extincti tempora Longolij.
Quẽ modo vel Gallũ voluit pro dote latina
Roma locum ciues inter habere ſuos.
Roma ſibi plene mox reſtituenda, dediſſent
Longolio plenos ſi modo fata dies.

Ad idem.

LOngolio vixdũ digreſſo matris ab aluo
Dixerat Aonidum noĩe Mercurius,
Creſce ĩfãs, tibi ab ĩgenij lĩguęꝗ diſertę
Dotibus, olim ingens me duce fama aderit.
Quam primis poſtq̃ ſibi quęſiuiſſet in annis
Longolius, fuſo nocte dieꝗ oleo:
Tum deus eloquij veritus, ſi debita fati
Ordine vixiſſet tempora Longolius,
Ne ſibi præriperet linguę decus, inuidus illũ
Contactum virga ſuſtulit ante diem.

Ad idem,

Κείμενον ἐν μουσῶν κόλποις Ἀντήνορος ἐντὸς
τείχους Λογγολίου κῆρ᾽ ὀλοὴ δάμασεν,
τῷ ῥα ἑῆς πόλιος στεφανὸν δωρήσατο ῥώμη
ἀστείῳ γέραι ξεῖνον ἀμειβομένη,
Οὕνεκα τῶν τε λόγων καὶ λέξιος οὕνεκα κομψῆς,
οὕνεκα τῆς διδαχῆς, οὕνεκα τῶν χαρίτων,
δύσμορε Λογγόλεως φυὴν ὡς θάνες ἐν νεότητι
καίπερ ἐὼν ζωῆς ἄξιος ἀθανάτου.

CHRISTOPHORI LONGOLII CIVIS RO. PERDVELLLIONIS REI, PRIORIS DIEI DEFENSIO.

QVOD PER HOſce quadraginta dies, a Deo Opt. Maxi. precatus ſum P.Con. vt ſi eo in Senatũ populumq; Ro. animo ſemper fuiſſem, quo mortales omnes eſſe debeãt, daret mihi aliquando a perpetua illa & plane hoſtili accuſatorum meorũ inſectatione reſpirandi ſpatium: vt hoc in loco, & accuſationem eorum tuto refellere, & innocentię meę rationes vobis libere explicare poſſem: id ego mihi hodie tandem, ſingulari veſtro tum conſilio tum etiam beneficio videor conſecutus: qui me, quod erat quidem ęquitate veſtra digniſſimũ, ſed in tantis aduerſariorum meorum opibus, mihi hoc tempore minime ſperandum, contra multorum volũtatẽ præter omnium opinionem, ad cauſam hac in arce Capitolina dicẽdã admiſiſtis. Equidẽ cũ audiſſem inimicorũ meorũ cõſpiratiõe,

nō modo multitudinis animos,quod illis fuit factu multo facillimū : verū etiam quoſdam ſummo loco natos homines,quod ſatis mirari non poteram, ita in me,quē pleriq; eorū nō dū ſatis noſſent,concicatos,vt vi & armis,non iure & legibus,ſibi mecū ſtatim agendū putarent:decreueram ſane cū ciuitate,qua me paucis ante diebus donaueratis, inimicis meis cedere,tū vero etiam ab ipſa vrbe Roma,cōmuni gentium omniū patria, aliquo me trans alpeis recipere. Quod ipſum,& ſi pop. Ro.inuidioſum fore videbā,qui me ex ea ciuitate indicta cauſa pelli paſſus eſſet, in quā Senatus iudicio eſſem ornatiſſime accitus:tamen cum tā impotenti aduerſariorum meorū factione opprimerer, vt prius dānatus eſſem,q̄ reus, nec quiſq̄ pro me verbū facere auderet,neq; vero mihi ipſi pro me dicendi poteſtas vlla fieret, cuius oratio non tam ſuperuacanea: & inanis q̄ inuiſa & odioſa fore videretur:eo mihi,opinor,deſcendendum fuit, vt ciuium meorum iræ, multorum exemplo atq; conſilio locū darem . Nunc autem quando veſtra authoritate P.C.qui Senatum hac de re cognoſcere atque ſtatuere voluiſtis,ea facta eſt commutatio vt ab aperta quidem vi nihil iam ſit hic mihi extimeſcendum:nec,quod miſerrimum erat, poſthac metuēdum, vt indemnatus ad libidinem inimicorum meorum e ciuitate & vrbe eiiciar:faciā yt, q̄q̄ ipſe ſim tanto rerū mearū

periculo valde conturbatus,nec ſanè ad agen dum ſatis paratus,nec tamen ego quoque mi hi defuiſſe,& meo ipſe ſilētio proditus,ac mea etiam ſententia damnatus dici poſſim. Nam quod ad cauſæ ſummā atq; iudicij euētū perti net,dū in vos quidē & rē ipſam intueor,opti ma interim conſcientia fretus, dignum inno cētia mea rei exitum expecto. Dum vero ad uerſariorum potentiā,& me reum iniquiſſima fortuna circūuentum conſidero, perq̃ tenuis mihi ſpes ſalutis oſtenditur, planeq; ignoro, quo pacto & animo meo ſatisfaciā, & huic tē pori cōmode ſeruiam. Siquid enim vnq̃ fuit, quo cuiuſq̃ exiſtimatio & ſtatus,iudicio euer ti poſſent, id certe omne in cauſam noſtrā ce cidiſſe atque cōfluxiſſe videtur hoc tempore. Primum popularis iſtorum actio,cuius me vel ſolo nomine ſtatim oppreſſum iri accuſatores mei confidunt:nā ſe pro patria in huius reip. hoſtem pugnare cōtendunt. Deinde ſumma gratia:qua minime mirū eſt,primarios adole ſcentes aduerſus hominem nouum & adhuc pene alienum ſuperiores eſſe. Tum vero mira quædam agendi pronunciandiq; facilitas:qua me ad vltimas Gallici Germaniciq; Oceani oras natum facile ſuperant. Huc accedit inue terata cuiuſdam de Frācorum laudibus ratio nis inuidia,qua me prorſus obrutum, ac qua ſi vinctum,ſententijs veſtris trucidādum a ſe obiectum eſſe gloriantur. Q; ſi cætera mihi

cũ eis eſſent paria,illud quidẽ duriore me locò cõſtitueret, qꝛ cũ ita natura comparatũ ſit,vt cõuicia atq; crimina in alios vel temere cõie- cta libẽter excipiamus,eos vero qui vel neceſ- ſario ſe laudãt ipſi,ferre nõ poſſimus:id apud iſtos ſit,quod voluptatem non mediocrẽ audi torib⁹ afferat:id mihi relictũ,quod ſine ſtoma- cho nemo facile audiat. Q̃ ſi maiorẽ naturæ q̃ cauſæ meę rationẽ duxero,vt de me neq; li bere neq; magnifice loqui interdum auſim:ni hil om̃ino habere videbor, cur vos me ciuita- te veſtra dignum iudicaueritis. Sin id retule- ro,de me ipſe dicã neceſſe erit:ac ſimul in ar- rogãtię ſuſpitionem vobis veniã,quam me in hoc orationis meę principio deprecatum eſſe maxime velim exiſtimetis.Nam qꝛ illos,cum hic tũ de ſe ampliſſimis verbis multa diſputa rent, tum d e reip.ſtatu non pauca dicerent, tum vero in me atrociſſime perorarent, non tam libenti Senatu auditos eſſe intelligo,q̃ ſe cunda concionis voluntate fuerant vſi.Affert idipſum mihi quidem ſpem nonnullã:ſed mi hi nihilominus tamen venit in mentem ſub- uereri,ne multorum animi aſſiduis eorum cri minationibus occupati atq; incẽſi orationem meã repudient,mihiq; de me & pro me dicen ti non adeo pateant. Nec eñ obſcurum eſt,q̃ arduum ſit euellere ex mentibus hominũ ſe- mel conceptam animo & fixam opinionem: eam pręſertim quę ad reip.decus,cuius nemo

non amantiſſimus haberi dicíq; poſtulat, ſpectare videatur. In priuatis cauſis, ſiquid præiudicati domo attulimus, etiam veritati repugnamus. Quid de iudicijs loquor? in quotidiana conſuetudine, ſiqd nobis temere exciderit, nõ ſolum ſiquid apud nos conſtituimus, id fere aduerſus omnem humani ingenij rationẽ pertinaciter tuemur. Adeo pleriſq; omnibus inſitum eſt, quamcunq; opinionem ab initio mente comprehenderint, eã quo iure qua iniuria ad extremũ perferre. Quæ ſimul omnia cum mecum cogito P.C. non veſtra mihi ſolum religione & ſapiẽtia aduerſus multorum prę iudicia opus eſſe video, ſed patrono etiam aliquo cũ eloquentiæ facultatibus inſtructiſſimo, tum vero gratia & authoritate florentiſſimo. Cui ſi pro me dicendi poteſtas fieret, audiretis profecto & confirmatas accuratius cauſæ noſtræ rationes, & confutatas liberius aduerſariorum meorũ calumnias. Verum quando id nobis integrum nunq̃ fuit, & ita ſors mea iã inde a principio mihi infeſta tulit, vt ego, qui publicę inuidię obiectus, qui omniũ ſuſpicionibus deditus eſſem, qui nullam in dicendo libertatis partem tenerẽ, qui a quatuor nobiliſſimis & in dicendo vehementiſſimis adoleſcentibus accuſatus eſſem, tamen a me vno defenderer: veſtræ fuerit iuſtitię P.C. homini innocẽtiſſimo quidem mihi, & nominis, deus immortalis, Romani ſtudioſiſſimo, ſed impo-

territi crudeliſq; aduerſariorum meorum conſpiratione in ſummã inuidiam adducto & abiecto, adeſſe, atq; eo meliore mente verba mea audire, quo plane æquius eſt, cauſæ noſtræ humilitatem magnis iſtorum opib⁹ diu afflictã, tãdem ampliſſimi ordinis æquitate erigi atq; recreari. Ac vt ſtatim intelligatis, q̃ nulla ſceleris conſcientia territus, q̃ pura mente atque integra in iudicium deſcenderim, non commemorabo ea vobis, quæ ſunt certe maxima, meæ in Populum Romanum obſeruantię argumenta: ꝙ hoc ætatis relicta, ne quid amplius dicam, germana patria, vna rerum literarumq; veſtrarum admiratione tractus, ab extremis Galliarum Germaniarumque finibus huc venerim: ꝙ apud nullos, præterquam ciues Romanos diuerterim: ꝙ patriæ propemodum oblitus, nihil cum Gallis, nihil cum Germanis domeſtici vſus hoc triẽnio habuerim: ꝙ cum eo nomine magna apud populares meos inuidia flagrarem, in ſententia conſtanter perſtiterim: ꝙ in maiorum veſtrorum dictis, factis laudãdis fuerim, mea quidem ſententia modicus, nonnullorum autem iudicio nimius, & quaſi prodigus. Nolo hæc inquam P.C. innocentiæ meæ fidem vobis vllam faciant: ſed illud vos vnum nonnihil commoueat, peto, ꝙ ſimul ac mihi dies dicta eſt, nihil omnino recuſarim, vadimonium confeſtim obierim, iudiciũ veſtrũ, nulla reiectione inter-

poſita, intrepide ſubierim. Quanquam audiebam nonnullos, qui me cupidiſſime eſſent damnaturi, hoc in conſeſſu vobiſcum affuturos, haud vlla quidem mea iniuria prouocatos illos, (quem enim ego mortalium vnquam prudens offendi?) ſed inimicorum meorum impulſu atque calumnijs incenſos. Quos tamen ne ſic quidem mihi reijciendos putaui, ne in meo vel quantumuis iuſto metu, atque adeo in aperto diſcrimine, de ciuis Romani cuiuſquam æquitate videar dubitare. Nihil hic dico P.C. q̃ magna ſit vis conſcientię in vtrãq; partem: vt neq; timeant qui nullius ſibi fraudis conſcii ſint, & pœnarum metu ſemper trepidẽt, quos ſuum facinus, ſuum ſcelus vrgeat. vt vos mihi diſceptatores libens cõſtituerim cum iſti a me & Senatus authoritatem imminutam, & Po. Romani maieſtatem læſam eſſe criminarentur. id ſane haud temere facturus, niſi cauſę meę confiderem: præſertim cum in multitudine mihi partim obſcurius iniqua, partim non diſſimulanter infeſta, tam multa audirem, tam multa viderem, plura ſuſpicarer, nonnulla etiam merito crederem. Tantũ a vobis, qui nihil iſtis de me credendum putaſtis, vt quo ſemper in nos fuiſtis animo, eo nunc quoq; ſitis peto. A vobis autem, quos inimicorũ meorũ improbitate mihi parũ æquos redditos eſſe intelligo, vt iudiciũ de me veſtrũ vſq; dum pro me dixero ſuſtentetis, poſtulo.

Perorata enim & cognita cauſa, liberũ vobis erit, aut in ea, in quam iſti vos adducere conati ſunt ſententia permanere: aut ſi de innocẽtia mea vobis conſtiterit, me authoritate veſtra in ciuitate retinere. Et quoniã multo iſti plura in me falſo contulerunt q̃ de re ipſa dixerint. qui me Macliniȩ, nobili quidem & illuſtri oppido, ſed hinc lõge tamẽ trãs Alpeis natũ eſſe non ignorarent, & ab oculis auribusq; veſtris procul ætatem egiſſe ſcirent, atque ex eo ſibi multa impune fingendi datum eſſe locum arbittrarentur: date hanc mihi P.C. veniã, vt de ſuperiore mea vita, pauca ipſe apud vos dicam. Nam cum verum ex me omnino audietis, tum etiam, vti ſpero, a nobis perficietur, non modo vti vobis mores meos purgatos probatosq; exiſtimetis, ſed etiã vt plenius cauſæ huius ratio tota intelligatur. Neq; vero me propter iſtorum calumnias, cum veſtro beneficio atq; iudicio ciuis Romanus ſim, a ciuium veſtrorum numero ſegregandum eſſe iudicetis. Ego enim P.C. vt primum literis veſtris ad humanitatem informari potui, ſtatim a parentibus Lutetiam Pariſiorum ſum miſſus, annum tum quidem adhuc octauũ agens, ſed vel id ætatis, nec ab literis abhorrens, nec propinquorum meorum ſententia immaturus, qui in celeberrimo illo optimarum artium atq; ſtudiorum domicilio iam tum erudirer atq; liberaliter inſtituerer, Ibi cũ annos cir

citer octo,optimis doctoribus,ac Roberto For
tunato Durceo inprimis vſus, operam bene
poſuiſſe iudicarer,profectꝰ ſum in Hiſpaniam
cum Philippo Auſtrio, Principe ſingulari cũ
felicitate, tum etiam virtute nulli Regum ſe
cundo:cui per eos dies vlterioris Hiſpaniæ re
gnũ,Iſabellę ſocrus morte, dotale obuenerat.
Fui apud hunc, non ꝙ ipſe id ætatis per me
quidẽ magnopere dignus eſſem, ſed Andreæ
Burgonis,qui tum a Maximiliano Cæſare Le
gatus ad filium miſſus eſſet,authoritate & gra
tia,haud contemnendo vel honoris vel amo
ris loco.Pręeram enim vna cum Aegidio Vã
damęo regiis & ſanctioribus illis reconditarũ
rerum notis : quibus hodie vnis omnia pro-
pe regnorũ arcana rectiſſime cõmittuntur.Ve
rum Philippo paucis poſt menſibus q̃ Rex ſa
lutatus eſſet vita functo,recepi me cum regio
comitatu in Germaniam ad Carolũ filiũ eius,
quẽ quidẽ nuper inaudita quadã adhuc & pla
ne diuina felicitate,omni maiorum ſuorũ im
perio potitum omnes audiuiſtis.Hic cũ longũ
propinqui mei,adultam pueri Principis ętatẽ
expectare ducerent, erat enim vixdum annos
nouem natus,ſuadere cœperũt,vt (quod ſane
mea ſponte facturus eram)elegantioris doctri
nę intermiſſa haud ita lõgo interuallo ſtudia
tantiſper repeterem dum Carolus adoleſceret.
Tenebar tum quidem adhuc earũ quę dicẽdi
diſputãdiq; rationẽ traderent diſciplinarũ ſtu-

OTECA NA ROMA

dio: verum arbitratus me nullum non exilem ex earum cognitione fructũ eſſe percepturũ, niſi iuris etiam veſtri prudentia animũ excolerem contuli me Liminum Pyctonũ, Aquitanię vrbẽ, neq; ſtudioſę iuuentutis multitudine incelebrem, neq; pontificii ciuiliſq; iuris interpretum doctrina inter eas quidem gẽtes ignobilem. Ibi cum inter ęquales meos, oratoriis, vt fit, cõmentationibus ſtudioſius interdũ exercerer, Gallos ſemel ita a me laudatos eſſe iſti contendunt, vt multum interim de P. Rom. dignitate atq; gloria videar detraxiſſe. Florebat eodem tempore Philippus Decius, aut certe nõ ita multo poſtea magna ingenii doctrinæq; laude ius ciuile docere cœpit Valentiæ. (Colonia veſtra hæc eſt, in Narbonenſi prouincia.) Eius igitur viri fama excitus, cum illo profectus eſſem, meq; totũ ei tradidiſſem, paucis quidem annis, ſed plurimo certe legũ veſtrarum ſtudio ita profeci, vt eorum omniũ qui tum Valentiæ conſulti numerarent iudiciis, propter non contemnendam in ea arte vel ſcientiam vel memoriam, cunctis eius ordinis inſignibus ornamentiſq; cohoneſtarer. Inde ab amicis Lutetiam reuocatus, biennium in vtriſq; ſubſelliis tum agendo, tũ reſpõdendo ita verſatus, vt in centumuirale illud conſiliũ adlegerer: tamen operam mihi plane profudiſſe, atq; etiã literis veſtris indign⁹ ſemper fore videbar, niſi dũ per ætatẽ liceret, hanc

quocꝫ vrbem viſerem:ex qua leges,ex qua lite
ræ,ex qua religio,ex qua denicꝫ omnis huma-
nior vita,omnis rerũ omniũ cognitio ad nos
emanaſſet atcꝫ defluxiſſet. Ita etſi parũ amicis
propinquiſcꝫ meis profectionis meę cõſilium
probaſſem,qui me iã floreſcẽtẽ gratia & hono-
ribus illic viderẽt:Romã tamẽ veni,vt hãc cõ
munẽ gentiũ omniũ patriã, non modo inſpi-
cerẽ,atcꝫ ita abirẽ,q̃ quidẽ prouincialiũ multis
mos eſt:verum etiã vt eius populi conſuetudi
ne aliquot annos vterer,cuiꝰ lingua,corde,ma
nu,gentes omneis ſuperatas omniũ gentium
monumenta teſtarentur. Ac quod optabã qui
dem,id cũ aliorũ ciuium veſtrorũ quotidiano
vſu,tum vero Iulij Tomarotij,atque Mariani
Caſtellani,virorũ clariſſimorum hoſpitio atcꝫ
familiaritate ſum cõſecutus. Altero q̃ Romã
veni nõdum plene vertente anno,cum mihi
decretum eſſet ineunte tertio domum redire,
conſcripſi orationes q̃nqꝫ de Italię ac vrbis ve
ſtrę laudibus,quę eſſent cum Mariano Caſtel-
lano dignũ mutuæ inter nos caritatis pignꝰ,
& tanq̃ hoſpitalis quædam teſſera: tum vero
perpetuum meæ in nomen Romanum pieta
tis argumentũ. Interim cum ipſo vrbanæ vi
tæ ſplendore,atcꝫ iucundiſſima tot doctorũ vi
rorũ captus conſuetudine,annũ itẽ vnũ domo
abeſſe conſtituiſſem,(quis eñ nõ optet in hac
hominũ luce, in hac rerũ omniũ vel claritatę
vel celebritate diutius viuere?) cõtigit etiam,

primum vt me Decimus Leo Pontifex Max. ſingulari & plane diuina illa ſua liberalitate cõplecteretur. Deinde vt Marianus Caſtellanus, Senatu legitime coacto, ciuitatem mihi a vobis nominatim & peteret & imperaret, cũ nihil facile minus neq; expectarem neq; cogitarem q̃ vt me in ciuem veſtrum aſciſceretis. Cũ q̃ enim mihi conſcius eram egregiæ meæ in hanc remp. volũtatis, qui quadam certe ad Po. Ro. naturæ adiunctione nihil moliebar aliud, niſi vt de vobis q̃optime aliqñ mererer, nõ me propterea tamen tanti apud vos eſſe arbitrari, vt eam mihi ciuitatẽ vltro deferretis, quam multis coram petentibus denegatã eſſe nõ ignorarem. Equidem vt me primũ Iac. Buſæus, Trãſtyberinæ regionis Tribunus, cũ aliquot ſuis collegis (quod mihi reiq; publicæ bene verteret) ciuẽ Romanum verbis veſtris conſalutauit: nec ſtatim quidnã ille ea ſibi oratione vellet intellexi, nec poſteaq̃ ſane cognoui, verba mihi ab eo, quicum mihi ſumma intercederet familiaritas, dari nõ putaui, quoad M. Torquati viri clariſſ. cæterorumq; qui vna adeſſent aſſeueratione cõmotus, fidẽ Tribuno habui: & me vobis, q d eſſet in more poſitũ, ad gratias publice agendas comparaui. Hic eſt vitę meę curſus P. C. hęc ſtudiorum meorum ratio, hoc annorum vndetriginta ſpatiũ, in quo illud modo vnum ab iſtis grauius reprehenditur, ꝙ iam olim Pictauij adoleſcentulus ipſe

in quadam adoleſcentulorum concione, contra Pop.Rom.dignitatem acerbius locutꝰ eſſe exiſtimer. Non enim reus ſum neq; læſæ religionis,neq; ſacrilegii,neque furti,neque parricidii,neque ſtupri libidinisve vllius:breuiter, nõ criminis alicuiꝰ de quo iudicia publice priuatimve more maiorum conſtitui ſoleãt. Ac ita profecto ſeſe res habet P.C.ſic capite periclitor,nihil vt ĩ nefario crimine mihi ab iſtis ponatur:ſic de omnibus fortunis decerno, non mihi vt factorum meorum,quæ vel inimicis meis probantur,ſed dictorum,immo vero nugarũ ac leuiſſimorum puerilis ætatis rudimẽtorũ ratio hodie reddenda ſit: parum mediuſfidius ſano accuſatorum meorum cõſilio,qui ob ſcholaſticam neſcio quam declamatiũculã has tantas in vrbe terrarum principe turbas, ne ſeditiones dicã, ſibi excitandas putauerũt. Neque vero is ego ſum P.C.qui vel cuiuſq̃ in patriam ſtudio offendar,vel me ab iſtis in capitis iudicium vocatum eſſe acerbius ferã. Scio enim eam eſſe cauſæ huius rationem , vt etſi ego longe abſim a criminis ſcelere, potuerint tamen iſti ſuſpicioſe aliquid de oratiuncula illa dicere . Sed illud mihi nouum & perq̃ iniquum ſane viſum eſt , ꝙ ſtatim a dicta mihi die, animum ad vim minaſq; conuerterint: quaſi me nõ tam in iudicium adducere,q̃ ad cædis cauſam huc elicere voluiſſe viderentur. Nam quod modeſtiſſimi eorũ inimicitias mi-

hi denunciarunt, q̄ populum vicatim ambiē
runt, q̄ vt alio exulatum mitterer a ſe perfe-
ctum iri iracunde inſolēterq́; gloriati ſunt: id
ego quidem moderate mihi ferendum cenſeo.
Sed quid cęteris opus fuit operas cōducere? ſa
gatos medio foro volitare? plebem in me ſedi
tioſiſſimis concionibus incitare? Quæ quidem
vt non tam ad præſens exitium pertinuerint
meum, q̄ vt ego eo tumultu perterritus atq;
debilitat⁹ deſerto vadimonio ex vrbe ꝓfuge-
rem: qui tamen hæc tam facile miſcent, & pa-
lā impuneq; turbāt, ij certe & ciuilis vitæ mo-
derationem omnem euertūt, nec ſe certo vllo
conſilio aut iudicio duci, ſed cæco aliquo ani-
morum impetu perturbatos ferri atq; raptari
oſtendunt. Vt iam illud minus vobis mirum
eſſe omnino debeat, eos nullo more, nullo exē
plo hoc accuſandi mun⁹ ſumpſiſſe, ſumptum
neq; pro legitimo Quiritum iure, neq; vllo iu
diciorum ordine atq; inſtituto obiuiſſe. Deſcē
derūt enim ad me accuſandū P.C. non vt pu-
blicas, quod quidem prę ſe vulgo ferūt & oſtē
tāt, iniurias perſequerētur, ſed partim inuido-
rū inimicorūq; meorū cōſilijs adducti: partim
inſignis illius repulſę, quam in amicorū ſuorū
petitionibus retulerunt, dolore concitati: par-
tim alienæ virtutis, cuius ipſi ſplēdorem ferre
nō poſſent, honore incēſi: partim etiam vt in
populari admodū cauſa opes ſuas oſtētarent,
& p nois noſtri inſectationem honori velifica

rentur ſuo. Atq; vt vobis ſtatim liqueat P.C. iſtos neq; quã hic ſuſtineãt perſonam adhuc ſcire, neq; eorũ quicq̃ quæ mihi obiecerũt planũ ab eis factũ eſſe: primũ de eo dubitare neminem arbitror, nũq̃ veſtra, vt Imperatorum fortaſſe veſtrorũ aliquãdo fuiſſe retractata iudicia. Deinde nõ eſſe priuatorũ, ſed nec cuiuſuis etiã Magiſtratus, Patrũ decretis intercedere: verum eorũ duntaxat, qui eadẽ poteſtate ſunt qua ii qui Senatus conſultum facere poſſunt hoc eſt Tribunorũ plebis, quos iſti regionũ capita cur hic ſemper appellarint, nõ ſane diſpicio. Poſtremo ita deniq; interceſſionis eorum rationẽ haberi conſtat, ſi nondũ facto S.C. morã decreto afferre ceperint. Hic ego vos P.C. ipſe appello: frequẽtes enĩ (vt in legitimo Senatu par erat) eo affuiſtis, quo ciuitate donatus ſum die. Nũ cũ de me relatũ eſt, Tribunorum quiſq̃ interceſſit? nũ rogantibus ſentẽtias Cõſulibus, aut Prętor, aut Aedilis, aut Quęſtor, aut alio Magiſtratu quiſq̃, aut deniq; Senator vllus, nõ dico acclamauit, ſed omnino hęſitauit? Quod ſi me ampliſſimus ordo ciuitate & maximo cõſenſu & ſingularibus verbis donauit, atq; ipſa Senatus authoritas iã perſcripta eſt & ſancita, neq; vero Tribunorũ plebis vllꝰ hodie quo minus diplomata mihi expediãtur intercedat: non video quanam iſti adoleſcentes vel authoritate vel fiducia freti, quos priuatos eſſe nemo neſcit. Senatꝰ cõſultũ veſtrũ tã iuſtũ,

tam legitimum, tanta ſanctionis pœna circũ-
ceptum & munitũ induci poſtulent, a vobiſq;
tam improbe petãt; vt quod heri publice de-
creuiſtis, id hodie palã reſcindatis: magno qui
dẽ meo periculo, ſed perpetua quoq; quam De
us auertat, S.P.Q.R. nota. Nec enim dubium
eſt, quin ſi vos decretum veſtrũ ipſi, ad iſtorũ
poſtulationẽ antiquetis, vna cõſtantię veſtræ
labefactetis nomẽ, fateaminiq; aliquid a vobis
contra atq; liceret eſſe conſtitutũ. Quod quis
credat? Profecto apud omnes iuſtum & ſanctũ
habetur, quicquid ampliſſimus ordo decreuit,
etiã vt id aduerſus nõnullorum rationes atq;
cõmoda cõtendat. Senatus (ſi neſcis bone ado
leſcens) legis cõdendę ius habet, ac propter ali
quã vulgo ignotam rerum vtilitatem, iuris
quoq; vim innouãdi. Quod ſemel cõſtituit, ra
tũ id eſt: nec ratio eius reddẽda, ſed nec omni
no exquirẽda eſt. Quin tolerandę ſunt etiam
leges vel iniquæ, ne dũ tabulas facile figimus
atq; refigimus, omnes in diſceptationẽ voce
mus: quãdo nõ nemo aliquid ſemper fingere
poſſit, quo leges rationibus ſuis aduerſę abro-
gẽtur. Gratificanẽ hic vobis nutu accuſatores
mei P.C. ab ignaris rerũ mearũ, ciuitatẽ mihi
imprudẽter cõmunicatã ſignificãt. Quaſi vero
quod in priuato aliquo vix feras, id in conſi-
lio publico tolerabile quiſq̃ ducat: nec leuius
multo ſit, S.P.Q.R. cõſulto aliquid feciſſe qđ
non liceat, q̃ omnino neſciuiſſe quod liceat,

aut temere officio ſuo perfunctũ fuiſſe. Verum quanã hic fronte vos rerũ mearũ ignoratione ad hunc mihi deferendũ honorẽ inductos eſſe calũniantur, haud quaq̃ ignari, hanc eſſe veſtri inſtituti, nũq̃ ſane a vobis neglecti, rationẽ, vt nõ prius aliquẽ in ciuem ſcribatis, q̃ veſtri ordinis duo, de cõſilii ſentẽtia ſuper eius q aut corã aut ſui abſentis rationẽ haberi petit, cõditione trinũdinũ ſtudioſe inquiſierint, Senatuiq; renũciarint, quid de hominis morib⁹, & vita priuatim, exiſtimatione & inſtitutis publice cõpertũ habeãt. Itaq; ſi nihil horũ a vobis anteq̃ me ciuitate ornaretis factũ eſſe trãſactũq; cõtẽdũt (vt nihil hic de ſtulta eorum & inſigni arrogãtia dicã, qui vos inertię impudẽtięq; hic cõdẽnare audeãt) quibuſnã aliis aut certe grauioribus id eis probẽ teſtibus, q̃ ampliſſimi ordinis, id eſt hoc veſtro ipſorũ cõſeſſu, qui vetuſtũ morẽ, & legitimos inquirẽdi dies, ni alia, hęc profecto in re diligẽter ſeruatos eſſe nõ ignoratis. Sin aũt, quod leges veſtrę in donãda ciuitate fieri pręſcribũt, id a vobis rite atq; ordine factũ eſſe nõ negãt: deſinãt aliquãdo veſtram in rebus meis ſcientiam deſiderare, & Senatus impudentiam impudentiæ ſuæ prætendere. Enimuero ſi ab iis quibus exquirendi negocium dediſtis, Senatus maximis de rebus, ſine dolo malo meo celatus eſſet, atq; ea iſti vobis indicaſſent, nihilo tamen magis ea mihi res apud ęquos iudices fraudi puto ſit

q̄ ſiquis veſtrũ nõ contemnendo munere aliquem proſecutus, mox ab eodẽ neſcio quid in ſe olim dictum reſciuiſſet, atq; eo liberalitatis ſuę reſcindẽdę ius ſibi eſſe arbitraretur. Vt enĩ hic eã iniuriam, ſi non ab re profecta ſit, poſſit aut ſapiẽter diſſimulare, aut moderate ferre: ſi temere iactata, animo vel magno cõtemnere, vel humano ridere, vel liberali cõdonare, vel imbecillo etiam dolere, non item donationẽ ipſam reuocare, ſed ſuã potius vel in habita ſtatim fide credulitatem, vel in donando imprudẽtiã incuſare. Sic certe P.C. ſiquid vobis Legati minus fideliter renũciaſſent, quos quidẽ in eo fungẽdo munere ſummã cõſtat adhibuiſſe diligẽtiam, velletis tamẽ (ſcio) vos quidẽ veſtrę liberalitati grauitatiq; cõſtare, præſertim cũ ne ex cõſciẽtia omnino mea ciuitas mihi aut petita ſit aut cõceſſa. Ego quidẽ eã rem ſimul ac mihi nũciata eſt, non mõ ratã habui, ſed illuſtri etiã gratia excepi. verũ quę mea in eo tandem culpa, q; commemorandũ illud & plane diuinũ veſtrum de me iudiciũ, quo a vobis in ciuitatẽ Romanam abſens vocat⁹ ſum nec ſuperbe floccipẽdi, nec a me neglectum ingrate ſimulaui, atq; adeo multũ in eo tuendo operę mihi ponendum exiſtimaui? Improbe ſane facitis accuſatores mei, qui cũ meã deniq; culpam prǽſtare debeam, alienę me reũ ſubiicitis: q̄q̄ nec aliena iſta, quod equidẽ ſciã, apud vllos omnino reſideat. Et quia vos P.C. tertio

quoq; orationis ſuę verbo, ad eripiēdam mihi ciuitatem inſolenter cohortabant: diſcant hic homines parū ſcilicet in foro verſati. quid enī aliud dicā? ſed diſcāt primū, ius a maiorib9 veſtris ita cōparatū eſſe, vt nemo hāc ciuitatem, ne populi quidē iuſſu amittat, niſi ipſe eiuſce rei author fact9 ſit, & exilio ſibi ciuitatē abiudicarit, aut in eā iam ſit receptus, quo vertendi mutandiq; ſoli cauſa ſeſe cōtuliſſet. Deinde eā eſſe donationis vim atq; naturā vt ob admiſſum ante liberalitatem facinus nullum reuocari iure poſſit. Quinq; enim tantūmodo ſunt cauſę, quāobrē accepto beneficio, munificentia irrita fieri ſoleat. Si beneficiarius eū cuius liberalitate rē auxit, atroci iniuria afficiat: ſi verberet: ſi fortunis ſpoliet: ſi in vitę diſcrimē pcipitet: ſi dictę in donando legi nō pareat. Nihil me autē eorū poſtq̄ a vobis ciuitate donatus ſum, in Pop. Ro. admiſiſſe, nec ante me potuiſſe ingrati aduerſus vos animi crimē cōtrahere q̄ veſtro ipſi me bñficio deuinxiſſetis, neminē dubitare arbitror. Tū vero illud cogitēt munus quo a vobis nuper honeſtat9 ſum, eo liberalitatis genere ad me profectū eſſe, quo oēs iuris periti vno donationem definierunt. Donaſtis enī me ciuitate, nullo qdē meo hāc in rēp. merito puocati: pręmiū enī hoc eſſet, & merces, nō bñficiū: ſed ea ſola de cauſa, vt liberalitate munificētiaq; veſtra me cōplecteremini. Niſi q̄s fortaſſe veſtrū, Marianū Caſtellanū au-

diĕdum etiā nunc cenſeat, qui ſe mihi hūc honorem eo quęſiuiſſe affirmaret, vt hac quoq; i parte maiorū ſuorū inſtituta longo interuallo relata atq; repetita cerneret: qbus mos fuiſſet, quicquid vſq̃ gētium aut ingenio, aut opib⁹, aut doctrina, aut induſtria, aut cæteris animi fortunęq; ornamētis egregiū exiſteret, id om̄e magna cōquiſitū cura, diligēter huc trāsferre atq; traducere. Quaſi vero tale qcq̃ i hac mea rerū omniū mediocritate reperiretur: qui præter deditū huic reip. animū & ſingularē erga Po. Ro. volūtatē nihil illo veſtro beneficio dignū mihi poſſe videor pręſtare. Atq; hęc oīa P. C. haud ita quidē longa oratione a me collecta, ſed vobis nō ignota, & iccirco pinde vt in tranſcurſu, admonēdi veſtri non docendi gratia preſſius cōmemorata, eo ſpectāt: vt cognoſcatis accuſatores meos, legū, iudiciorū, cōſuetudinis veſtrę prſus ignaros, dicā an contemptores, ad mihi faceſſendū periculum inconſiderate procurriſſe: nec tā de capite meo, quod haud ſcio an mihi eſſet tolerandum, q̃ de perturbatione iudiciorū omniū: atq; adeo de leuitatis nota, quod quidē diſſimulare nō poſſum, ampliſſimo ordini inurēda certare. Atqui nolim ſummo iure cū iſtis agere, quos neq; quēadmodū lege agi, neq; vt iudicia cōſtitui oporteat, noſſe aut rationem vllam om̄ino ducere ſatis opinor perſpicitis. Quare tametſi iam exploratum habetis, cauſę meę rationes tam ex

peditas atq; explicatas eſſe, vt nec de iure meo dubium cuiq̃ eſſe poſſit, nec haec res in iudiciũ omnino vocari debeat: de meo tamen iure decedã, & eis qđ alius nemo concederet, ego ipſe, tũ innocẽtia mea tectus, tũ ęquitate veſtra fretus cõcedã. Do iſtis igitur quẽadmodũ Impatorũ, ſic etiã Senatus iudiciũ aliquãdo retractari poſſe: quod ſane neq; ęquũ eſt, neq; vllo vnq̃ exẽplo receptũ. Do priuatę cõditiõis adoleſcẽtes. Patrũ decretis intercedere: quod ius nõ eſſe Tribunitię poteſtatis ius apte declarat. Do factã publici authoritate conſilij donationẽ, ſine vlla incon ſtantię ſuſpicione antiquari: qđ cuiuſmodi ſit ipſi videtis. Do, quod nullo fieri queat modo, me ingratũ erga vos ante eſſe potuiſſe q̃ beneficiũ a vobis acceperim. Do ſiqđ aliud ſibi aſſumũt, quo iudiciũ more maiorum cõſtituat: hoc em̃ ſi & per vos meo mihi iure vti licebit, & ipſe velim, nõ cõſiſtet. Sed qđ tãdem? quãobrẽ me de ciuitate tollendũ contendunt? quonã tãto meo maleficio, me Italiæ inimicũ, huius Reip. hoſtẽ iudicari poſtulãt? Nũ hoſtes Po. Ro. cõcitaui? nũ barbaros armis cõmeatu ve iuui? nũ opera dolove malo meo cõſiliũ initũ eſt, quo magiſtratus Pop. Ro. quive imperium aut poteſtatem haberet, occideretur? num deniq; aliquid a me cõmiſſum, quo Pop. Ro. magnitudo vel inſignite lęderetur, atrox aliqđ vulnus acciperet? Nihil huiuſmodi obiicitur. Graue tamen ſit aliquid oportet,

quare me de ciuitatę pellendum, tanq̃ Italiæ inimicum, tanq̃ Pop.Rom.hoſtem vociferentur. Quidnam iſtuc tandẽ eſt? Attendite quęſo P.C. noua & ante hunc diem inaudita crimina audietis. Fas eſſe negãt me ciuium Romanorum haberi numero, quem ipſi Gallum eſſe hominem, quem indoctum, quem ignobilẽ: ſuper hæc, quem in Pop.Rom. olim ſcripſiſſe contendant. De natione, literis, genere meo, poſtea videbimus: nunc de inuidioſa illa dicã oratione, quæ mihi tantam tempeſtatem, tantum in hac vrbe turbarum conflauit. Nam cum in ea demum iſtis ſint omnia, primũ de eo ipſo quod quaſi atrociſſimum poſuerãt, mihi dicendum eſſe arbitror. Ac vt vobis ſtatim conſtet P.C. nihil eos certi probatiq́ attuliſſe, quod me etiam vobis oſtenſurum eſſe initio ſum pollicitus: liceat mihi accuſatorem meũ priuſq̃ in cauſæ noſtræ defenſionem ingrediar hic interrogare. ſic enim plenius ſpero cognoſcetis, nulla iuſta de cauſa ad hanc accuſationem deſcendiſſe illum, ſed inimicorum meorum calumnijs inſeruientem huc temere progreſſum, mihi periculũ gratis faceſſere. Heus tu ingenioſe adoleſcẽs, non id potiſſimum habes, quod mihi crimini des, habitã a me olim in Po.Ro. orationẽ? hoc ſi nego, qui me conuincis? An te concioni interfuiſſe mentiere? Non mentieris puto: nec enim tam impudẽs es, vt tę vel in Gallia fuiſſe auſis dicere, in cu-

ſus oppido quodam, nuper ne nomine quidē tibi cognito, eam a me habitam eſſe affirmares. Nec ſane ſi interfuiſſes, iā meminiſſe poſſis, aut certe tum intellexiſſes, natus (niſi me corporis iſtius habitus barbatulaq; iſta tua facies falſum habent) annos plus minꝰ nouem, cum illā ante annos amplius vndecim a me dictam eſſe fateare. An ab aliis id accepiſti? quibuſnam iis? Italiſne, an Gallis? a Gallis iuxta & Italis? cur igitur non edidiſti teſtes? immo cur non produxiſti iuratos, qui id pro teſtimonio dicerent? quod ego neq; teſtatum neq; notum eſſe contenderem. Nam vel Italos, quos quaſi de domo veſtra productos, atq; in rem quodammodo tuam teſtimonium dicturos, meo iure poſſim refellere, in me rogari ſiuiſſem, neq; eos ſane quicq̄ interrogaſſem. An delationi tuæ, aſtipulatorumq; tuorum calumniis, tātum vel fidei vel authoritatis ineſſe putabas, vt tibi ſine teſtibus, ſine teſtificationibus, ſine vllis monumentis, in re tam ardua & capitali iudicio S.P.Q.R. ſtatim crederet? At prorſus ea ſumma eſt hominum opinio: quaſi vero me rumoribus hic damnandum cēſeas, quibus non nemo etiam innocentiſſimꝰ opprimi queat, inimicorum fraude falſos ſermones diſſipantium. Scilicet te in concione, Po. Rom. crimen planum feciſſe, & hic accuſatoris munere perbelle defunctum gloriabere, ſi qđ nuꝑ ex magiſtro tuo accepiſti, nūc nobis

totidem verbis reddas, *Audierā & fama fuit.* illius potius in mētem tibi venire debuerat, *Fama malum,quo non aliud velocius vllum.* Sermo eſt enim ſine capite,ſine vllo certo,au thore diuulgatus:cui potuit initium dediſſe inuidorum meorū iniquitas, acceſſionē attuliſſe imperitę multitudinis credulitas. Videtis P.C.q̄ iſti magnū & ſibi nectendis calumniis, &,mihi ad ineptias huiuſmodi irridendas cā pum patefaciant,qui ſe ex vulgi opinione pe riculū nobis legitime faceſſere exiſtimant. At enim argumentū huiuſce rei habent,oratio nem quandam ſub nomine meo de laudibus Francorū inſcriptam.Vtinam P.C. graue aliquod firmumq; indicium vobis proferrēt: nō quo cuiq̄ optandum ſit,ab aduerſaris conuin ci,aut eas ipſe partes egiſſe velim:ſed ne ſi(qđ deus auertat)cauſam iſti obtinuerint,ad cæteras meas calamitates etiam accedat mali, vt ſub frigidiſſimis & hoc quidem in genere infantiſſimis accuſatoribus dicar in optima ipſe cauſa concidiſſe. At vero titulus Chriſtophorū Longoliū arguit authorem. Mea autē hic, an aliena manu cōſcriptus index? aliena ſcilicet. Quid igitur, ſi librarius nomē alieno ope ri induxit meū:alieni me criminis reū conſtituetis? Nec enim nouū eſt P.C. nec inauditū, ſed tam vſu frequens q̄ paſſim impune,adum bratis authoribus ſcripta aliena & interdum etiam ſua peruulgare.Sic de proprietatib9 ele

mentorum commentarii, de ſecretis item ad
Alexandrum libellus Ariſtoteli falſo attribuũ
tur. Sic inſomnia, ſic Magi bucula Platõi aſcri
buntur: Ad Herennium Rhetorica, a Cicero-
ne ſcripta exiſtimantur: Pulex ille & Vetula
ad Ouidium Naſonem referuntur: Impudica
in Priapũ carmina Maronis nomine circunfe
runtur: nec ſit ſane exemplorum modus, ſi-
quis omnia perſequi velit, quando vel hodie
Ianus Parrhaſius (quem virum honoris cauſa
nomino) nominis ſui authoritatem quibuſ-
dam libris vulgo aſcriptam eſſe non ſine cau
ſa conqueritur: vt nemini plane non paratum
ſit periculum, ſi in iudicijs ea ſtatim recipien-
tur, quæ librariorum quæſtuoſa vel malitia
vel ſtultitia paſſim eduntur. Nec me hic tan-
dem, quod neceſſarios meos ſoles, interroga-
ueris. Cuius ergo hæc oratio? ignorare me di-
cã. Eſt enim (ne forte neſcias) eius qui accuſat,
inſequi & probare: qui vero recuſet, fugere &
negare, etiã vt factũ impune fateri poſſit. Nam
vel illæ quibus in iure aduerſarios interroga-
mus actiones, iis qui rei capitalis nomen defe
rũt publicorũ iudiciorũ vſu denegantur. Qđ ſi
huc percunctatum veniſti agnoſcam oratio-
nem nec ne: cur me tanti criminis reum de-
tuliſti, de quo tibi neceſſe eſt vti me adhuc ro-
ges, quia omnino neſcis? Et quoniam, ꝙ mi-
hi Chriſtophoro Longolio nomen eſt, me il-
lius libelli authorem eſſe pertinaciter conten

dis,quaſi nomina cõueniant: cedo nũc, an nõ Beroaldi duo prænomẽto Philippi, paucis ante annis in Italia floruerũt? eadẽ ætate ambo? non indocti ambo? Bononienſes ambo? an nõ ab vno facile cõſcribi potuit,quod alteri aſcriberetur? Nõ hoc(ſcio)negabis. quare nec in eo quidẽ dubitaris, poſſe Chriſtophoros Longolios reperiri duos, quorũ alter ob alterius culpã in diſcrimen atq; inuidiã vocetur? Age vero fac a me apud vnũ & alterum orationẽ illã agnitã eſſe, cuius tamen rei fidẽ nullã his poſſis facere:nõ cõtinuo tamẽ meã eſſe viciſti:nec quod extra iudiciũ temere eſſem profeſſus, id me in iure ipſo(vbi ſola, eaq; nõ verbis & cõiecturis collecta,ſed e re nata & perſpicua, veritas æſtimatur) vllo præiudicio onerarit. Quid q; multos veſtrũ hic video.quibus eã mihi falſo aſcribi,ſæpenumero ſum teſtatus? quod vos quoq; accuſatores mei perſæpe vulgo iactaſtis, dũ atrocitatẽ eius adaugere conaremini. Quo quid manifeſtius,ne vobis quidẽ ipſis,nedum ampliſſimo ordini adhuc liquere, ea oratio a me an ab alio quopiã cõſcripta fuerit?niſi fortaſſe quadraginta his diebus quibus in me abſentẽ debacchati eſtis, Gallos aliquot homines huc adduxiſtis,qui teſtimoniũ in me ſecũdũ fidẽ & religionẽ grauiſſime dicerẽt. Quod ſi teſtem in me nullũ produxiſtis,nec vllũ omnino huc adducere iã poteſtis: eam a me habitã ſi nego,qui docebitis? Deuolabitis ſcilicet im

pigri in Gallias atque Germanias, ac interea dum pro me dico, inde excitatos in me teſtes q̃ mox hic ſiſtetis, aut certe obſignata teſtimonia nihildum miſſo Senatu deferetis, q̃q̃ teſtibus non tabulis accuſatorum leges Romanæ fidem haberi voluerũt. Neq; vero hæc a me tam multis diſputantur P.C. vt me aduerſus iſtorum crimina inficiationis præſidio munirem. Nam neque iam periculum eſt vt prius opprimar, quàm facti mei rationem attulero: neque ea certè quæ mihi obiiciuntur, tam grauia ſunt q̃ iſti videri volunt. Sed idcirco illa omnibus veſtigiis indagata atq; collecta poſui, vt pſpicere poſſetis, odioſe & inuidia occæcatos illos accuſationẽ in me prius apud vos temere inſtituiſſe, q̃ eam inter ſe diligenter adornaſſent ipſi atque inſtruxiſſent: tametſi, ſi vera ſunt quæ audio, duobus amplius menſibus bene multi dicendi magiſtri, ea vna in re commentanda componendaq; occupati, induſtriam omnem poſuerunt, & tempus omne conſumpſerunt. Habeant igitur confitentem reum: quo nihil ſane optare potuiſſent maius. neque enim, ſi verbo negarem, quo progrederentur iam haberẽt. Agnoſco orationem, quam iſti tam ſollicite circũferunt, quam tam ſtudioſe prædicunt, omnibus legendam porrigunt. Eandem olim a me Pyctauii habitam confiteor: num in ea tamen tãtũ mali, vt propterea me, quem de ma

ieſtatē poſtulant, tragica ſua voce Italiæ ini-
micum, huius Reip. hoſtem perſonarent? q̄q̄
neq; vt ob eam rē maieſtatis reus fieri potue
rim ſatis intelligo, qui eo quidem tempore, cū
illa declamarē, ciuis Rom. non eſſem. Sed fue-
rim ſane tum Romanæ ditionis, qua me tan
dem lege perduellionis compelles? Non quidē
Iulia, qua vna cum vindicentur crimina, qui-
bus quid aduerſus Po. Romanū, ſecuritatē've
eius cōmittitur, nemini tamē de linguę lubri-
co accuſationē poni voluit: atq; adeo nomina-
tim vetuit, vt cuiq̄ fraudi eſſet improbo petu
lantiq; maledicto principis populi maieſtatē
laceſſiuiſſe. Vt ſit (inquit) moleſtię neſci⁹, pudo
ris ignarus, imperij obtrectator turbulētus: du
rum tamen aut aſperum aliquid ne ſuſtineto.
Agnoſcitis legis verba? Viderunt profecto ma
iores noſtri (cur enim maiores veſtros, meos
quoq; nō appellē, ſi me ciuitate donaſtis, ſi iure
quiritū legitimo, quoad de retinēdo expellen-
dove ciue quæritur, vindicię ſecūdū ciuitatem
dantur?) viderunt id inquā maiores noſtri, q̄
ſuapte natura æquū erat, liberorū hominum li
beras eſſe oportere voces, dūtaxat ſi eos q̄ ob-
loquerētur, Reip. nocere non poſſe conſtaret.
Dicat aliquis: ſolutum igitur cuiuis erit, pop̄u
lum gētiū omniū victorē maledictis inceſſere.
Solutū, ſi modo ex maiorū inſtituto ius dictu
ri eſtis: quod ipſum quidē ęo præclare traditū
eſſe arbitror, vt neq; indignū Pop. Ro. maieſta

re iudicium publice ſuſciperent, neq; vero de imperij Ro. gloria verbis vnq̃ contenderetur. Ac certe priuatorũ eſt hominũ, iniuriarũ experiri: cæterarũ item fortaſſe gentiũ, contumelijs incitari: vnius autẽ Pop. Ro. grauitate atq; animi altitudine dignũ, priuatorum obtrectationes magno animo cõtemnere, haud ſecus facile atq; viros forteis & valẽteis imbecillium canicularum latratus aſpernari, non etiam vlciſci videmus. Sed nec illis profecto cõtumeliæ ipſę impune cedũt, qui de vobis indigne detrahunt. Nã cum nomini Rom. nocere omnino nequeant, fruſtraq; caninam illam in vos eloquentiam ſuam exerceant, ſtultitiæ ſuæ fama pluſq̃ dici poteſt plectũtur. Itaq; faceſſant turbulentæ iſtorum voces: conquieſcat arrogans præiudiciũ, quando me lex nulla, nullum Senatuſconſultum, nullum plebiſcitum, nulla principis conſtitutio nec maieſtatis reum, nec hoſtẽ Pop. Ro. definiuit: immo vero ab huius nominis inuidia om̃ia me iura tuentur, liberant, etiã ſi in vos ſtudio & aperte ſcripſiſſem. Videor mihi P. C. accuſatores meos iam fatentes audire, me quidem neq; in lege Iulia maieſtatis teneri, neq; huius Reip. hoſtẽ dici poſſe, ſed hac omnino eſſe ciuitate indignum, quod in Po. Ro. olim dixerim. Reſpiraui, iam noxæ exẽptus ſum, quando nec hoſtis ſum, nec quicq̃ contra rempub. a me factum eſſe iſti iam fatentur. Itaq; diſpicite, vtrum etiam notę exi-

mi debeam:an vero tanquam ab indigno ci-
uitas mihi a vobis,qui Senatu legitime coa-
cto ea me donaſtis, auferri recte queat,idque
propter eam quæ præceſſit, non ob eam quæ
beneficium ſecuta eſt,culpam. Quid?recte mo
nes:huius quoque exceptionis defenſionem
mihi ademi.Ergo prçteriti aduerſus me ratio
admiſſi habeatur:nihil recuſo. In Pop.Roma
num olim inuect⁹ dicer. Ego P.C.ab hinc an
nos vndecim,de Frãcorum ac diui Ludouici
laudibus orationem a me dici memini:in Po.
Rom.peroraui nunq̃.Inſpicite orationis eius,
quam iſti tam ſollicite circũgeſtant titulum:
Francorum modo laudes, non autẽ etiã Pop.
Rom.vituperationẽ pollicetur. Recita inſcri-
ptionẽ.INSCRIPTIO.Verum illud quoque
animaduertite P.C.vt me librarij inſcitia Pa
riſiẽſem inſcripſerit,dum vel patriæ ſuæ cupi
dius ſtudet,vel me ementito originis loco no
bilitare conat̃. Ego enim Maclinię ſum nat⁹,
Maclinię educat⁹,Germanicę linguę & Cæſa
rum ditionis oppido,cũ alijs laudibus multis
illuſtri,tum vero Philippi & Caroli Hiſpaniæ
Regum incunabulis p̃celebri. Neq; vero hæc
eo dico P.C.vt ſi Lutetiæ Pariſiorũ nat⁹ atq;
p̃creatus eſſem,non fuerim apud vos tanta
originis etiã gloriaturus,quam conſtat omniũ
quæ ad ſeptentriones ſoliſq; occaſum p̃tinent
vrbium longe principem:ſed eo ſane illud di
ctum velim, vt intelligatis nulla mea vel cõ-

ſcientia, nugas illas quæ mihi capitis pericu‑lum nunc quidem afferunt, in apertum fuiſſe prolatas. Nec enim germana reiecta patria, cu‑ius amore omnes natura trahimur, alienam ac nihil mihi profuturam originē aſſumpſiſ‑ſem, ſi me authore in lucem illę prodiſſent. Quod ne hic a me temporis cauſa componi atq; fingi exiſtimetis, recitari vobis mox iube bo literas annis nouē ante hoc iudicium con‑ſcriptas, quibus amicos meos, quos Lutetię ha beo, nec fortuna nec doctrina obſcuros incuſa bam, q̃ orationem illam me inconſulto per‑uulgaſſent, aut certe exire permiſiſſent. non equidem quo tum mihi eo nomine a vobis quicq̃ timendum arbitrarer, quorū a me neq; vrbem vnq̃ viſum iri ſperabā, neq; ſane volū tatem ea re offenſam putabā: ſed propter pla‑ne puerilem dicendi ſpeciem, quę vel id ętatis ad ſtomachum meū non faceret, mihi etiam magno dedecori aliquādo fore videret: vt non poſſim ſummā accuſatorū meorū aut malitiā aut deſipientiā, vel potius coniunctam cum prauitate ſtultitiam & inſcientiā ſatis demira ri, qui ſcribendi genus in ea tantopere lau‑dent, quod mihi etiam tum pene adhuc præ‑textato vix lęte ac faſtidioſe probari poterat. Cedo duas illas mihi epiſtolas, quarum alterā ad P. Briſſonem, ad Gothofredū ciuem alterā ſcripſi. Atqui prius inſpicite, vt exoleſcentes iam ac fugientes literę, ſcripti vetuſtatē indi

cent,nequis eas a me in tēpus & ad hūc vſum nuper exaratas exiſtimet. Soleo enim memoriç meç cauſa,etſi non magnopere diligenter, ſoleo tamen in lintea huiuſcemodi volumina relatas tū meas tū amicorū ad me literas aſſeruare. LITERÆ. Scio quid hic iſti. Vt librariū prçſtare non potueris, & eam a te compreſſam,nunq̄ emanaturā putaris,at certe in Romanos habuiſti. Ego quod vobis paulo ante profeſſus ſum P. C. nonnihil olim de Francorum laudibus,in Po. vero Romani contumeliam conſulto nihil vnq̄ dixi. Id titulus ipſe ſi non plene arguit,expendatur exordium,æſtimetur etiam totius dictionis argumētum, & ſententia conſtabit ſane mihi in animo fuiſſe Francos,quo magis eorum virtus eniteſceret Romanis comparare, nō damnare Romanos. Q; ſi tum mihi in eā cauſam ingredięti propoſitū,id erat vnum, oſtendere Francos rerū geſtarum magnitudine Romanis præſtitiſſe, quo ſcilicet vobis haberentur proximi(petebā enim,qđ veteri prouerbio monemur, iniquū vt obtinerem ęquum)ſi id inquam vnum ſpectabā,profecto Romanis maledicere nolui,quibus Francos ęquabam,aut etiā omni laudum genere præſtantiores demōſtrare conabar. Niſi quis me fortaſſe tam ſtupidum fuiſſe ſuſpicatur,vt ſummam Francorum laudē,in ſumma ipſorum contumelia poſitam arbitrarer. Nec enim inſignius eius gentis honorē ſug-

gillare dignitatemq; labefactare potuiſſent,q̃
ſi eam improbiſſimę parem atq; etiam ſuperio
rem oſtendiſſem. Atqui longe alia mihi mens
erat P. C. quippe Frãcos q̃ maxime laudandi:
idq; me vel hoc vno argumento faciliſſime cõ
ſecuturum ſperabam, ſi docerem ab eis Pop.
Ro. virtutes non æquatas modo, ſed multum
etiam victas eſſe. Roget aliquis, vtram igitur
gentem belli virtutibus, pacis artibus præſti-
tiſſe exiſtimas? Ego vero Romanam: atq; id
ipſum etiam tum ſentiebam, cum illa de lau
dibus Francorũ a me dicerentur. Sed tum cau
ſæ theatroq; ſeruiebam, meo nullo mediusfi-
dius res veſtras exagitandi inſectandive cõſi-
lio. At ſic in Romanos multa dixiſti. Nõ mul
ta bone adoleſcens, non multa, ſi cui ea ęſtima
re vacet, quę vel ex annalibus veſtris congeri
vel ab homine cui nomẽ Romanũ in odio eſ-
ſet confingi potuerũt. Septem ſunt, ad ſum-
mum octo crimina, eaq; cum ex hiſtorijs ve-
ſtris deprompta, tum vero iis locis accommo
data, quibus Franci ſine controuerſia vincerẽ
tur. Equidem cum nulli apud Francos mihi
viri p rincipes occurrerent, quos Aphricanis
veſtris, Aſiaticis, Arabicis, Numidicis, Mace-
donicis, Parthicis, aliiſq; quos deuictarum no-
minibus gentium antiquitas non ſine cauſa
ornaſſet, compararem: vſus ſum (vt quidã nu-
per vobis affirmabat) vel ſupra artem conſilio
vel ſupra ætatem ingenio. Quid porro dixi?

Inductus eſt à me locus ille, ne ſibi in eo Romanis Franci cedendum exiſtimarent, ꝙ duces ſuos ſubactarum prouinciarum nominibus minime nobilitaſſent. Sic enim eos moderationis ſuæ documentum cunctis gentibus præbuiſſe, quam omnes mortales in Romanis vehemẽter deſideraſſent, qui ea cognomẽtorum ratione victoriam victis arrogãtes exprobraſſe viderentur. An non id totum videtis fuiſſe conſilij, non iudicij? id tum deniꝗ dictum, cũ Francorum cauſam pro ſuſcepti negocii inſtituto aliter tueri atꝗ ſuſtinere non poſſem? Equidem non video, quid iſtos perinde ac ſi ea vna in re omnis reip. fortuna diſceptaret, & in cõcione tam inſolenter quiritari, & hic tam miſerabili voce eiulare attinuerit. Nam vel Galli ipſi, quos iſti barbaros & furioſa quadam iracundia percitos videri volunt, tale quiddam moderatius tuliſſent: ac ſi bene gentis ingenium noui, prolixe potius in eo riſiſſent, ꝗ cum tanta indignatione conquerendum ſibi fuiſſe exiſtimaſſent. Eodem pertinet quod me de C. Cęſare ſcripſiſſe, crebris ſuſpirijs querebãtur. Nã cũ victorijs eius ciuilib⁹ nihil haberẽ omnino quod opponerẽ, dixi ea in re Cęſarẽ laudari non poſſe, niſi vna Cn. Põpeiũ, M. Catonem, M. Brutũ, C. Caſſiũ accuſare quis vellet, quos Reip. nomine in eũ quaſi tyrannũ arma ſumpſiſſe conſtaret. Eiuſdem eſt generis ꝙ Africanorum Scipionũ alteri, plus felicita-

tis affuiſſe q̃ conſilij,pro Q. Fabij Maximi & Albini Cæſaris iudicio contenderim : alteri, parum apud ciueis ſuos gratiæ,q̀ nulla de interitu eius habita fuiſſet quæſtio : cum interim Diuo Ludouico (quem vnum ambobus comparabam) tantum ſuperfuiſſet & prudentiæ & virtutis,vt etiam cum iam nullus eſſet, hoſteis ipſos virtutis ſuæ admiratione ad petendam pacem atque adeo deditionem faciendam coegiſſet. Illud autem multo vel acerbiſſimum,vel ad agẽdas tragœdias aptiſſimum iſtis viſum eſt, q̀ dum Francorum originem in honorem adducere ambitioſius contẽdo, cauillatus ſum etiam nonnihil Romuli famã in matris probro,fratris nece, fugitiuorũ aſylo : cum in eo non equidem Populi Romani contumeliam vllam,ſed expreſſionem quãdã ex comparationis cõtentione, & illuſtriorem Francorũ gloriam pueriliter aucuparer. Opus hic mihi eſſe video P. C. veſtra non iam ſeueritate, quæ ne in me cũ ipſo patriæ amore exaſperetur,tũ vero harum rerum commemoratione incendatur,haud parum timeo : ſed veſtra lenitate potius ac manſuetudine, ſed plane Romana animi altitudine, atq; etiam humanius inſtitutorum hominũ æquitate, qua par eſt hanc rem totam æſtimetis. Neq; enim famoſi in vos aut carminis aut libelli author dici poſſum, quando nec nomen reticui meum,nec occultum quicquam prodidi, neq;

obpublicum aliquod priuatũve crimen capi tis cauſã dico:ſed ꝙ olim, inter rhetoricas ex ercitationes de Gallorũ laudibus, neſcio quid meditat⁹, Populi Ro. nomẽ exagitaſſe videar. Itaq; patrię charitatẽ vſq; ſeponite dum huic crimini reſpondeo: aut ſi id fieri nullo poteſt modo, ſaltẽ eorum qui doctrinæ ſtudijs libera lius exculti ſunt animi æquitatem, cũ veſtra iſta erga patriã pietate in conſilium adhibete: arbitreminiq; nõ me, qui reus veſter ſum, ſed ciuẽ Ro. natum aliquem pro me dicere, a quo liberius omnia, minoreq́; inuidia quæ in rem meam adduci poſſunt audiretis. Ego enim, ſi quod vlcus attigero, id non tam curandi ani mo, q̃ refricandi exulcerandiq́; conſilio tracta re permultis videbor. Dicam vera eſſe ea, qui bus dum Francos orno, Populi Ro. dignitatẽ perſtrinxiſſe exiſtimor? At id iſti in vos dictũ eſſe ſtatim interpretabuntur. Dicam falſa? At id erit ſermonem ijs dare qui a me ea omnia ex annalibus & clariſſimis rerũ veſtrarum mo numentis ſumpta eſſe non ignorãt: vt altera quidem ratio mendacij turpitudine nõ vacet, altera etiam præſens periculum denunciet. O prępoſteram & odioſam reſpõdendi neceſſita- tem, O iniquam fortunæ meæ conditionẽ: cu ius oratio, iudicum ſit incitatio: ſilentium, rei ſupplicium: ſi nego, ſum impudẽs & aſtutus: ſi defendo, inuiſus: ſi taceo, damnatus. Quo me vertam P. C? Quid inter optimam conſcien

tiam & peſſimam fortunam deſtitutus, cõſilij capiam? Agnoſcam culpam? deprecer pœnã? At vero id ſit me ſontem fateri, id innocentiam meam prodere: qua quidem vna fretus, nec iudicium veſtrum detrectaui, nec iudicũ quenquam initio reieci. Proinde peto a vobis P.C. vt cum vos hic quidẽ iudices ſedere memineritis, tũ vobis, quoad res feret, perſuadeatis, non veſtram hic agi cauſam, ſed rẽ ad homines vobis præterq̃ nomine prorſus ignotos pertinẽtem, in iudicium deduci. Sic enim certe vt etiam ciuium Romanorum perſonas non deponatis, tamen (q̃ veſtra religio eſt) nec litem hanc veſtram facietis, nec tam me reũ, aut eius cuius arguor criminis factũ iudicandum ſuſcipietis, q̃ conſilium in ea re meum & cauſas & tempus conſiderabitis. Atq; illud primum rogo, animis veſtris infigite, eum improbe facere qui in alieno interpretãdo libro ingenioſus videri cupiat. Simul & me in Populũ Romanũ nihil vnq̃ de induſtria ſcripſiſſe: quod quidem vel ipſa libelli illius inſcriptio ſatis arguit. Nam qui in aliquem ſcribit, eius titulum modi prętexit, quo animum ſuũ ſtatim ſignificet. Sic M.T. Cicero in Catilinã, in Verrem, in Vatinium, in Salluſtium, in Piſonem, in Rullum, cęterosq́ quos male odiſſet inuectus, ipſo cõfeſtim indice inimicitias eis denunciat. Ego autem de Frãcorum laudibus eam orationem inſcripſi, non me hoſtem Po-

puli Romani ſum profeſſus. Deinde illud vobis ſuccurrat, eam nũquam a me editam fuiſſe. Quin etiam ſimulatque prolatam audiui, eam me rem pro eo ſane ac debui grauiter & moleſte tuliſſe. Poſtremo tantum abeſſe vt ea in contumeliam nominis Rom. ſcripta videri poſſit, quod iſti calumniantur, vt in ea Populi quoque Romani gloria magna ex parte contineatur. Nam ſi eo tota ſpectat vt declaret Francos Populo Romano omni laudis genere eſſe vel exæquandos vel anteponendos; virtuti nimirum veſtræ teſtimonium dedi, quos tanti feci vt vos mihi ſolos mortalium deligendos exiſtimarim quorũ collatione res francicas in cælum extollerem. Nemo hic de me quærat q̃ bona id fide fecerim: ſum enim vobis iam teſtatus, voluiſſe me tum foro vti, ac etiam dicendi vires in re multo difficillima periclitari, non item Populi Romani res in contemptionem adducere. At ſic in Romanos dixiſti. Dixi nonnihil, fateor: ſed non tã aſpere quam tute protuliſti, neque accuſatorio animo, neque ſane ea mente vt in Populum Romanũ inueherer, cuius nomini ſemper aſſurgo, atque a cunctis mortalibus idem faciundum cẽſeo. Plurimum refert, quo quid animo dicatur aut fiat. Lege Cornelia de ſicarijs & veneficis non tenetur is qui ſine dolo malo hominem etiam necauerit: & iniuriarũ tenebitur, qui nullo conuiciandi conſilio in-

iuriũ aliquid dixerit? Multa dixit M.T.Cicero in Gallos, in Græcos, in Aſiaticos, plura contra Iuriſconſultos & Stoicos, plurima aduerſus multitudinis leuitatem, Patriciorum ſuperbiam, Tribunorum impotentiam: nunquã vero copioſius q̃ cum in homines ſibi amiciſſimos, omniumq; confeſſione integerrimos M. illum Catonem, & Ser. Sulpitium peroraret. Ecquis ei tamen eas ob res negocium faceſſiuit? cur ea quę in Senatu, in concionibus, in iudicijs dixerat, memorię mãdauit, peruulgauitq; ſine vlla offenſione, ſine vlla odij inuidię ve ſuſpitione? Nempe q; non id operis habuit vt in eos diceret, ſed vt cauſę quam tuẽdam ſuſcepiſſet fidem & auxilium ſuũ præſtaret, quod ipſum omnino niſi aduerſariorum eleuata in primis fide & imminuta authoritate irritum fore iudicabat. Semper enim ita habitum eſt atq; obſeruatum P. C. licere ſi non ab hiſtoriarum ſcriptoribus aliquid argutius fingi, quod ſibi tamen illi interdum ſumpſerunt: at certe oratoribus, modo id rei illorum conducat, humillima attollere, ſublimia deprimere, ſimulare, diſſimulare, atq; etiam ſi cauſa id poſtulet, interdum officioſe aliquid ementiri. Q; ſi hoc M.T. Ciceroni eloquentiæ Romanæ authori & principi, vel in ipſis iudicijs, Romæ non modo licuit, ſed etiam ſummæ laudi datum eſt, cum apud viros ſanctiſſimos res ſerias grauiter tractaret: curnam iſtuc idem in frau-

de capitali Chriſtophoro Lõgolio ponetur. Limini in ſcholis, inter pueros, in re ludicra pueriliter declamanti. Ille cum in iudicio quodam illi obiiceretur, ꝙ contra ſentiret atq; olim dixiſſet, magno omnium aſſenſu reſpondit, ſi quid huiuſmodi dixiſſet, neq; cognitũ ſibi cõmemoraſſe, neq; ſe pro teſtimonio dixiſſe, & orationem illam potius temporis ſui, q̃ iudicij & authoritatis fuiſſe. Idem ego accuſatoribus meis, ſed multo mehercule iuſtius, de cũctis illius libelli ineptijs ſemel reſpondeo, Quęcũq; inter pueros, circa extremę pueritię & ineũtis adoleſcentię noſtrę annos, plane puerili conſilio dixi, ea mihi poſtq̃ virilem togam ſumpſi nunq̃ placuiſſe. Inſpiciendum eſſe non quid ego id ętatis, cum iudicandi maturitas abeſſet Limini declamauerim: ſed quid anno ſupiore de Pop. Rom. maieſtate hac in vrbe ſerio ſcripſerim. Natum vero me tum fuiſſe circiter annos octodecim, hoc eſt nondum iuſtę pubertatis tempus expleuiſſe me, cum ea de re apud magiſtros dicerem, nec accuſatores mei negãt, & vos ex eo poteſtis cognoſcere, ꝙ a puerilis ętatis excuſatione incœpi, vt ſi eam orationẽ in Pop. Rom. inſcripſiſſem, impudẽtiſſimeq; in ea quicquid in Buſiridẽ, Phalarim ac Dionyſium tyrannorum crudeliſſimos vel excogitari potuit effudiſſem, atq; ita in manus hominũ tũ miſiſſem: meo tamen iure nunc peterẽ a vobis, contra quos ſcripſiſſem, id auxilij q̃d

ætate minoribus leges veſtræ naturali quadã ęquitate pollicentur & præſtant, q̃ conſtet imbecillum eſſe atq; infirmum eius ętatis cõſilium, quę nec tacẽdi nec loquẽdi leges ſatis nouit. Equidẽ neſcio quantopere aduerſarijs meis illa probetur oratio: mihi quidẽ certe placuit nunq̃, non quæ calumniatoribus iſtis videretur propoſita (Quis enim has timuiſſet inſidias?) ſed vt plane puerilis, nec ſcriptione aut lectiõe cuiuſq̃ magnopere digna. At vero ei9 eram conditionis, vt vobis negociũ faceſſere potuerim, atq; eo etiam voluerim. Vt hic P.C. omittam, q̃ iniquum ſit vt nobis perſuadeamus, eos omnes velle nocere, quibuſcunq; lædendi facultas adſit: nõ ea tamen eſt nominis Ro. infirmitas, vt cuiuſuis obtrectatione labefactari queat. Male mihi profecto de rep. mereri vidẽtur, aut certe nõ ſatis Populi Ro. magnitudinẽ intelligere, qui puerilibus nugis huius vrbis ſplendorẽ pręſtringi potuiſſe exiſtimant. Quod enim ſępe alias ſum teſtatus, hęc eſt vera, & cui nulla comparari poteſt alia, Populi Ro. gloria: vt nullius vnq̃ laudibus extolli, nullius vnq̃ obtrectationibus deprimi poſſit. Sed cuiuſnam ego tum authoritatis inter Gallos eſſe poteram adoleſcentulus, priuatus, hoſpes, nullo pene rerũ vſu ornatus, nulla literarum cognitione commendatus? Illuſtris ipſe (credo) locus, & vobis infeſtus populus ingentes illos mihi ſpiritus excitauit, atque me

ſua opportunitate ad has inimicitias audacter ſuſcipiendas, fortiter vobiſcum gerendas irritauit. Hocq̄ ridiculum ſit, ipſi P.C. videtis. Obſeruant enim nomen Romanum Pyctones, ſi qui vſq̄ alii, fatenturq; imperij veſtri auſpicijs inde expulſam barbariē, inde ſublatam inſcitiam, inde ſuperſtitionem ac vanos Deorum cultus depulſos eſſe. Quicquid habent elegantiæ, morum, literarum, ſacrorum: id vobis totum, maioribusq; veſtris acceptū benigne ac grate referunt. Quæſitū eſſe a me fortaſſe locū ad dignitatem Pop. Ro. violandam, etſi falſo, nō ſine cauſa tamen quis ſuſpicaretur, ſi Lutetiæ Pariſiorum, hoc eſt in ipſa Galliarum luce, atq; illic in celeberrimo Franciæ nobilitatis conuentu eam orationem in vos pronunciaſſem, quam me Limini Pyctonum oppido in vulgus ignoto, nec pleriſq; veſtrum, niſi ad modum hiſtoricis adhuc cognito, ibiq; in cœtu adoleſcētium legitimo Quiritum iuris ſtudio deditorum, habuiſſe ſatis cōſtat. His omnibus addatur P.C. ipſa parendi neceſſitas. Nam quod accuſatores mei ex compoſito belle ſemper diſſimularunt, ad præceptum, quin ad præſcriptum etiam eius ſtudioſę ſocietatis principum, eas tū quidē partes egimus: quod vel ex ipſo orationis illius principio, vobis ſtatim liquere poterit. Heus tu, recita exordiū. EXORDIVM. Audiſtis vt id mihi muneris ij decreuerint, quorum in me tum quidē imperij ius

eſſet? ne id tamen vllo in vos odio ſtatuerunt illi, qui ſe monumentis diſciplinisq; veſtris ad omnē liberalem doctrinam eruditos eſſe prædicarent: ſed vt ea in re, quæ plurimū negocij habere videretur, ingenij (credo) mei periculū facerēt. Quid? ipſe vero non facerem? at præcipiebant. non parerem? at recuſare non poterā. non ſic agerem? at pręſcribebāt. Feci equidem quod nemo veſtrum id ętatis, id conditionis, in eum deductus locum facturus non fuerit. Quę ſi illa ipſa, de qua nūc deniq; accuſor, me vobis & ætatis infirmitate & neceſſitatis vi excuſat oratio, (ſi quid enim a me offenſum eſt, illos eiuſce delicti culpam ſuſtinere par ſit, q auctores fuerunt, non me, quem dicto audiētem eſſe oportuit) ſi ea igitur orationis illius eſt ratio P.C. vt me culpa vacuū eſſe perſpicue ipſa oſtendat, deponite tandem, deponite, ſi quam forte falſam de meo in Populum Romanum odio propter iſtorum calumnias opinionē accepiſtis. Facta mea cum eorum verbis aperte pugnāt. Equidem ſi de nomine Romano male ſentirem, non ſic cauſam meam apud vos agerem. Ciuitatem veſtram aſpernarer, nō de ea retinenda tā vehementer laborarem: vrbē Romam relinquerem, non hoc ætatis incolerem: mores veſtros infamarem, non tot voluminibus Populi Romani laudes celebrarem. Quę ſi res ipſa plane reuincit eſſe me ſingulari erga S.P.Q. Romanum & fide & beneuo-

lentia;iacta ſunt pnto defenſionis noſtræ fundamenta. Nec enim certe cõmittetis, vt hominem qui & vſu & voluntate & legibus veſter iam ſit, ſuæq; in Populum Romanum obſeruantię haud obſcura argumenta proferat, hodie repudietis. At fuiſti quondam huius vrbis nomini ac ſedibus inimicus. Hoc ſi cui dedero P. C. nũm me is propterea ciuitate veſtra pellendum vere ſtatuerit? Fuerunt huic vrbi non inimici modo, ſed etiam infeſtiſſimi hoſtes Sabini: eos tamen quis neſcit, eodem a vobis ciuitate donatos die, quo quidem exercitum excidendæ vrbi admouiſſent? Quid L. Fuluius rebellantium Tuſculanorum Imperator: an non hic eodem anno quo fuerat Populi Romani hoſtis, Romæ triumphauit de ijs quorum ipſe dux fuerat? Sed quia video qua de re apud quos agam, non committam vt in re minime dubia & illuſtri multus & inſolens cuiq̃ videri poſſim. Nemo eſt enim qui ignoret, propriam hanc ſemper fuiſſe Populi Romani virtutem, vt etiam recipiendis hoſtibus hanc ciuitatem augerent, eosq; non tam vi & armis q̃ humanitate ac liberalitate vincerent. Sic Cruſtuminos, ſic Albanos, ſic Volſcos, ſic Æquos, ſic Tuſcos, ſic deniq; Campanos ipſos, bello fractos, immo vi ſubactos, atq; adeo captos non Quiritum modo numero duxiſtis, ſed patrũ quoq; inſignibus honeſtandos atq; exornandos cẽſuiſtis. Cauſa mea

quanto eſt iuſtior? ſiquidem neque a vobis hoſtium numero vnq̃ ſum habitus, neq; ego cõtra vos arma cepi, neq; ſane de bello vobis inferendo vnq̃ verba feci. At fuiſti nobis inimicus. Si fuiſſem aliquãdo alieniore a vobis animo, qui certe ſemper in vos fui amiciſſimo: num ideo mihi vobiſcum in gratiam redire non liceret? Si vos me etiam Vatinio peius aliquãdo odiſſetis: num offenſionem tandem deponere Populo Romano turpe duceretis? Certe apud maiores veſtros, multo ſemp præclarius eſt habitum, iniurias beneficijs vincere, q̃ eas mutui odij pertinacia penſare. Q̃ ſi implacabiles iracundias eſſe vis, nec offenſum quenquam exorari, nec cuiquam concedi a quoquam ne ætatis quidẽ ratione ſinis: Chriſtianum ego te, ego Romanum, ego hominẽ omnino eſſe putem? Quis enim ab omni humanitate tam remotus eſt, quin animum ab odio ad amorem aliquãdo deflectat atq; traducat? Hoc ipſo ſunt plane ingenio, humani generis calũniatrices furiæ illæ, quas paci & ocio inuidere, ſempiternis hominum contentionibus & bellis excitãdis inflammandiſq; delectari videmus. At quibuſnam indicijs me a Populi Romani dignitate ſemper abhorruiſſe iudicas? An tibi hoſtilis animi fidem, vna illa facit oratio, quã ante tot annos, cum nondum per ætatem iudicium facere, atq; etiam cum excuſatione errare poſſem, de laudibus

Francorum conſcripſi? Si odio magis q̃ iudi-
cio obfirmatus aliquo, ſatisfactionem meam
nihildum accipis, nec mihi permittis vt ſe-
cundum leges veſtras ſentẽtiam meam inter-
preter: nec te impudentem ipſe putas, qui in
alienis ſcriptis argumentando ingenium oſtẽ
tes tuum, præſertim ipſo coram reclamante
authore. Illud mihi velim interroganti reſpõ
deas, Romanos ne tum a me violari potuiſſe
arbitreris an debuiſſe? Læſos quidẽ illos opor-
tuiſſe non dices, quibus omnes omnia debe-
mus. Sed nec ſane violabileis fuiſſe: niſi tã ru-
dis es, vt culicem elephãto nocere poſſe exiſti-
mes. Q; ſi Romanos lædere nec potui, nec de
bui, ſequitur illud certe vt nec etiam volue-
rim, niſi me puerilis ętatis vitio lapſum tum
quidem putas. Quo ſane facto ſim leui potius
(quod aiunt) brachio obiurgandus, q̃ in exi-
lium ea re mittendus. Siquidem ita natura
comparatum eſt, vt ea ſanæ mentis homines
velint & tentent, quæ ſe vel honeſte, vel non
ſine aliqua ſpe aggredi exiſtimãt: ab his om̃i-
no abſtineant, quæ ſe turpiter fruſtraque moli
ri arbitrantur. Cauſa nos extimulat, & cona-
tum comitatur: ſpes quaſi ducem ſe præbet, &
exitum qualẽ optamus nobis pollicetur. At
quæ cauſa mihi tandẽ aut ſpes eſſe eo potuit
tempore vt in nomen Romanorum debac-
charer? Q; id rationibus meis conduceret? at
nihil æque officere poterat. Q; dignitatis ali

quid nobis afferret? at ea re, ne fingi quidem poſſit quicquam indignius. Conficiendi negocij facilitas? at nulli vnquam mortalium eius facultas contigit. Impunitas? at hanc nemo in tanta ingeniorum veſtrorum vel felicitate vel fœcunditate ſperauiſſet. Sed quodnam mihi paratum videbam, ſi vos maledictis laceſſerem, pręmium? nempe iuſtum cunctorum mortalium odium. Hoc ipſum (credo) colligebam: & homo, vt vos quidem iactatis, vulgi ſermonibus deditus: vt vero res habet, ad omnes bene audiendi partes erectus, ea nimirum ratione in hominum odia prudens & ſciens incurrebam. Cauſam equidem, inquis, nullam plane video: quandam autem animi tui ad nos inſectandum inductionem voluntatemque perſpicio. Deus faceret ingenioſe adoleſcens, vt & tu, & ſubſcriptores tui, ſenſus meos omneis Lynceis quibuſdam oculis perſpicere atque intueri poſſetis. Mitioribus certe vobis hac in cauſa vterer. Nunc autem quando ea voluntas hominis eſt, vt ſua ſponte ipſa cognoſci non poſſit, ſed ſignis tantum & argumētis colligatur, vnde tandem de illa mea in Populum Romanum maleuolentia coniecturam facis? ex fronte? ex vultu? ex oratione? quibus me vobis amiciſſimum ſemper ſignificaui. An ꝙ Romæ q̃ in germana patria viuere maluerim?

ꝙ præ familiari ciuium Romanorum vſu a popularium meorum conſuetudine pene re‑fugerim? ꝙ Italiæ & vrbis Romæ laudes tot voluminibus commendarim? An vero ꝙ me Senatus populusq; Romanus priuatim omni officiorum genere eſt proſecutus? publice vero non vt multos coram petentes tacito tabel‑læ ſuffragio, ſed vt adhuc neminem viua o‑mnium voce abſentẽ ciuitate donauit? Quid ais? obſignatis te mecum tabellis agere, nec ad rem pertinere, aut q̃ bene de vobis hodie ſen‑tiam. aut quid ſecutus, quidq; tum ſpectans orationem illam conſcripſerim, modo omni‑no conſcripſerim? Erras bone adoleſcens, erras ſi ex euentu & caſu, non ex conſilio & cogitatio‑ne reorum facta expendi in iudicijs diiudica‑riq; exiſtimes. Mala mens, malus animus: non item rerum exitus legibus vindicãtur. Quod ni ita eſſet, & furioſi profecto, & infantes pue‑ri, atq; adeo ipſi illi qui in damnatos Magiſtra‑tuum iuſſu animaduertunt lictores, legũ pœ‑nis obſtringerentur. Cum quid recte fit, nulla quidem benefacti ratio exigitur, ꝙ omnes cau‑ſam ipſa honeſtate ſatis explicari intelligant. Contra cum quod inſigne maleficium aut ſce‑lus editum nunciatur, neq; id temere credi‑mus: & is qua ſpe, quo metu, quo emolumento adductus ad maleficium acceſſerit, confe‑ſtim requirimus: non ignari hanc eſſe homi‑num vitam, vt ea quæ bona ſunt, ſua ſponte

appetãt: quę vero mala, ſuapte natura auerſentur & fugiãt. Certe ſi latronẽ roges, cur in viatorem ſit gra$\!$ſſatus: ad ſpoliãdum quidem egeſtate, ad iugulandum autem hominẽ, ne ab eodẽ poſterius aut occideretur aut proderetur ipſe, inductũ ſe fuiſſe aſſeret. Itidẽ ſi quis L. Catilinã interrogaſſet, cur in patrię excidiũ coniuraret, ꝙ ęris alieni magnitudine oppreſſus, ſtante Rep. aut certe ſine ciuili bello ſtare non poſſet, ipſe nimirũ reſpondiſſet. Adeo nemo adhuc mentis compos homo inuentus eſt, qui ſe gratis peccare, atq; ſine vlla commodi ſpe, animum ab honeſtarũ rerum curſu ad mala cõſilia deflectere atq; traducere fateret. Ergo aliquid, inquies, habueris ipſe neceſſe eſt quod te ad declamationem illam impelleret. habui equidem, ſed vnam illam & verã voluntatis meę rationem, vt Francos ornando ſtudioſi illius cõuentus præfectis morem gererẽ. Immo vero vt in eo te diſertum oſtenderes, ſi Romanos acerbi⁹ depreſſiſſes, Francos melioribus q̃ par erat laudibus extuliſſes. Fac me diſerte adoleſcens tam ambitioſum id ætatis extitiſſe, vt obiecto falſę glorię ſplendore mẽtis meę aciem pręſtringi facile ſim paſſus, hoc eſt vt in cauſa non admodem facili ingeniũ exercere, aut etiam oſtendere voluerim meũ: num ideo me hoſtili in vos animo fuiſſe cõſtabit? Non conſtabit, opinor: & qui rem durius etiam q̃ par ſit interpretabuntur, expoſtu-

latione me admonẽdum, non Populi Romani odio ſubiiciẽdum, neq; exilio & ignominia mulctandum eſſe cenſebunt. Quid audio? iracundia me atque odio percitum in Populum Romanum eſſe inuectũ? Quam tu mihi hic iram narras? quod odium commemoras? Iniurioſum certe aliquid, quod me in Pop. Rom. incendiſſet, vt tibi fides haberetur abs te allatum eſſe oportuit. Q; ſi tum non modo nullis à Populo Romano iniurijs affectus fueram ſed maiorum potius veſtrorum beneficijs allectus, ad bene de vobis ſentiendum prouocabar: non plane video, quid de meo in Populũ Romanum odio ab iſtis fingi poſſit. Scilicet poſt annos mille ſexcentos indignabar Gallias ac Germanias a vobis tot ante ſecula armis deuictas atq; ſubactas fuiſſe. quaſi vero nõ eadem eſſet Italorum & omnium pene gentium cauſa: quas eo tamen imperium veſtrum animo tuliſſe ſcimus, quo ſolent grati minimeq; ſtulti homines medicorum diligentiam complecti, etiam vt illos ſectionibus & cauterijs & amaris potionibus in depellendo morbo vſos eſſe recordentur. Etenim ſalutari illa veſtra atq; adeo noſtra victoria: victi enim vicimus: certe, quod conſtat, perieramus niſi tum ſic periiſſemus. Salutari inquam illa victoria effectũ eſt, vt exuta feritate humanitatẽ indueremus, literas amplexaremur, barbariq; & dici & eſſe deſineremus. Ob hæc veſtra in nos me-

rita, ègo vobis infeſtus? ego nomini Romano inimicus? qui ſi quid doctrinæ, ſi quid virtutis, breuiter ſiquid præter formam hominis habeo, id equidem Populo Romano, iam tum, vt par erat, libens & ingenue totum acceptum referebam. Quare ſi nec vlla in vos odij cauſa eſſe potuit, nec ea res mihi bono futura fuit: denique ſi in vos ire & contra honorem veſtrum niti, neque debui, neque potui, neque volui, neque vero in Populum Romanum illa oratio, ſed de laudibus Francorum eſt inſcripta: non ſane intelligo, quodnam hoſtilis animi argumentũ, vir probus ex ea poſſit ducere, niſi quis fortaſſe iuſtitiam Carneadi, valetudinis firmitatem Phauorino, Syneſio comam, Ioanni Pico ſermonis elegãtiam, Eraſmo Rhoterodamo ſapientiam exoſas, inuiſasque fuiſſe, eam ſibi ob rem perſuadeat, ꝙ dum his virtutibus contrarias ij peſtes, animi quidem cauſa, ſed luculentis tamen verbis dilaudant, eodem quoque tempore in hæc ipſa tum naturæ dona tum doctrinæ præſidia liberius cauillantes ludant atque dicacius iocentur. Verum id ſibi quidem facile perſuaſerit nemo: quin idem multum de ſe doctis hominibus riſum ſtatim præbeat, quaſi oratoriarum exercitationum prorſus ignarus, & illius communis prudentiæ penitus expers, qua ſeria a ludicris ſecernuntur. Quare ſi Francos olim, inter pueros, puer ipſe ita

laudaui vt Romanis interim videar non pe-perciſſe: nō id vllo equidem in vos odio, quod ipſum nullum eſſe potuit, nullum certe fuit, ſed vel ętatis imperitia lapſus feci. vel qa hæc ſacra non aliter conſtare arbitrarer, qui hanc comparationis rationem eſſe acceperam, hoc contentionis genus, immo vero hanc rerum naturam, vt in talibus conata efficere non poſſes, niſi ijs quæ plurimum extarēt ſolerter aliquid detraxiſſes: & ea non eſſe tanti quanti omnium opinione fierent atq; æſtimarentur, oſtenderes. Proferrem hic ego vobis P.C. vtriuſq; linguę authores quamplurimos (ne quis id a me ſine exemplo factum exiſtimet) qui etiam in re ſeria miram illam virtutum vitiorumq; ſecuti affinitatem, hoc vel artificio vel ſupra omnem artem conſilio nō impune modo, verum etiam ſumma cum laude ſunt vſi. Atqui nolo in re etiam paulo humanius inſtitutis cōfeſſa curioſius laborare, cū alijs de cauſis multis, tum vero ne prudentiæ peritiæque veſtræ parum videar confidere: quos quidem ſcio, qd olim Metrodorus Sceptius, Didymus Alexandrinus, Fabricius Veiēto, Lucian⁹ Syrus, Aurelius Auguſtinus, Paulus Oroſius, Bernardus Clareualla, nuper vero Io. Campanus, Baptiſta Mantuanus in vos maioresque veſtros ſcripſerint: ſæpe legiſſe, ſemper riſiſſe. Quanq̄ eorum durior eſt cauſa, qui quidem ſerio nomen Rom. inſectari videantur: vt mihi

omnino ſperandum ſit vos, qua eſtis animi tum facilitate, tum etiã altitudine, eo ſane illius cõcionis verba quo a me dicta ſũt animo accepturos: ac ſiquid in ea inſit flagitij, id vos omne aut rerum imperitiæ, aut rudib⁹ plane annis, aut omnino neceſſitati, aut etiam ſcholaſticæ libertati, aut his omnibus ſimul condonaturos: æſtimaturosq́ potius, ꝙ plane adultus relicta domeſtica ſede huc me contulerim, & Populi Romani laudes literis mandarim, q̃ ꝙ extrema pueritia inter æquales meos, neſcio quid, neque id vero ipſum meo ſed alterius arbitratu, in vos dixiſſe exiſtimer. Hic enim pleniore iudicio, atque dedita opera cõſcriptas quinque orationes paucis quibuſdam vnius declamatiunculæ verſibus obieci, perpetuum (niſi me bona poſteritatis ſpes fallit) meæ in hanc rempub. pietatis atque obſeruãtiæ documentum. Hinc iam deinceps ad reliqua accuſationis iſtorum capita tranſirem P. C. niſi ea eſſet ipſorum, vt nihil acerbius dicã improbitas, vt me primum in concione, deinde hic etiam publice accuſaſſe non contenti, occultis quoque poſtremo calumnijs res veſtras cum apud multos priuatim exulceraſſent, tum vero apud imperitũ vulgus in circulis identidem exagitãdo in ſummam inuidiam adduxiſſent: periculum hoc mihi grauius conflare conati, quo minus mihi aduerſus tectas ſuas inſidias quicq̃ pręſidij affore ſpe

rabant. Atqui operæprecium eſt cognoſcatis q̃ inertibus illi quidem apud viros graues, verum longe grauiſſimis apud craſſas vulgi aures argumentis in me graſſentur. Hui (inquiunt) ergo faciem iſte nobis fœda cicatrice deturparit; nec æquum putabit, vt eam cõtumeliam ad animum reuocantes vlciſcamur, etiã ſi nullo nocendi conſilio ea nos affecerit? Hoc ipſum eſt illud P.C. nobile, & cui certe manus dare neceſſe fuit, argumentum: quo non modo comatulos iſtos ac pallidulos, ſed retorridã etiam & cæſariatam illam laniſtarum gladiatorumque turbam in me tumultuoſe nuper armarũt omnem, nemine ipſorum non perq̃ ridicule eius quę a me reipub. impoſita eſſe diceretur cicatricis modo oſtẽtante altitudinẽ, modo lugẽte deformitatem: cum interim ingenioſi homines nihil omnino diſcernerent quatenus grauiſſimi vulneris ratio a leuiſſimorum verborum cauſa diſſideret. At videte P.C. q̃ leui impulſu, magni perſæpe in nõ nullorum hominum animis motus excitentur. Iſtęc enim eadem ipſa eſt, præclara illa foedę cicatricis ſimilitudo, quę quoſdam iſtorum ad me de medio tollẽdum ita ſcilicet incitarit, vt ſtatim inita coitione, factaq; manu, quemadmodum cuiq; commodum eſſet, conſtituerẽt eorum partim me vel in medio foro obtruncare, partim ſi huc ad cauſam dicẽdam veniſſem, indemnatum de ſaxo Tarpeio præcipi-

tare,alij in profluentem de ſcalis Gemonijs de uoluere, alij ad Gallorum buſta mactare, alij ſi res palam minus procederet, clam veneno tollere; frementes hac ſeſe via tum iniurias Pop.Rom.fortiter vltum ituros,tum gratam maiorum ſuorum manibus victimam immo laturos, tum vero cęteros mortales a Populo Ro.inſectatione, magna ſui nominis commẽdatione,deterrituros eſſe.Quaſi vero amentiſſimi homines,immane veſtrum illud facinus animo conceptum plane gladiatorio,ſuſceptũ puerili conſilio, non contra omnino vobis caſurum fuerit atq; ſperaueritis:& mihi quidem immortale nomen allaturum,vobis autem ipſis ſempiternam infamiæ notam inuſturum: nequid hic de præſenti veſtra omnium pœna dicam,quam & viui iis qui hic res capitales iudicant, & mortui Deo Optimo Maximo perſoluiſſetis. Sit mihi Populus Romanus propitius: nam ſi vel nomen eius tam male odiſſem q̃ illud religioſe ſemper obſeruaui, vel me aliena iniuria multorum exemplo immortalitati commendare vellem, non mihi quidem fugienda,ſed prorſus eſſet huiuſcemodi mors appetenda, quæ mortuo mihi gloriã, interfectoribus meis perniciem, huic vrbi inuidiam non ſane leuem eſſet allatura. Nec enim certe deeſſent Franci Germanique haud pauci,ſed nec Itali etiam pleriq;,nec Romani deniq; ſcriptores nonnulli, qui necem

meam quaſi indignam deplorarent,ciuibusq; ſuis vitio aperte verterent, q; non mediocris expectationis iuuenem,ob puerile dictum,cuius etiam ipſe rationem fuiſſet vel apud iniquos iudices paratus reddere, in media vrbe crudeliter trucidari ſiuiſſent,idq;cum iã eiuſce rei iudicium apud eos agi cœptum eſſet. An non hic animis cogitationeq; proſpicitis quid ad eum nuncium cũcti mortales ſuſpicaturi fuerint?quid de Pop.Ro.fide atq; iuſtitia iudicaturi?apud quos iura & leges ſilerent, vis & arma dominarentur.ſub quorum conſpectũ vnus a multis,inermis ab armatis,incautus a paratis, hoſpes immo ciuis a ciuibus,reus ab accuſatoribus,atq; adeo ab iudicibus ipſis prius telis q̃ ſententijs circunuẽtus cecidiſſet. Qẽ cum me vel hoc ſolo vitæ meæ periculo tam multis commendaueritis, cauſam meam aliter profecto negle cturis,an non ſi huc tam humanę cędis accedat iniuria,nomen quod cum vita mea extinctum iri ſperatis,ſcelere veſtro magis ac magis illuſtretur?Illuſtretur opinor, nemine ſibi non perſuaſuro, magnum quiddam omnino in me fuiſſe, quare me Populus Romanus ad cauſam dicendam non eſſet auſus admittere. Publico enim, non priuato conſilio, vitam mihi ferro ereptam eſſe interp̃taretur, ſummiſſis percuſſoribus qui me indicta cauſa occiderent, quoniam auditus damnari non potuiſſem. Nam ob ſcholaſticam

& pueriles illam declamationem nunq̃ tãtũ animo nefas hac quidem in vrbe conceptum crederent: aut ſi qui illud ſibi perſuaderẽt, profecto Romanos cum parui tum vero etiã praui ingenij ea de cauſa damnarent. Quo quid indignius? Haud equidẽ ſcio, quonã iudicij euẽtu hinc ſim diſceſſurus: ſpero quidem eo, quẽ perpetua mea in Po. Ro. obſeruãtia poſtulat: ſed certe quoquomodo res mihi ceciderit, fore non dubito quin hac veſtra conſpiratione haud paulo plus additũ ad memoriã nominis noſtri q̃ ademptum de fortuna a multis exiſtimetur. Quare ſi & veſtra vobis ſalus curæ eſt (nec enim defuturi ſunt vel Romę homines qui iniurias meas perſequantur) & Po. Ro. nomen, in quẽ tota interitus mei inuidia deridetur, ab omni criminis ſuſpicione integrum vigere optatis, & maiorum veſtrorũ quos ego pro mea virili parte celebraui, manibus rite litatũ cupitis, minas deponite, q̃ nec vos decẽt nec eũ qui ſe ciuẽ Romanũ eſſe meminit terrẽt. Sicas abijcite, quibus latrones graſſari, nõ viros bonos ſuccingi mos eſt. Certe lex Cornelia non eos modo vltore gladio perſequitur, qui hominẽ occiderit, ſed quicunq; cũ telo hominis necãdi cauſa fuerint. Ad ſummã, ſi vel exigua patrię dignitatis ratio, aut poſteritatis etiam verecundia vlla apud vos adhuc reſidet: ne vitã meã vel palã ferro, vel clam veneno petatis. petatis aũt? imo vero a Deo Opt.

Max.precibus contendite, ne me aut hic, aut in Italia vſq̃ hoc tempore morbus vllus conſumptum extingat. Hoc enim ſi contigerit, nulla vos ſane iniqua ratiõe ab ea infamia vĩdicabitis, quin me iuidia a vobis e medio ſublatũ eſſe ſocii pariter & fœderatę liberęq; gentes omnes ſibi perſuadeant. Maximi porro huius veſtri, atq; vtinam etiam ſapientis animi, quem vos patrię honori deuouiſſe ia[illegible] aduerſus eos q ſe vobis inimicos profitẽ[illegible], ea qua licitum eſt via, periculũ facite: non in eũ, qui hac vna in re, iã tot annis totus elaborat, vt ſuam erga S.P.Q. Romanum beneuolẽtiam apud omnes mortales illuſtrẽ reddat, vel etiam toti poſteritati grauiſſimis certiſſimiſq; monimentis teſtatam relinquat. Veruntamẽ vt turpem illam oris cicatricem ab iſtorum facie aliquãdo tollamus, ſaneq; parũ abeſt quin eos Romanos eſſe negẽ, qui putant vllã a me nomini Romano notam inuri potuiſſe. Nec enim tantarũ eram viriũ, vt vllum Reip. vulnus imponerem: neq; vero tam tenues Pop. Ro. opes, vt plagam vllam a me acciperent. Cicatrix aũt vlla ibi eſſe qui poteſt, vbi nullũ fuit vulnus? Et quando hęc iniuria tota verborum eſt, quid (oro) præclarius q̃ ſi ab eo laudere, qui te prius conuiciis omnibus vexauit? Qui primum laudibus aliquem in cælum effert, aſſentatoris euitare ſuſpitionem plane non poteſt: qui a vituperatione commendat,

hic locuples veritati teſtimonium afferre atq; indicium pręſtare exiſtimatur. Quę ſi egregiam illam declamationē tantarū eſſe viriū arbitramini, vt ſatis ſit ad aſpergēdam indelebilē huius Reip. dignitati maculā, vos ſine dubio iuſtius, qui me accuſatis, q̄ ego hoc eſtis nomine accuſandi. Ego em̄ illā ipſam, cū aliis a me iā dictis cauſis, tū vero neve ſuperſtitioſe credulis quicq̄ ſuſpicandi, neve peruerſe ingenioſis calumniādi anſam pręberē, quoad potui compreſſi. Ego editā ægre, nec id quidem diſſimulāter tuli. Ego, ne in multorum hominū manus proueniret, & p me ipſe curaui, & amicis vt idem facerent negocium dedi. Ego, ne quis meū in ea de Populo Romano iudiciū ineſſe putaret, quinq; voluminibus conſecutus erā. Breuiter, ego medicinā quancunq; potui attuli. Vos cōtra omnino, ipſi remedia omnia effudiſtis. Vos in hoc vlcere tāq̄ vngues extitiſtis: vos illam vulgo cōmunicaſtis, dum eam ex latina Italicā, nec id bona tamē fide, facitis. Vos ſexcentis exēplaribus deſcriptā, toti vrbi diuiſiſtis, & vt in cęteris Italię oppidis eſſet, procuraſtis. Vos in eā opinionem homines, vt a me ſerio ſcripta videaſ, adduxiſtis. Deniq; vos, vt nemo eam legere iam non cupiat, effeciſtis. Nā ante has a vobis excitatas tragœdias, quotus illam quiſq; nō dico perlegerat? vix enim vnus & alter, pauci certe ſtrictim attigerāt, ſed in Populum Romanum parum eſſe honorifi

cã audierat. Siquid in ea eſt,quo ciuitatis hu= ius exiſtimatio lædi poſſe videat, non id qui= dem mihi,qui ne in apertũ proferretur. omnĩ diligentia prouiderã,ſed vobis certe vitio ver ti debet,qui vt a cunctis mortalibus legi poſ= ſet,curaſtis,& quantum in vobis eſt,grauem Po. Romano iniuriã facitis,dum vos iniurias eius tãq̃ graues fortiter perſequi gloriamini. Si a me ficta eſſe ea omnia exiſtimatis, quib⁹ Populi Romani nomen illic violari cõtẽditis: an non iis ipſi vos fidem & authoritatem faci tis,qui quaſi veris criminibus adeo turbulen te cõcitamini:& pinde atq; in Gallico tumul= tu,immo nõ aliter ac ſi Senones ad portas eſ ſent, vel etiam hoſtis in vrbẽ iã receptus, Po= pulũ Romanum non tam ad ſaga q̃ arma ſu mẽda cohortamini?nec enim de nihilo & va nis dictis Romanos cõmoueri quiſq̃ facile cre dat.Sin etiam vera,cur quæ vobis perpetuo ſi lentio tegẽda,quæ diſſimulatione obliteranda fuerant, huiuſcemodi concionibus retegitis, atq; iſtis veſtris medicamentis Reip. vulnera exulceratis,nocẽtiore mediusfidius auxilio q̃ malo?Q; ſi nihil illa eſt,neq; ficti,neq; iniurij, nec inde quicq̃ negocij aut ignominiæ Pop. Rom. impendet,vt nihil facile impendet: cur me in capitis & exiſtimationis periculum tam crudeliter vocatis?Nę ſi vos Romanos eſſe ho mines meminiſſetis,maiorũ veſtrorum hiſce in cauſis exẽpla ſecuti, declamationem illã ri=

ſu aut cōtemptu excepiſſetis,non his terroribus & cōcionib⁹ veſtris nobilitaſſetis. Atq; plebeijs quidem iſtis facile ignoſcas,qui nec ſe pugnātia loqui,nec facta ſua inter ſe collidi ſatis intelligunt,& eandem dictorum,factorū rationem eſſe arbitrātur:putantq; ſe more imbecillium animātium grauiter lædi, ſi vel ſummiſſius inclamētur,vel etiam leuius cōtrectētur. At illos quis iam ferat,qui cum ſe pręter imperitū vulg⁹ multum ſapere,ſibi vulgoq; etiā ipſi perſuaſerint,tamen quid hodie Roma ſit ipſa,immo quid ſit hominem Romanū eſſe, penitus ignorāt? Sic enim iſti cēſent, cōtemnitum a vobis recte puerilem illam orationē potuiſſe,ſi vt olim, ſic etiā hodie Romani imperij opes florerent : quaſi vero barbarorum ſit, nō iam Romanorum animis inſitum atq; infixum,neq; ſecūdis rebus efferri,neq; aduerſis deprimi:cōtraq; eo magis erigi & confirmari, quo grauior & atrocior tēpeſtas vrgeat? O vocem aurib⁹ veſtris indignam. O ſententiā adhuc Romę inauditā. Siccine vero cū fortuna etiā deponēdā cēſes animi virtutem? qua vna freti,omnes fortunæ minas, omnes gentium omniū impetus,Romani & fortiter ſuſtinuerunt & egregie ſemper contuderūt. Bello punico ſecūdo,cum iam vobis pręter hanc vrbem ex tāto imperio reliquum eſſet nihil,cęſis tot ducib⁹,tot legionibus,tot Cōſulibus, tot exercitibus,adeo magno animo ciuitas fuit, vt C.

Terẽtio Varroni ex Cannenſi illa clade, cuius ipſe maxima cauſa fuiſſet, redeũti, & obuiã ſit itũ frequenter ab omnibus ordinibus, & actæ gratiæ ꝙ de Rep. nõ deſperaſſet. Nunc autẽ in tanta rerũ tranquillitate, in tã longe lateq; patenti imperio eſt (credo) qđ iſti ad timorem vobis & terrorẽ ſtultiſſime proponebãt, periculũ, vt propter illã puerilẽ oratiũculã, ne aut Germania deficiat, Gallia deſciſcat, atq; vt eorum ꝑclara ponã verba, ne tota vltramontana barbaries cornua erigat, & nouas incurſiones in Italiã aggrediaẽ. Atqui neq; illud ſane video cur de vobis tã male ſentiãt, vt Reip ſtatũ, tãq̃ abiectũ & plane euerſum, cõtẽptui nobis fuiſſe exiſtimẽt, qui nihilo quidẽ minus veſtram q̃ maiorũ veſtrorum fortunã ſemper admirati ſum⁹. Imperarũt illi (fateor) multo maximis terræ partibus: vos autem, an non omniũ gentium vel clariſſimis vel fortiſſimis ius dicitis? quando præter Italiam, Siciliam, Sardiniam, Gallos item, Hiſpanos, Germanos, Pãnones, Illyricos, Dacas, Sauromatas, & Europęos Scythas, hinc etiã iura petũt, toto diuiſi orbe Hyberni, Britãni, atq; felices illi fortunatarũ inſularũ incolæ Canarij. Nam Thulen olim exiſtimatam Orchadũ vltimã religionis quidẽ imperio ſociã adhuc tenetis. Domuerũt illi (ſcio) ſumma virtute pleraſq; oẽs Africæ Aſięq; nationes. At vobis plurimę vltro parẽt, plurimę pontificis principiſq; Romani legibus vtun-

tur. In Greçia qdē & Aſia Epidaurus Alycar- naſſus, Cyprus, Rhodus, Creta, Chi⁹, Corcyra, breuiter quotcunq; inter Aſiā, Africā, Europā toto mari viſuntur inſulę, hę omnes nutū ve ſtrū intuētur. In Africa vero ſacro iure regūt Maſſeſſyli, Tripolitani, CęſarieſisMauritania, Tyngitana ꝓuincia. Non me quidē fugit mul tis illos gētibus imperitaſſe, quarū nulli hodie ius dicitis. Atqui vos multarū in animos, qđ quidē ſūmū eſſe ſūmi imperij argumētū reor, hodie dñamini, quorū illi nomē haud ſcio an vnq̄ audierint, vel etiā oīno legerint, regiões certe nūq̄ audierūt, mores ne ex negociatori- bus qdē notos habuerūt. Profecto Gothis ip ſis, Danis, Sclauis, Pomeſanis, Boruſijs, & q vſ q; ad Rhiphęos mōtes, cōcretūq; oceanū latiſ ſimis finib⁹ ꝓtēdunt Litalanis ac Liuonib⁹ i- peratis. In aduerſa vero mūdi parte, & extima Africę ora, q̄ a Gaditano freto, ꝑ vtroſq; Æthi opas vſq; ad mare rubrū in īmēſū ꝑcurrit, vo bis parēt tot populi, tot gētes, tot nationes, tot pricipes, tot reges, vt ſane nomēclatore op⁹ ſit aliquo. ſiq̃s eos oēs recenſeri hic cupiat. Quid q; ꝑter Indū & Gāgē, ac nobiliſſimas illas Ori entis inſulas orbis alter ab occaſu, iſq; hoc no ſtro nihilopene minor. ac maiorib⁹ itē nřis ne fama qdē notus, Principis pōtificiſq; Romani impio obtēperat? An nō hodie etiā (vt olim) in Africā, Europā, Aſiā, ad ſolis ortū & occaſū, in meridiē & ſeptētrionem, immo vero vltra

ipſas quoq; Solis anniq; vias, mutatis quidē nominibus, ſed pari poteſtate cū imperio mittitis, aut illic probatos creatis Quęſtores, Prętores, Prędides, Procōſules, quos propoſitos, epiſcopos, archiepiſcopos, primates appellant? Quorſum hęc? quorſum? vt iſti intelligāt nihil eſſe quod, aut maioribus veſtris tantopere inuideatis, aut puerilem illā de laudibus Frācorū dictionē, in tanta imperij magnitudine, in tā alto feſtę pacis ocio nō facile contēnatis. Quę ſi vobis deeſſent omnia, eſſet tamē profecto a Po.Ro. dignitate lōge alienū verbis commoueri, ne muliebri ingenio, cū imperio (quod in manu fortunę ſemper fuit) virtutem quoq; amiſiſſe, atq; a priſca illa maiorū veſtrorū cōſtātia, animiq; magnitudine prorſus degenerafſe videamini. At enim Pop. Ro. turpe fuerit, vnius in Chriſt. Lōgolij poteſtate poſitū videri, vt is arbitratu ſuo, res Romanas modo extollat, modo deprimat. Nō in vnius Lōgolij poteſtate collatū iſtuc eſt P.C. ſed nec i mortaliū cuiuſq̄ arbitrio: ſi omnē humanā laudem rerū geſtarū magnitudine multū ſuperaſtis, omnē inuidiā gloria lōge viciſtis. An nō hic manifeſtā aduerſariorū meorū & calūniā & iniquitatē perſpicitis: qui eādē obſeruātiæ cōtumelięq; pœnā ſanciūt, & laudē vituperationis loco ponūt? Si me ciuitate veſtra indignū ducitis ꝙ eā puer vituparee ſū viſus: cur nō eadē quoq; dignū, & vir factus omni laudum gene

te ornarim? Sed hoc non poſtulo: illud miror cur laudibus veſtris a me optima fide conſcriptis, & ſummam ineſſe infamiam & maximã pœnam conſtituendam iudicetis, cum & vſu frequens ſit, nec ſummæ nunq̃ prudentię attributum, e quo ſis fonte leuiter aſperſus, ex eodem laudes tuas haurire? Quidnam illud tandẽ ſibi velle exiſtimamus, vt a poetis fortaſſe confictum, ſic certe in rem mortalium ſapienter excogitatum: Steſichorum vatẽ egregium, ſimulac in Helenam illam dixiſſet oculorum vſum amiſiſſe, ſtatim vt recantaſſet, recuperaſſe? Quidnam aliud P.C. niſi cõuicia laudibus tolli, maledicta benedictis emẽdari, verborum iniurias bonis verbis penſari? Si in Romanos ſcripſiſſem, re vera peccaſſem: ſed eo ſane delicti genere, quod ſequẽs laudatio facile corrigeret. Atqui in vos iuſta oratiõe, aut conſulto inuectus ſum nunq̃. Quæ tandem igitur inuidia eſt, ſi rerum veſtrarum ſtudio inceſus, de laudibus veſtris orationes quinq; q̃ potui ornatiſſime & copioſiſſime conſcripſi: & eas haud ita pridem Romę in frequentiſſimo doctiſſimorum hominum conuentu apud Io. Matthęum Gibertum ſtudioſiſſime recitaui? Neq; vero vllam in eo leuitatis famam mihi pertimeſcendam eſſe exiſtimaui, quaſi priſtinas meas actiones ipſe voce mea damnarem. Primum enim ſapientis hominis eſſe iudicabam, ita grauitati ſuæ conſtare velle, vt conſi-

liorum ſuorum rationes interdum commutã
das putaret. deinde illud mihi in mẽtem ve-
niebat, q̀ id ętatis neq; mea voluntate, neq;
meo iudicio ſatis vſus eſſem, poſtremo nihil
haſce conciones illi declamationi, quatenus
res Francorum ornaſſem, aduerſaturas vide-
bam. Sic enim Pop. Rom. laudes prædicaui,
vt omnium ſententia ipſe a me non deſciue-
rim, id eſt vt Francis conſtantiam, hiſtoriæ fi-
dem, vobis quam debeo pietatẽ pręſtiterim.
Incubui quidem vehementius in cauſam ve-
ſtram, atq; omnes animi ingenijq; mei vires
in eam profudi: ſed nõ alia ſane de cauſa, atq;
vt ne quis ea in vos ſerio & bona fide a me di
ćta eſſe ſuſpicaretur, quę tum ſcilicet tempori
bus dediſſem, tum vero vt me in Francicarũ
rerum commemoratione officij fructũ, in his
quinq; concionibus etiam pietatis laudẽ quæ
ſiuiſſe homines aliquando intelligerent. Ab-
ſit verbo iuidia, P. C. ſed ita res habet, quem
admodũ Lælius Maximus vir fortiſſimus, &
idem ciuis optimus, vobis hoc loco nuper te-
ſtabatur, cum paulũ deflagrante nominis mei
inuidia abſentis cauſam ageret, & huius con-
ſpirationis fontes aperiret. Non illud mihi po
tiſſimum obeſt, quod in primis crimini datur:
ſed vel laudi vel nouitati inuidetur meæ, q̀
poſt habitas quinq; illas conciones, erudito-
rum hominum conteſtatione, res veſtras eo
celebraſſe dićtus ſim modo, quo ante me mor

talium nemo. Hinc illæ inuidiæ tempeſta-tes, hinc illæ tragœdiæ, hinc ego Italiæ ini-inicus, hinc Chriſtophorus Longolius huius Reipublicæ hoſtis: hinc, ſi quicquam iſtis cre ditis, ego dijs hominibusq; iuxta inuiſus. In tererant enim concioni tres illæ faces, immo tria illa huius tumultus incendia, cum in-quilino ſuo Sinone, quem ante tum eum di-em cum tantum laudis ex laudibus veſtris re tuli, tum mihi a vobis ius ciuitatis delatum, ſemper inuidia pallentem mirabamini: nunc autem magno vel veſtri de me iudicij ſplen-dore incenſum, vel repulſæ ſuæ dolore inflã-matum & ardentem videtis. Aderant igitur illi, quando tam illuſtre teſtimonium, haud ſcio an ipſorum etiam conſenſu, perhonorifi-cis certe omnium verbis retuli. Sed ſi res ve ſtras ſcriptis meis tam acerbe q̃ iſti mentiun-tur exagitaſſem, quanto iuſtius a me ornan di fuiſſetis? Nec enim video vt aliter violata Populi Romani dignitas expiari potuerit. Si nihil in vos dedita opera ſcripſi, vt nihil pfe ćto ſcripſi: ne mihi, rogo, fraudi ſit quod vos pro virili mea parte celebraui. Scio equidem res veſtras nec tam obſcuras eſſe vt teſtimo-nio cuiuſquam illuſtrari, nec tam dubias, vt noſtro iudicio confirmari deſiderent. Ne mul ta: ſcio quidem nomini Rom. nihil eſſe opus externorum (quos iſti Barbaros appellitant) ſcriptorum monumentis, ſed nec Deo etiam

mortalium ſermonibus. At ille cum ſua ſponte ſatis & laudatus ſit & beatus, tamen gentiũ omnium linguis atq; literis laudes ſuas celebrari facile patitur, atq;(vt credibile eſt) etiam gaudet, cum in officio ſumus, idq; pie ac religioſe colimus, quod ſupra omnem mortaliũ conditionem longiſſime extollitur. Pari ego res veſtras ratione dilaudaui P.C. non vt eas prædicatione noſtra amplificarem: nec enim habent quo iam progrediantur, quandoquidem vt ille veriſſime cecinit, Imperium terris, animos æquaſtis olympo: ſed vt omnibus mortalibus, non ſolum vobis, teſtatũ planũq; facerem: quantum id eſſet quod de Italiæ felicitate, vrbis huius præſtãtia, Populi Romani virtute, Imperij veſtri maieſtate iam olim perſuaſum habuiſſem. Nam q; iſti ad ſerendos quidem rumores, & ad coniiciendas in aliquẽ ſuſpiciones appoſitiſſimi, ad explicationem vero criminis longe ineptiſſimi, multis veſtrum Senatum ingreſſuris, in aurem quidẽ, ſed ita vt amicorum meorum nonnulli exaudirent, inſuſurrarunt, periculum eſſe, vt ſi ſecundum me iudicetis, ne ſtatim in Gallias ac Germanias, tanq̃ a me Romæ ſuperatis trãſalpina dicendi facultate Romanis, ad triumphum deuolem: atq; illinc, ea immutata quã nunc erga vos præ me fero voluntate, vobis ſtultitiam veſtram ipſe exprobrem, quod me ciuitatis iure non ſpoliaueritis, in quos olim

tam acerbe inuectus eſſem. An non hic etiam ſentitis P.C. cum innocentiæ meæ, tum iuſtitiæ veſtræ, inſidias nouo & ſingulari quodam artificio tendi? Scripſiſſe me in vos dicunt. At id me operis nunquam habuiſſe oſtendi. Gloriaturum me apud Gallos & Germanos aiunt, quaſi conturbatos dictionis noſtræ viribus Romanos in ipſa vrbe Roma ſuparim. At q̃ non ita multum in hac latine dicendi laude proceſſerim, magis ſane magis q̃ cauſæ noſtræ expediat, videtis: niſi cui fortaſſe veſtrum ſummam eloquentiam ſumma innocentia libeat definire. Qua quidē ratione, non Populum ipſum Romanum, quicum mihi bene conuenit, nullum quidem plane certamen vnquam fuit, ſed accuſatorum meorum factionem veſtro iudicio, approbante Populo Romano, a me Romæ victam eſſe, per vos quidem mihi vti ſpero & opto, gloriari aliquādo licuerit. Addebant me, ſi deo placet, vecordiam vobis exprobraturum eſſe. At quodnam rei huius argumentum attulerunt? quo id demum ſigno ſibi ducunt? quod ne leui quidem coniectura quiſq̃ doceat. Nā ſi me tam ingratum libeat fingere, tam ſtultus certe nō ſum vt vel tanto ſtudio collectam in me beneuolētiam temere effundam, vel quid de eo iudicaturi ſint homines non videam, & q̃ magnam perfidiæ ſceleriſque infamiam mihi ſtruerem, non proſpiciam. Verum quis me vobis ini-

micum fore credat, ob acceptum, & hoc veſtro iudicio comprobatum (vti ſpero) duplicatumque mihi ciuitatis beneficium: qui ſola ciuium Romanorum conſuetudine vel ante quam veſtra de me tam præclara iudicia extarent ducerer atque delectarer: qui huiuſce retinendi patriæ iuris ſum appetẽtiſſimus, vrbis Romæ amãtiſſimus, literarum veſtrarum cupidiſſimus, religionis Romanæ & Chriſtianæ ſtudioſiſſimus, deniq; ingeniorum veſtrorum admirator etiam nimius: ſi quid modo hoc in genere ſociorum multis credendum putarem. Omnino niſi me ex aduerſariorum meorum ingenio atque natura fingitis, nunquam plane odioſis eorum ſuſpicionibus criminibusq; fauebitis: quæ cum a maioribus atq; inſtitutis noſtris multum abhorrere vobis polliceor, tum vero commodis atq; exiſtimationi meæ plurimum eſſe aduerſatura, iam vos quoq; animo cernere arbitror: cum boni viri & mente & fama nihil vnquam duxerim antiquius, easq; mihi nihilo tuendas minus res q̃ vitam ipſam ſim arbitratus. Equidem fidẽ meam apud optimos quoſq; labefactarẽ, neq; adeo ipſe me hominem iam putarẽ, ſi humanitatem, ſi æquabilem veſtram in dicendo iure rationem incuſarem, id vobis vitio ingrate verterem, quo vno potiſſimum nomine, non dico ipſi me vobis in perpetuum deuinxiſſetis, ſed vos ad Dei immortalis numen proxi-

me acceſſiſtis. Ego clementiam vobis exprobrem? ego liberalitatem obiiciam? ego animi veſtri altitudinem accuſem? Ne P. C. ne (queſo) vanis iſtorum ſuſpitionibus vobis indulgendum putetis: quin eis hoc magis reſiſtite, quo minus Populi Romani magnitudinē decet, cuiuſquam ſermones reformidare, nedum illius qui ſi munificentiam æquitatemque veſtram reprehenderet, eodem ipſe tempore, & vos ſummopere laudaret, & ſua ſe voce ingrati crimine condemnaret: quod quid aliud ſit niſi cum ſe omni munificentiæ & iudicii veſtri fructu ſtulte priuare: tum omnium mortaliū odiis atq; execrationibus ſubiicere: Habetis a me quinq; illas noſtras conciones non modo periculi, quod quidem nullum eſt, obſides, ac voluntatis, quæ ſempiterna certe futura eſt, pignora: ſed totidem etiam perpetua meæ in nomen Ro. obſeruantiæ monumenta. Sed nec ſane diu ignotū ſociis & prouincialibus eſſe poterit, q̄ hoc in loco apud vos enixe contenderim vt bonus, tum vir, tum ciuis omnium vel opinione haberer, vel etiam ſententia iudicarer.

CHRISTOPHORI LONGOLII CIVIS RO. PERDVELLIONIS REI, POSTERIORIS DIEI DEFENSIO.

SI QVANTA ſit apud ęquos iudices innocentiæ vis atq; poteſtas, in aliorum periculis nũq̃ didiciſſem P.C. id mihi certe de capite atq; exiſtimatiõe mea heſterno die dicenti experirí licuiſſet: qui cum in iudicium tanta, quãta poſt homines natos haud ſcio an nemo, inuidia preſſus deſcẽdiſſem, idq; nulla dicẽdi facultate munitus, ſed vna cũ innocentia mea tectus, tũ fide ſapientiaq; veſtra fretus feciſſem: tanto tamẽ ſim a vobis ſilẽtio exauditus, vt non modo idem nũc ſperẽ, verũm etiam, ex hoc frequenti veſtro conſpectu oculorumq; & animorum in me liberali cõtuitu, mihi perſuadeã, heri atrociſſimũ illud habitæ in Pop. Romanũ concionis crimen a me diſſolutum, atq; grauiſſimas eodẽ pertinentes iſtorũ ſuſpitiones diſcuſſas fuiſſe. Quo nũc ſcilicet in eã quoq; ſpem facile adducor, vt iudicij

huius exitum nobis ex animi ſentētia hodie proceſſurū exiſtimem. Reſtat enim vt ijs criminibus reſpondeam, quibus nō tam peccatū meum vllum accuſatur, q̃ veſtrum P.C. factū reprehenditur: quaſi contra legitimum Quiritum ius, homini Gallo, ignobili ac literarū ve ſtrarum plane experti ciuitatem Romanā ſitis elargiti. Quæ oēa cum falſa ſint & vana, idq́ me vobis hic ſtatim oſtenſurū confidam, peto a vobis vt vos mihi in communi crimine tam faciles hodierno die impertiamini, q̃ heſterno, aduerſum me, cū vnus ego reus ab iſtis ageret, æquos diſceptatores ꝓbuiſtis. Quid ais ingenioſe adoleſcens? hominem Gallum ciuitate donari non potuiſſe? Quid ſi me, Senatus ſciens & prudens quaſi Gallum in ciuitatem accerſiuit, an ampliſſimum ordinem vt iuris ciuilis, moris maiorum, rei deniq́ publicę imperitum tu coargues? tu ad decretum publico conſilio factum turpiter reſcindendum compelles? An aduocatis tuis, cum hæc tibi diſputanda ediſcendaq́ proponerent, illud in mentem nunq̃ venit: me, quem contra vt diceres comprobare, huiuſmodi argumentatione laudatum, eos apud quos dicturus eras, ſummopere vituperatum iri? Etenim ſi a condita vrbe ego Gallorum omnium vnus Patrū decreto dignus, ciuitate Romana ſum habitus, quid me lautius atq́ honeſtius? quid Senatu ipſo, ſi me contra ius omne atq́ fas ac

rerſiuit,fœdius atq; turpius? Atqui nolo hinc tibi inuidiam apud eos cõflare, quorum abs te & dignitatem & authoritatem oppugnari nõ ſatis intelligis, dum id mihi publico conſilio decretum eſſe,quod neq; licebat neq; decebat, imprudenter affirmas.Quin etiam illud omittam,quod quidem eſt totius noſtrę defenſionis firmamentum & robur,non licere priuato cuiq̃,nec niſi Pop.Ro.in Senatuſc. inquirere,Eſſe duodecim tabularum legibus nominatim cautum,populi iuſſu comprobatum,Imperatorum conſtitutionibus ſancitum, iure atq; more maiorum ad hunc vſq; diem vſurpatum,vt ampliſſimi ordinis authoritas rata habeatur, Patrum decreta legis vim ſortiantur.Res igitur mecum tibi poſthac erit. Quid porro fieri potuiſſe negas? homini Gallo ciuitatem communicari? At quis tibi ius iſtud deſcripſit?Verum illud prius de te quęro:eſſe me Gallum tibi qui conſtat?Nam ſi & C.Plinium & Aug.Cęſarem orbis terræ deſcriptores diligentiſſimos conſules,Germanũ me eſſe reſpõdebunt.Sunt enim eis,Germanię populi quicunq; Scalden inter & Rhenum flumina habitant. In eo eſſe terrarum tractu (vnde nos ſumus)Macliniam (ſi neſcis) Germanos ipſos percunctare: idem ab eis, quod de me audies. quin illud pręterea cognoſces,Macliniam non linguę tãtum ſono ad Germaniam pertinere, ſed etiam Cæſarum eſſe ditionis, atq; adeo ve

tus Romani imperij municipium: vt me fortaſſe communi illa & municipali lege, non iam vllo priuilegio ciuem Romanum appellare fas ſit. Sed ſim ſane Gallus, quando ita tu vis, idq; etiam C. Cæſari & Cn. Straboni placuit, qui Galliam vlteriorem Rheno & Pyrene, Alpibus & Oceano diffinierunt: Non mutet lingua cæli conditionem: non mutet ius dicentis imperium, ſoli naturam: non occuparint Germani quicquid inter Rhenum & Scalden terrarum iacet: vnde tamen Senatui planum facies, homines Gallos in ciuitatem recipi non poſſe? Non ſane ex capitibus, ad Municipales & incolas: vbi cum omnia quidem omnium ciuitatum iura accuratiſſime deſcribantur, tamen nullum inde Senatuſcon. protuleris, nullum plebiſcitum, nullum Principis edictum, nullum Prætoris decretum, nullum iuriſperiti reſponſum, quod Gallis hac ciuitate interdixerit. Ac quoniam te neque a iure ciuili, neque ab rerum Romanarum memoria, neque ab iudiciorum conſuetudine vllo modo inſtructum eſſe aut paratum video: hic te monitum velim, falſi pœna eum teneri qui in iudicio legem in caput alterius recitet, quæ neque Inſtitutionibus ciuilibus, neque quinquaginta illis Digeſtorum libris, neque Iuſtiniani duodecim Codicis voluminibus, aliiſve principalibus edictis contineatur. Illud item te neſcire nolim: legum veſtrarum

decretis diligenter comparatum,& ſancte cau tum eſſe,vt qui alterum capitalis criminis po ſtularet,ei legum ignorantia neprodeſſet,quo minus talione in ipſam vindicaretur, ſi eum cuius nomen detuliſſet, non condemnaſſet. Quod cum ita ſit, inferasq́ʒ innocenti pericu‐ lum nō modo nulla lege,ſed nec vllo more in ſtitutove maiorum,atq́ʒetiam ſine vllo exem plo,(Ecquis enim vnq̄ ciuitate pulſus eſt, ꝙ Gallus eſſet? ꝙ indoctus? ꝙ ignobilis?) quo‐ nam confugies, ſi & legis Corneliæſpiculum in te intorſero, ꝙ falſis in me legibus, nullo authore inueharis: & ab ampliſſimo ordine petam, vt pro Senatuſcon. Turpiliani decre‐ to accuſatoris temeritas lege Rhemia vindice tur?quod non ad te modo,verum ad iſtos eti‐ am qui tecum in eadem ſunt cauſa, omneis pertinere velim intelligas.Quo confugies in‐ quam? nimirū ad iſtos tuos ſubſcriptores,ad magiſtros,qui te nouo aliquo commento,tot legum periculis irretitum,tot iaculis confoſ‐ ſum,incolumem videlicet ſeruaturi ſunt.Vix mihi perſuadere poſſum P.C.ingenioſos qui‐ dem atque vehementes hoſce adoleſcentulos, ſed ad forenſem vſum parum vt videtis eru‐ ditos,ad hanc accuſationem deſcenſuros fuiſ‐ ſe,ſi hoc ipſum omnino ſciuiſſent,quid ſit ali‐ quem iudicio capitis arceſſere:aut cum deſcā‐ diſſent,in ſententia iam tot dies permāſuros fuiſſe:niſi de quo ſe etiam iactant, magnis &

occultis nonnullorum clam nos oppugnãtiũ opibus niterentur. Quare per me quidem habeant excuſationem licet, aut pietatis, aut neceſſitatis, aut ætatis. *Si ſponte ſua me accuſarunt*, donetur in patriam pietati, cuius ſe iniurias hoc iudicio vlciſci arbitrantur. Si a parentibus ſuis iuſſi, neceſſitati: ijs enim pareant neceſſe eſt. Si quam eloquentię laudem temere ſperarunt, adoleſcẽtię: quę vt cõfidẽtiæ plena eſt, ſic ob fori humanarumq́ꝫ imperitiam rerum, venia in primis digna. Subſcriptoribus autem & aſtipulatoribus eorum, hoc eſt huius tumultus & ſeditionis authoribus, quibuſcum ſub iſtorum nomine vehemẽtius interdum litigo, non modo non ignoſcetis, ſed etiam temeritatis pœnas, easq́ꝫ Populo Rom. dignas. Sed non faciam, vt cuiquam parum aut modeſt⁹ videri poſſim, ſi vobis pœnarum modum præſcribam, qui hic non legitimo iudicio, ſed liberę diſceptationi præſidetis: aut Chriſtianus, ſi vos ad ſumendũ de iſtis ſupplicĩũ acerbius cohorter. Itaque res tota arbitratu veſtro diiudicetur. Verum quam ipſi vobis ex iure publico legem exprom ũt, quæ Gallos ciuitate Romana arceat? Nullam puto. Neq́ꝫ enim vlla, quod quidem memoriæ proditum ſit, hac de re lata eſt. Qz vt prius fuerit aliqua q̃ Galli in Populi Romani poteſtatem peruenissent: audebunt ne iſti propterea, legem tot exemplis antiquatam, tam nobili q̃ mox

dicetur Patrum decreto obrutam,poſt tot ętatum ſecula in iudicijs recitare: cū in Senatuſcon. Liboniani pœnam non minus is incidat, qui lege vel tacito conſenſu vel aliter abrogata, q̄ qui nunquam rogata ſcitave in alterius perniciem vtitur? Haud equidem ſatis video P.C. iſtorum ne magis vobis coercenda ſit improbitas,an mihi capitalis eorum deploranda ſecuritas. Sic enim mecum apud vos agunt,quaſi vel Senatum ludibrio haberent, vel me animi cauſa friuolis & nugatorijs calumnijs inſectarētur. Quid dicitis homines a rerum Romanarū cognitione longe remotiſſimi? Gallos in ciuitatem recipi nō poſſe? Quanam id demum in vrbe diſputatis? Nonne in ea quæ integras Gallorum legiones a C. Cęſare Dictatore,etiam equeſtri & cenſu & ordine, nō ſolum ciuium Romanorum iure donatas vidit? Sed quando id armis oppreſſa aut perturbata certe Republic. factum videri poteſt: heus tu,recita Orationem,quam poſt conſtitutum Reipubl. ſtatum, & Galliam propemodū totam ciuitate donatam, de admittendis etiā in Senatum Gallis, Claudius Cæſar habuit. ORATIO. Recita item Senatuſconſultum mox in ſententiam Principis factum. Au. Vitellio, Lu. Viſpano COSS. SENATVSCONSVLTVM. Intellexiſtis P.C. quàm grauiter ipſe Populi Romani pričceps, hoc ipſo loco iā tum Galliam tutatus ſit aduerſus iſtorum ca-

lumnias,quas in Gallos,quo me etiã in ſummũ inde apud imperitum vulgus odium adducerent, nuper effuderunt. Mirum eſt enim q̃ intemperanter vbiq; Gallorum nomine ad cauſæ noſtræ inuidiam abutantur, cum ego plane Gallus non ſim,nihil certe de Gallorũ laudibus vnquam ſcripſerim. Itaq; in eorum quibus ego ſane inimicus nõ ſum, defenſionẽ nihil a me,pręter hoc vnũ audietis: habuiſſe vrbem Romam, Gallos non ſolum ciueis ab vrbe condita innumerabileis, ſed etiam tum Imperatores,tum Pontifices complures,neq; imperio veſtro parum vtiles,neq; perſuaſione chriſtiana indignos.Quod vero ad cauſam noſtram pertinet,id eſt: nulla poſt Senatuſconſultum illud lege cautũ eſſe,neve Gallos neve Francos homines in ciuitatem veſtram vobis aſciſcere liceret.Neq; vero me hic oblitũ putetis eorum P.C.quę accuſatores mei ex illa M. T.Ciceronis oratiõe, quã is pro Lucio Cornelio Balbo habuit, in me magno imperitę multitudinis plauſu atq; clamoribus attulerunt. Memini:verum me pudet cum illorum,qui illa nulla literarũ veſtrarũ cognitione inſtructi dixerunt, tum meimetipſi⁹ qui in quæſtione legitima & in iudicio publico, ad puerilia ſtudia reuocer, cogarq; in Senatu Populi Romani, non iã de iure legibusq; maiorũ noſtrorũ, ſed de cõtrouerſia,in ludo apud Rhetores aut Grãmaticos poti⁹ declamãda, verba facere.Ve

rum quando ſe liti tam cupide offerunt,geſtú
ꝙ ipſo id a me etiam improbe exigunt, nec
vos quidem in eo repugnatis: dicatur ſane:ſit
eis per me impune, ꝙ legem nuſq̃ ſcriptam,
tot exemplis,etiam ſi extaret, antiquatam, tã
memorabili Senatuſc.penitus ſublatam,in ca
put meum recitarint. At quid dicunt tãdem.
Extare verba apud M.Tul.Ciceronem,quibus
colligant,olim legem fuiſſe,tranſalpinarũ gen
tium odio latam,qua Galli ciuitate Romana
prorſus arcerentur. Quid ſi ex eadem illa ora
tione, atq; adeo ex iiſdem illis verbis doceo,
neq; Gallos a vobis ciuitate prohiberi,neq; eo
rum odio quicq̃ fuiſſe decretum? Recita M.T.
Ciceronis verba, quibus iſti Gallos homines
ciuitate excludi cõtendũt. Sed nihil eſt opus.
videor enim mihi illa memoriter eſſe comple
xus. Quædam (inquit Cicero) fœdera extant,
vt Germanorum, Inſubrum, Heluetiorum,
Iapidum, nonnullorum item ex Gallia Bar-
barorum,quorum in fœderibus exceptum eſt
ne quis a nobis ciuis recipiatur. Hęc ille quidẽ
totidem verbis ſcripta nobis reliquit. verum
hic mihi primũ illud velim accuſatores mei
reſpondeant, quonam vobis pacto planum
facturi ſint M. Tul. Ciceronis, aut illius po-
tius fœderis authorem, id de illis neſcio qui-
bus barbaris, qui Maclinienſes hodie vocen-
tur, intellexiſſe? quos quidem eſſe populo-
rum illorum omnium longe humaniſſimos?

ac maiorum noſtrorum moribus multo ſimil limos,ne cæteri quidem Belgæ negant. Nullo id ſane modo oſtenderint quare nec me illa ſua futili coniectura ciuitatē pepulerint,cum non omnes omnino Gallos, ſed eorum duntaxat nonnullos exceperit,quos in ciuitatem veſtram recipere non poſſitis. Q. ſi me hic Germanum eſſe exclamabunt, cui ex fœdere ciui Romano eſſe non liceat,haudquaq̃ tamē imitabor quaſi deſultoriam hanc iſtorum leuitatem,neq; ad Gallos ſtatim transfugiā,quod partim meo iure, partim eorum improbitate compulſus facere poſſum: ſed illud eos interrogabo,ea exceptione vtriſnam cautum putent,Germanis an Romanis? Romanis reſpō debunt videlicet, quorum ſemper fuit conditiones ferre non leges accipere. Quid,ſi verba ipſa,& res,& in eadem oratione M. Tull. Cicero teſtimonio ſunt, ea pactione tranſalpinis gentibus proſpici, Romanis præſcribi: num cui dubium poterit eſſe, quin iſti ad nos oppugnandum impudentiam cum ſtultitia & imperitia coniūxerint? Quæſo animum hiſce verbis P.C. aduertite. Germanorum (inquit) fœderibus exceptum eſt,ne quis a nobis in ciuitatem recipiatur. Si ea fœderis conditione ſuperiores Romani fuiſſent, dixiſſet opinor, Romanorum fœdere exceptum,ne Germani in ciuitatem reciperentur. quid ita nempe q Syllani & Carbonis lege, fœderatis populis

omnibus ciuitas dabatur. Q, cum dicat Germanorum fœdere exceptum eſſe, ne quis a vobis ciuis recipiatur: an hoc dubitabit quiſq̃ omnium, Germanos cum maioribus veſtris fœdus ea præſcriptione iniuiſſe, vt ne popularium ſuorum quenq̃ in ciuitatem veſtrã aut priuilegio, aut Syllani Carbonisve lege reciperetis? cur id fecerint, mox dicetur. nunc mihi demonſtraſſe ſatis eſt, verba ipſa cum Germanis facere: nec quicq̃ in eorũ contumeliam iiſdem fœderibus eſſe expreſſum. Iam vero cũ ſtatim a condita vrbe, ea ſemper fuerit Pop. Ro. nę omnibus ſeculis commemoranda celebrãdaq́; conſiliorũ ratio, vt vna tandẽ eſſet in toto orbe terrarum ciuitas, idem ius, idem ſermo, eoq; nomine cunctis mortalibus ciuitatẽ largirentur, admitterentq; nullo diſcrimine ſtipendiarios, hoſtes, ſeruos. nam ſtipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, cæteris item prouĩcijs multos ciuitate donatos ſcitis, & qui hoſtes ad vos perfugiſſent ciuium numero habitos: ſeruos denique, quorum conditio etiam turpis eſſet, vindicta manumiſſos, non ſolum libertatem ſed ciuitatem quoq; Romanam adeptos fuiſſe ſatis conſtat. Si iſtuc inquam in maiorum veſtrorum animis inſederat, vt cũctos mortales ad huius Reip. communionem conuocarent: quis eos credat ſe tanto robore, tot fortiſſimis ciuibus, quot eis Germania ſuppeditare potuiſſet, ſua ſponte priua-

re voluiſſe? Lydos(opinor) Phrygas, Cilicas, Aegyptios, Cappadocas, Syros, & firmiſſima illa reliquæ Aſiæ auxilia, in ciuitatem aſciſcebant. Germanos vero, Gallos, Inſubres, Heluetios, tanq̃ leues atq; imbecilles gentes aſpernabantur. Ne mihi graue aliquod hic intẽdant odiũ, quod in tranſalpinas gentes nullum quidem eſſe tantum potuit, quãto in Pœnorum perfidiam flagrarant: quos tamen nullo maiore negocio in ciuitatem admiſſos eſſe, nemo qui paulũ modo in annaliũ veſtrorum lectione verſatus ſit ignorat. Deinde quæ eſt hodie Chriſtianorum hominum in perſuadendis, & ad bene beateq; ex Chriſti inſtituto viuendum traducendis Barbaris omnibus ratio: ea ſcilicet maiorum noſtrorum fuit in cõmunicando cunctis gẽtibus ciuitatis iure ſententia. Et quoniam M. Tull. Cicero, aut iſtorum potius inſcitia, ex vnius M. Tull. Cicer. ſcriptis negocium mihi exhibet: & memoria vobis referam P.C. quid ille idem M.T.C. in eadem pro L. Corn. Balbo oratione, tam aduerſus iſtos aperte q̃ in ſententiam meam diſerte ſcripſerit. Defendo (inquit) rẽ vniuerſam, dico nullam eſſe gentem ex omni regno terrarum, neque tam diſſidentem a Populo Romano odio quodam atq; diſſidio, neq; tam fide beneuolentiaq; coniunctam, ex qua nobis interdictum ſit ciuem aſciſcere. Verba igit ipſa & res, & ille cuius authoritate hic oppugna-

mur,M.T.Cicero,nobis patrocinantur, oſten duntque niſi tranſalpinarum gentium odio, eo fœdere ſanctum atq; perſcriptum quominus eorum aliquis in hāc ciuitatem veniret. Age porro, quandoquidem apud iureconſultos inurbanum & iniquum haberi video, niſi tota lege perſpecta iudicare vel reſpondere: quo magis eam cōditionem a Germanis nō ab Romanis fœderi adiectam fuiſſe cognoſcatis. Heus tu,recita Ciceronis verba, paulo altius repetita.CICERONIS VERBA. Animaduertiſtis P.C. vt in percutiendo fœdere moris fuerit eorum qui vobiſcum paciſcerentur,interdum cauere ne quem ſuorum ciuitate donaretis, idq; Gallis authoribus aſcriptū ac de Germanorum ſententia tum adiūctum fuiſſe, non a Populo Romano additum: qui Germanos in ciuium ſuorum numerum nihil grauate admiſiſſent,ſi per tranſalpinas gētes id eis licitum fuiſſet. Afferant nunc iſti noſtri magiſtri cauſam (ſi poſſunt) immo hic diſcant, quādo hoc primum diſcendi tempus ſunt nacti, cur Germani ſtudio quidem, ſed nullo in vos odio,ciuitate veſtra ſibi interdixerint,quam reliqui pene mortales voto petebāt. Tuebatur libertatem ſuam Germania P.C. vel poti⁹ regno quiſq; ſuo proſpiciebat Germaniæ principum: veriti ne ſi popularib⁹ ſuis in ciuitatis veſtræ iura tranſeūdi poteſtas fieret,cunctis ad vos cupide migraturis,ipſi tan

dem regno caderent,nec vllos quib⁹ dominarentur iam haberent. Nam in ciuem Romanum præterq̃ Populo Romano nulli mortalium ius erat. Hæc illa eſt vera & germana priſci illius fœderis ratio,ne hac tempeſtate quidem Heluetijs,Inſubribus,Allobrogibus,& ſuperioribus Sequanis ignota. Verum cum Germani de iure ſuo iã olim deceſſerint, hodieq́ꝫ ſoli prope mortalium pari vobiſcum animo Rom.imperij maieſtatem tueantur,iiſdem ſacris,ijſdem legibus vtentes:an non iſti Populo Romano inſcitiam ſuam omnibus modis declarant : dum obſoleta & carioſa illa ſua fœdera, in Germanorum inuidiam tam imperite celebrant : quos conſtat neq; animis neq; ditione, quibus inter nos honeſte nobis conuenit:ſed ſolo terrarũ ſpatio diſſidere? O peracutos iuris interpretes, O egregios antiquitatis vindices, O ſeueriſſimos ciuitatis Romanæ emendatores,qui hac ſua cenſura maximum atq; nobiliſſimum liberalitatis veſtrę inſtrumentum vobis auferre conantur,atque Po.Rom.interdicere,ne Gallis,ne Germanis, ne Heluetijs,ne Inſubribus,ne Iapidibus ciuitatem cõmunicet. Eodem pertinet P.C.quod mihi de Germanę patriæ eiuratione,credo,vt ſe non minus argutos dialecticos q̃ prudẽtes iureconſultos oſtenderent,ſcite admodũ hiſce verbis obiiciebant. Ante natali ſolo nuncium remittas oportet, q̃ vrbem Romanam indi-

piſcaris. illi nondum ceſſiſti: hanc ergo non-dum indeptus es. Obſecro vos viri diſertiſſimi per diuinam iſtam veſtram eloquentiam, per admirabile illud ingenij veſtri acumen, quid hoc rudius? quaſi obſcurum ſit, nec ipſa res plane cogat, ſi alterutra carendum ſit, huius aſſumptione illam deponi? Sed cuiuſnam legis authoritate nitebantur homines loquaciſſimi, vt me ad reiiciendam naturę patriam ſi Quiritum ac ciuium Romanorum numero haberi vellem, compellerent? Nullius, quod equidē meminerim. Quid ais? laudaſſe te M. T. Ciceronem eius quoq; ſentētiæ authorem? Eſto. Sed nec me Cicero authoritate ſua vt iuuare, ſic etiam damnare poteſt: nec tu (ſi velim) legis Corneliæ pœnam vitare, qui contra Principum Romanorum conſtitutiones, ſola priuatorum hominum pręiudicia in perniciem meam adduxiſti. Hoc ipſum illud eſt P.C. de quo modo conquerebar, magno mihi eſſe pudori accuſatores meos aduocatosq; eorum ac meipſum quoq; mihi, cui res ſit cum eo hominū genere, quos nō tā ętate forenſiq; exercitatione tyrones, q̄ literarum cognitione pueros & plane ruſticos videatis. Equidem cum hæc ab illis tanq̄ grauia, & quæ refutari non poſſent, longa oratione & maxima voce diſputarentur: partim ridebam eorum ſtultitiā, partim etiam veſtram mirabar patiētiam, qꝑ ineptas & ieiunas haſce eorum argumentatio

nes tam diu perpeteremini. Sed quid deniq; aiebant? M.T. Ciceronem ea eſſe in opinione vt loci & originis patriam tenere poſſit nemo qui ſe in hanc dicauiſſet? At certe nuſq̃ id ſcriptum reliquit. Verũ fac alicubi ſcripſiſſe, quid tum, etiam vt ius & authoritatem legis Ciceronis ſententia habeat? Num me propterea non ciuem Romanum eſſe, continuo viciſtis, ꝙ a communi patria exceptus, illam quæ me genuit amiſerim? Hic mihi vix impero P.C. quin iſtorum inſecter flagris dignam, vrbeque veſtra multo indigniſſimam, ac plane capitalem inſcitiam, aut intolerabilem potius execrer perditiſſimorum hominum calumniam qui quæ in ſalutem alicuius luculente deſcripta ſunt, ea in exitium eius ſcelerate detorqueant. Diſcant igitur tandem quod profitentur: vel quod fraudulenter inuerterunt, id ſibi reſtitutum audiant. Ciceronis verba ſunt hæc P.C. Cæteræ (inquit) ciuitates omnes non dubitarent noſtros recipere in ſuas ciuitates, ſi idem nos iuris haberemus quod cæteri: ſed nos non poſſumus & huius eſſe ciuitatis & cuiuſuis præterea: cæteris conceſſum eſt. An non hiſce verbis aperte & plane indicatur, Romanis iure Quiritum haudquaquam licuiſſe hanc ciuitatem retinere, qui ſe alij dicauiſſent: cæteris mortalibus ſuam cum veſtra patriam habere licitum fuiſſe? Huius autem rei cauſam, quis aliam eſſe ſuſpicetur, niſi quod

prouincialibus honorificum ſit, conditionem ſuam communis omnium patriæ acceſſione facere meliorem? Cui Romano turpe, huius ſolum humilioris ciuitatis cauſa vertere? Nimirum ciuitate veſtra indignus eſt, qui Romanæ maieſtatis, & illius vrbis, in qua ſit orbis terræ imperij domicilium, oblitus, in alterius iura quæſtu aliquo pellectus ſeſe contulerit. Quod quidem accuſatorum meorum vni & alteri paucos ante annos vſuueniſſe omnes cũ ſciant: ridiculam eorum vel imperitiam, vel impudentiam ſatis demirari non poſſum, qui cum primum in aliam ciuitatem ſunt aſcripti, hanc ſe perdidiſſe neſciant, aut ſi ſciunt, quo mihi ore, peregrinitatem tam inſolenter exprobrare audeant? præſertim cum ne in ciuitates quidem ipſi vllas, ſed in ignobilia quædam oppida, immo vero in agreſtia nec deſerta minus q̃ remota quædam & deuia atq; vaſta caſtella, ſordidum ſcilicet neſcio quod lucrum ſecuti, commigrarint. Verum quis hæc eius eſſe generis crimina non videt, vt reſpõſione indigna, & contemptu magis, q̃ graui vlla oratione refellenda ſint? Itaq; ad illam accuſationis iſtorum partem aggredior, quã mihi ignobilitatẽ tam acerbe exprobrarũt, ſummaq; verborum vi oſtendere conati ſunt, ſolis quidem ad hanc ciuitatem nobilibus hominibus aditum patere. Poſſem hic ego P. C. perinde ac idoneum nactus locum, aut omni-

nō quaſi aduerſariorum meorum procacitate coactus, de Longoliorum nobilitate multis apud vos agere, commemorare familiæ vetuſtatem, nominis antiquitatem, gentis ſplendorem, maiorum noſtrorum imagines, laudare eorum qui etiam nunc viuunt fortunas, dignitatem, honores, magnam apud omnes ciuitatum ſuarum ordines gratiam: ad hæc etiam, ſiqua vulgus alia in eis fortunæ bona miratur, ea prædicare omnia. Verum cum non ſine magna mea meorumq; inuidia hæc a me celebrari, ſed ne nudis omnino verbis hic dici poſſint: illud a me vnum audietis, atq; id ipſum magis, vt vobis de iſtorum impudenti mendacio liqueat, q̃ ꝙ magnopere cauſæ meę conducere exiſtimem, eſſe me non obſcuro, quod iſti mentiuntur, ſed honeſto loco & ea gente natum, ex qua Quintus Nicolaus Pontifex Maximus cum de ſupplendo collegio ampliſſimo agitaret, Richardum Longolium Conſtantienſem Antiſtitem delegit, quem in Romanorum ſacerdotum numerū referret, relatum Petrinis ſodalibus flaminem daret. Quod ab eo factum eſſe, vt publicis Pop. Ro. monumentis conſignatum eſt, ſic etiam palam arguūt ædes illæ, quas Richardus poſt ſuam in eum ordinem cooptationem, in Vaticana ad Petri magno ſumptu marmoreas exædificauit. Atqui ne non hic etiam aliquid liberalitati noſtræ accuſatores mei acceptum refe-

rant,dabo illis ſordido me atq; infimo genere natum,dabo terrę(ſi ita volent)eſſe filium. At non propterea hanc mihi ciuitatem eſſe clauſam docebunt, quæ nullo perſonarum diſcrimine,nō ciuitatem modo, ſed ſummos quoq; honores,virtuti potius q̃ fumoſis vllis imaginibus ſemper detulerit. Tullus Hoſtilius,q̃uis agreſti tugurio natus, paſcendo pecori adoleſcens occupatus,Romano tamen a vobis imperio donatus eſt. Tarquinius Priſcus, quem negociatio contemnendum, patria faſtidiendum, fortuna miſerum, pater erubeſcendum reddiderat, nonne hic iuſſu veſtro regnauit? Quonam Seruius Tullius, verna huic vrbi natus,veſtro beneficio proceſſerit:titulus ipſe abunde teſtatur,ſeruili cognomine,& regia appellatione perplexus. Portius Cato Tuſculi obſcurus,quid inter tot honorum inſignia clarius q̃ ſe authorem habuit? Q̃ multos ab aratro ad cōſulatum: q̃ multos a ſtiua ad dictaturam vocaſtis? Quis enim ignorat Attilios, Fabritios,Cincinnatos, Calatinos, Marios? quos nullo natalium ſplendore, nullo diuitiarum fulgore contraq; cum multa paupertate,tum vero ſumma ignobilitate Rempubl. illuſtraſſe pariter ac locupletaſſe conuenit. Q̃ ſi cui hæc duriora videri poſſunt,q̃ vt florētibus imperij reb⁹ tolerari potuerit: Æliū certe Pertinacē,Opiliū Macrinū,Philippos,Aemilianū,Pro

bum, Galerium, Conſtantinum deniq; ipſum cognomento Magnum, non ex obſcuris modo, ſed etiam ſordidis incunabulis, imperij Romani faſces, nedum ciuitatis veſtræ iura adeptos eſſe nemo neſcit. Vt non poſſint quidem huiuſce vrbis plane hoſpites non haberi, atq; hic tanquam in aliena ciuitate peregrinari videri homines, qui diſciplinæ conſuetudinisque veſtræ ignari, me ea demum de cauſa hac ciuitate indignum cenſeant, quod nec dum in dignationem ampliſſimorum virorum venerim, nec vllis maiorum meorũ imaginibus vobis commender: cum Populus Romanus cunctis mortalibus dignitatis fores ſemper aperuerit, nobiliſſimos eos eſſe ratus, non quos generis atque familiæ gloria, ſed ſua virtus commendaret. Nec id ſane ab re. Decet enim in ea ciuitate, quæ cæteras virtute ſuperauit, atque vno hoc nomine orbis terræ imperio prius digna habita eſt q̃ tantæ poteſtatis compos facta, virtutem non generis claritatem plurimum poſſe. tametſi aduerſariorum meorum vnius tantum fumoſas imagines, reliquorum nullas, aut certe ſubitas aſpicio. Nam maiorum aut omnino minorum gentium patricium inter eos nullum facile reperio. Sed quid eſt tandem in hac recenti lege, eos demum in ciuitatem hodie excipi, quos ſpectata perſonæ dignitas illuſtret? Tu vero quem eſſe me dicis? Igno

bilem, opinor, ꝙ gentilium meorum nemi-
nem hic nominare habeam. Atqui diſcite ho
mines indoctiſſimi, primum ridiculum eſſe,
gentiles hic a vobis requiri meos cum trans
Alpeis ſim natus. Deinde neminẽ (quod Luci
lius author grauiſſimus dicere ſolebat) ex bul
ga matris illuſtrem prodiiſſe: nec ſi illuſtrem
eum eſſe oporteat, qui in ciuitatem veſtram
ſuſcipi poſtulet, nobilem quoqꝫ eum eſſe opor
tere. Naſcimur nobiles parentum maiorumqꝫ
gloria: eorum autem, quos vel noſtra virtute,
vel principum liberalitate adepti ſumus, ho-
norum ſplendore illuſtramur. At videte P,
C. in quod me neceſſitatis fretum aduerſario-
rum meorum æſtus agat, qui mihi humilita
tem crimini, dignitatem inuidiæ, vtramuis
conditionem calamitati fore ſperarũt. Enim
uero eſſe me virum illuſtrem atqꝫ clariſſimũ
ſi dixero, non deerunt qui me continuo vt ar-
rogantem incuſent: Sin modeſtiæ cupidus,
obſcurum fatebor, vna me ciuitate veſtra in-
dignum profitebor, ad quam iſti plebeios aſpi
rare non poſſe, tantopere contendunt. Itaque
ne quod moderatio noſtra vulnus accipiat, ſi
quod a patrono honeſte vereqꝫ dici poterat, id
ipſe dixero: modice de me loquar, docebóqꝫ pau
cis me clariſſimam quidem ſuſtinere perſonã
atqꝫ adeo quouis iſtorũ, qui me accuſant, ho-
noris gradu eſſe ſuperiorem. verum id nullo
meo merito: neqꝫ enim id refert, vti legi fiat

ſatis:ſed eorum,qui plebeios ſuis natalib⁹ reſtituendi,& obſcuros illuſtrandi ius habēt,beneficio. Heus recita Ludouici,qui duodecimus dictus eſt,Francorū regis decretum,quo meis non vnius aut alterius ſuæ ditionis vrbium, ſed plane vniuerſi regni ſui iuribus vno edicto donauit. DECRETVM. Iam cognoſcite publicas Gaſparis Turnouij, vrbis Valentiæ Antiſtitis,atq; Cauarum principis literas,q; bus ille mihi teſtimonio eſt, vt ipſe me, cum producente & auſpice Philippo Decio, tum ꝓ eorum, qui Valentiæ iuris numerarentur interpretes,omnium ſententia,conſultorum inſignibus decorarit. LITERÆ PVBLICÆ. Sub hęc audite centumuiralis illius quod Lutetię Parhiſiorum cogitur,concilij decretum, quo me viri illi ſanctiſſimi atq; ſapientiſſimi etiam tum iurati ſummo conſenſu in collegium ſuum cooptarunt, habiturum in perpetuum ius vitæ & necis, ac ſummam fortunarum omnium poteſtatem,nō in plebem modo, ſed in omnes etiam eius regni proceres. DECRETVM. Q; ſi hos mihi habitos honores iſti pro nihilo putandos dixerint, ac tantorum taliumq; Principum authoritati ſibi ſtandum eſſe petulanter negarint, homines ſua tantū admirari,aliena contumelioſe aſpernari ſoliti: Decimi certe Leonis Pont. Max. iudiciū nequaq̄ aſpernabuntur,in quo ſummā ſapientiam cū ſumma potentia tandē coiuiſſe

omnes ſatentur. Proinde huius quoque nobis lege non codicillos quidem illos, quibus a ſe quina in annos ſingulos ſeſtertiorum numũ milia, tuendis ſtudijs noſtris expenſa ferri pronunciat: nec illud quidem diploma, quo me omnibus fere pontificijs legibus ſoluit: quanuis nos, vel hoc ſolo nomine, ſatis ornatos reddidit, q̃ multitudinis numero exemerit. Verum illud recita, quo me Pręforibus primum deinde Proconſulibus dignitate ęquauit, cum me in Palatinum, & ſacroſanctę Lateranenſis Aulę comitatum ſponte ſua cooptaret, ac Romani Pontificatus ſcribarum principatu cohoneſtaret: quo ſane munere non clariſſima nos modo perſona ornauit, ſed alios etiam quoſcunque, quos vel ſingularis doctrina, vel excellens animi virtus nobis commendaret, iuſtos liberos faciendi, natalibus ſuis reſtituendi, aureorum annulorum iure donandi, in ſacram cohortem aſciſcendi poteſtatem nobis fecit. DIPLOMA. Si me P.C. tot ac tantorum principum teſtimonia beneficiaq́, quibus illi me, q̃q̃ hominem alienum, tamen honeſtiſſimum apud ſe & ornatiſſimum eſſe voluerunt: ſi tot ac tantorum honorum radii illuſtrare non poſſunt: non video plane quid iam poſſit. ſin clarum ſatis atq; illuſtrem reddiderunt: obtritam atq; perditam obſcuritatis calumniam putatote. Nam de mea diſciplinarum omniũ & dicendi in primis mendicita

te(libet eñ hoc pręſertim loco præclara iſtorum verba vſurpare,quo plenius intelligatis, hāc ipſam mihi tanta aſſeueratione,eo vultu, eo ſpiritu,eo ſtrepitu,cum crebra illa barbariei exprobratiõe,nõ debuiſſe quaſi capitale crimẽ ab eis apud vos obijci). De eo inquã nihil eſt, quod iſtis veſtrũ quiſq̃ ſibi credẽdũ exiſtimet, quos inimico & infeſto in me ingredi animo videtis, vt illud interim taceã, q̃ eos minime omniũ in dicẽdo aut graues eſſe aut ornatos, vel ipſorũ accuſatio declarauerit, in qua ſi quã volubilis linguę celeritatẽ,ſiquę oris preſſum, & ſuauem quendam vrbis huius ſonum,ſi venuſtum deniq; totius corporis motum eſtis admirati: laus ea profecto ſit adoleſcentium ipſorum,qui tam lepide egerunt,tã ſplendide pronunciarunt.Q; autem in oratione eorum nullam dicendi virtutem,nullum oratorium lumen,nullum deniq; latinæ linguæ,non dico florem ſed omnino veſtigium agnouiſtis: ea vero ſeptuaginta iſtorũ eſt culpa magiſtrorũ,qui cũ tam inquinate & abiecte loquantur, vt a tabula & ab iſtorum qui ſcriptũ vulgo faciant cõmentarijs, verba magna ex parte ducta ſumant dicendi tamen artem hic profiteri audeãt.Sed hoc fortaſſe in hoc hominũ genere non ſit nouũ. Illud autẽ quo modo accipiendũ ſit vos optime ſtatuetis.:q; cum ipſi ſe tam incorrupta latini ſermonis integritate [& bene loquendi laude religioni atq; eloquentiæ

veſtræ ſeruiuiſſe & accommodaſſe ſcirēt, tamē ab adoleſcentibus his tertio quoq; verbo barbarum me cōtumelioſiſſime apud vos & aſſeuerantiſſime appellatum eſſe voluerunt. Atqui, vt modo dicebam, ipſorum oratio ſatis ipſa per ſe oſtendit mendicitatem dicendi ab iſtiuſmodi hominum genere non fuiſſe mihi in crimine tam acerbe ponendam: pręſertim cum nec de eo quiſq̄ dubitaret, eos pari prope quot quidem ſunt magiſtri dierum numero ad illam conſcribendam mane atq; veſperi ſtudioſe conueniſſe, ſingulis quaſi collecta quędam commune conferentibus, adiecta etiam magna illius orationis parte, quam virū quendam magnæ magis q̄ bonæ famæ, iam decimum annum in Gallos commentari audio. In quo quidem nihilo prudentiæ minus q̄ in iſtis deſidero. Nec enim ſi laudes Francorum ornando, veſtras ego viſus eſſem deprimere, in Gallos is inuehi propterea debuit, de quibus ne litera quidem a me ſcripta eſſet, ſed Francos ipſos agitare, vel me potius vnū eiuſce rei authorem acriter inſectari. Verum ipſe conſilij ſui rationem viderit. Nam quod ad hoc iudicium pertinet, ſcio equidem non modo a me nullam excellentem latine dicendi ſcientiam magnopere teneri, ſed nec in appellandis omnino exprimendisque literis veſtris iſtorum me ſuauitati atque lenitati reſpondere: qui tamen vtrunq; præſtare vt poſſem, mul-

tum induſtriæ aliquando poſuerim. In quo
ſi non ita multum profeci, hoc quidem certe
vt a vobis nunc intelligar nec faſtidioſe audi-
ar,mihi videor conſecutus. Sed quantumcun
que indiſcendis literis veſtris operæ nauarim,
non tamen vereor ne me ciuium veſtrorum
numero idcirco indignum iudicetis,ꝗ ad ſum
mam erga vos Populumq; Romanum obſer-
uantiam,non ſummam quoq; attulerim dicen
di facultatem. Ne quid hic igitur vel de elo-
quentia vel de infantia veſtra a nobis diſſera
tur,duo illa in accuſatoribus meis ſatis mira-
ri non poſſum. Primum, cur me tanquam o-
mnis politioris humanitatis & latinæ exper-
tem elegantiæ hac eſſe indignum ciuitate tan
topere contendant, cum hanc in rationem
lex nulla ſit a condita vrbe neq; ſcita neq; ſa-
ne rogata, vt neve parum emendate & pure,
neve minus ornate & grauiter loquentes in ci
uitatem admitterentur. Hac enim certe ratio
ne præter homines latinos atq; hos ipſos ad-
modum literatos & doctos admitteretur ne
mo. Deinde, ſi me irridēdum ſtatuunt ob pro
uerbialem neſcio quam dicendi farraginem,
contemnendum vt barbarum, tollendum de
ciuitate tanq̃ infantem leguleiũ: cur aut pue
rilis illius orationis de qua me nunc in capi
tis iudicium vocant, genus tãtopere probēt,
aut me eloquentiſſimi homines oratione tan
to ſtudio elaborata, tamdiu multumq; a tot

artis Rhetoricę doctorib⁹ elucubrata accuſandum putarint? At ſi mihi ingenuarum artiū cognitionem non omnino adimunt, cur mihi vel communium literarum imperitiam tam arroganter hic obiiciam? Itaq; quantum liberalis doctrinę ſtudio ipſe profecerim, a me quidem nō audietis. eſt enim cum omnis ſui laudatio grauis, tum vero ingenij & doctrinę prędicatio intolerabilis. Sed nec iſtis etiā credētis P.C. verum ſi placet, eorum ſtabitis omnium qui hac in vrbe ſunt eruditorum hominum teſtimonio atq; iudicio, quod mihi tum abſenti ac inuidiæ flamma ardenti, q̃ plenum q̃ ingenuum, q̃ præclarum eo die daretur cū vno omes ore ſtudia noſtra ciuitate veſtra eſſe digniſſima hoc ipſo loco affirmarent, meminiſſe vos arbitror: frequentes enim huc conueneratis cogniturі, ſtudioſorum natio a nobis an aduerſarijs ſtaret meis. Quos tum denique patuit ementito eius quod hic literis cenſeatur collegij nomine (Academiā Romanā iſti appellant) Senatuſconſulto quo me ciuitate ornaueratis, temere interceſſiſſe. Niſi vero, qua ſunt vel impudentia vel ſtultitia, illud ſe vobis probaturos facillime ſperabant, quod ſibi antea ſcilicet perſuaſiſſent, penes egregios illos ſuos magiſtros eruditi hominis cōſenſum exiſtere: ciueis autem illos veſtros cum omni aliarum laudum genere florentiſſimos, tum vero doctrina atq; optimarum artium ſtudijs

eruditiſſimos, Camillum Portium, Baptiſtã Caſelium, Euangeliſtam Magdalenum, huius gentilem Iulianum, Marcum Torquatum, Baptiſtam Palinum, Hieronymum Gotofredũ, M. Antonium Alterium, & tanto patre dignum Iulium Alterium, Marium Salomonium, Vincentium Ruſticum; Stephanum Thebolum, Vincentium Pimpinellam, Ioannem Goritium; ortu quidem Germanum illum, ſed iure ac virtute Romanum; Lælium ad hæc Maximum, Hieronymum Alexandrinum, aliosq́ nõ paucos, nullo eſſe neq; in precio neq; in numero putandos, haud ſane magis q̃ ſumma illa duo reliquæ Italiæ lumina atq; ornamenta Petrũ Bembum, & Iacobũ Sadoletum. Nam quando tantam hoc in loco frequẽtiam, tantum doctorum hominum ſplendorẽ: quando tot claros poetas, tot graueis oratores, tot prudentes iuris peritos, tot egregios cæterarum artium interpretes vidiſtis: vt veſtri ordinis quidã nõ ſine cauſa ſit viſus diſputaſſe, cum diceret, eo huc die Palladem, cum ſacro illo muſarum choro acceſſiſſe, vrbe pueris, mulieribꝰ, & imperitæ multitudini tradita, vt hac in arce capitolina dignitatẽ noſtrã tueret atq; defenderet. Ac profecto ſi qs illiꝰ conuentus celebritatem atq; elegãtiã, pro rei dignitate æſtimarit: iis hominũ memoria aliũ neque frequẽtiorẽ omni literarum genere, neq; illuſtriorem omni ingeniorum lumine vſq̃ con

ſediſſe fatebitur. Nam præter eos quos propoſui, adfuerunt etiam, ſi bene meminiſtis, Petrus Paccius, Hieronymus Adornius, Dominicus Saulus: viri non ſolum rectis ſtudijs & ampliſſimis fortunis honeſtiſſimi, ſed tũ ſuis tum maiorum ſuorum virtutibus lõge ornatiſſimi. Adfuerunt Antonius Tibaldæus, Auguſtinus Beatianus, M. Caballus, Marius Catanæus, Fabius Vigil: homines quorum quidem ſinguli, nõ ſuas modo ciuitates nobilitare, verum hanc etiam noſtram ætatem ſuis ingenijs illuſtrare poſſint. Quid hic Paulum Iouium commemorem? Angelum Golotium, Antonium Maroſticum? Quid Marium Molſam, Hieronymum Nigrum, M. Antoniũ Flaminium, Georgium Sauronianum: viros tũ ab omni elegantiore doctrina inſtructiſſimos, tum ingenua animorum probitate optimos, atq; totius vitę innocentia integerrimos? At qui longum fuerit P. C. nec mediusfidius neceſſarium, hic eos omnes non dico complecti orando, ſed vt inſtitueram cõmemorare enumerando, qui mecum teſtimonio ſuo nõ vulgari, tum vero laudatione ſua ſingulari iudicijs veſtris honorificentiſſime commẽdarunt. cum iſti me interea nebulonẽ indoctiſſimum Italię inimicum, huius Reip. hoſtem magno clamore appellarent. O egregiam ſapientiam præ qua tot ac tanti viri deſipiunt. O mirificam doctrinam, præ quà ipſi literarum prin-

cipes literas neſciunt.O intolerabilem ſuperbiam,qua iſti voce ſua vobis præeunt, qua iudicij exitum ad arbitrium ſuum arrogantiſſime reuocant,& me iam tot dies hoſtem appellant,cum id dum neq; Senatus cenſuerit,neq; Populus Romanus iuſſerit. Q; ſi tot ac tantorum virorum teſtimonia, literarum mearum authoritatem fidemq́; apud vos nõdum conſtituerunt: non recuſo quin quo me iſti quaſi ex iure manu conſertum inſolentiſſime vocarunt,continuo deſcendam, ſponſione etiam & iuſto apud vos ſacramento cum eis contendere paratus, ni vobis planum facio, eſſe me multo labore & induſtria tandem conſecutum,vt in earum omnium quæ quidem libero homine dignæ iudicentur artium intelligentia,non ſim tam rudis & indoctus, vt e ciuitate veſtra iſtis quidem accuſantibus eiici debeam atque expelli.Sed facite vt hic recordemini P.C.quonam eos vel inconſtantię vel amentiæ cæcus inuidiæ impetus rapuerit,dũ me non magnis quidem illis & grauibus,ſed multis & vulgi iudicio atrociſſimis criminibus in inuidiam vocare conarentur. Facite inquam in memoriam vobis illud redeat, vt poſt mihi exprobratam illam rerum omniũ inſcitiam,ſolicita vehementique oratione homines prudentiſſimi vos admonuerint,videretis etiam atq; etiam ne quid reſp. detrimenti acciperet. Cõſpiraſſe enim tranſalpinas gen

tes, vt non Romanos modo,ſed cæteros eti-
am Italos de literarum principatu deturba-
rent.quo me quoq; nomine, huc eſſe miſſum
ab Eraſmo Rhoterodamo & Gulielmo Bu-
dęo aſſeuerarēt,quos huius cõiuratiõis autho
res ducesque videri vellent: nimirum vt ex-
cuſſis bibliothecis veſtris omnibus quicquid
hic literarum eſſet reliquum, id ego omẽ me-
cum trans alpeis auferrem. Eſſe prorſus & de
nominis Rom.dignitate, & de latinis literis
actum,ſi vobis cõniuentibus in earum poſſeſ-
ſionem barbari ſemel veniſſent. Nulla enim
ſane alia iam re vos cæteris mortalibus præ-
ſtituros: ſi quæ vobis mancipio & nexu pro-
priæ eſſent artes,hæ etiam vſu & fructu bar-
baris cõmunicarentur. Multo iſtuc minus vo-
bis eſſe tolerandum, q̃ ſi de occupanda vrbis
tyrannide cogitaſſent. At quibus argumen-
tis huiuſce conſpirationis fidem vobis facie-
bant? quibus? cum ꝙ ipſe hoc triennio de-
ſcribenda optimorum authorum monimen-
ta diligentiſſime & perpetuo curauiſſem:tum
ꝙ Gulielmum Budæum, & Eraſmum Rho-
terodamum affirmarent,quibuſdam epiſtolis
tanquam iam plane a ſe ſuperatis Italorum
omnium ingeniis, de literarum principatu
mutuo ſibi gratulari.Scio equidẽ Patres Con
ſcripti,hæc quibuſdam riſum mouiſſe, nõnul
lis etiam ſtomachum ita feciſſe,vt ad iſtorum
ſtoliditatem ingemiſcentes frontem pęne fe-

rirent. Verum quid refert, ſi magis iſtiuſmodi, magis q̃ certis vllis alijs criminibus apud quoſdam tamen homines minime malos quidem illos, ſed ſceleſte ſuſpicioſos & vehementer iracundos oneror, qui literas nihil omnino a libris differre putent ſuis? quo plane recepto, nō iniuria metuunt, vt ne cum libris literę quoq; ſuæ trans Alpes commigrent: aut certe ſi vos librorum copia ſocij aliquando ęquarint, vt ne vobis etiam doctrina pares ad extremum euadant. Verum de hoc diu laborem, in quo iſtos multa potius miſericordia, q̃ acri vlla refutatione dignos cenſeo, qꝫ ſe non videant huiuſmodi oratione, de inuidia in nos ſua: immo vero de anguſto, & ipſa maleuolentia ieiuno animo ſuo turpiter & aperte fateri. Conſpirarunt quidem tranſalpinę gentes P.C. vt de optimis artibus & Romanis in primis literis q̃ optime mereantur, atq; etiam (quando id iſti ſibi dari poſtulant) vt vos Italosq; omneis in hac certaminis ratione ſuperent, ſed ita profecto conſpirarunt, vt quanquam artibus & armis veſtris, a vobis ipſis inſtructi in aciem deſcendant, victoriam tamen adhuc cupiant magis q̃ ſperent. Sed facite aliquem, hanc ſpem laudis pręcipere, etiā voti cōpotem aliquando fieri poſſe: an nō hic tamē ſua victoria vobis vicerit, ſuo triūpho Capitoliū exornarit, ſua glo ria vrbis pomœriū āpliarit? Ampliarit certe,

ſimillime atque ſi ſuo quidem labore, ſed ve-
ſtris tum opibus,tum auſpicijs imperium Po.
Romani longe lateque protuliſſet. Q, ſi haud
paulo plus eſt,ingenij Rom. terminos q̃ im-
perij fineis promouiſſe:veſtra ſane vobis feli-
citas,ſui miraculum potius excitare debet, q̃
odioſa videri Gallorum & Germanorum in-
duſtria, quos nomen literis veſtris certatim
dantes conſpicitis, nec ſane minus ac vos ip-
ſos conniti vt ingenium atque lingua Rom.
latioribus etiam q̃ imperium ipſum limiti-
bus pateat. Profecto ſi aut ſua,aut alia q̃ veſtra
in optimas artes lingua tam acriter incum-
berent,eſſet tum fortaſſe,cur incredibile illud
ipſorum in bonis capeſſendis literis ſtudium
animos veſtros leuiter perſtringeret, & ſcru-
pulum aliquem vobis non ſine cauſa inijce-
ret. Nunc vero cum patrio ſpreto ſermone,
græcas etiam literas,ſine quibus Rom. perdi-
ſci non poſſe illis perſuaſum eſt,ad hoc ample
xentur vnum, vt dicendi ſtipendia ſub vobis
& in foro veſtro commodius faciant: tantum
mea quidem ſententia abeſt,vt eo vobis nomi
ne inuiſi ſuſpective eſſe debeant, vt haud ſciã
an par ſit eos, a vobis tanquam ingenij veſtri
alumnos pie ſubleuari,collaudari,atque adeo,
quod olim militib⁹ ſimulac ſacramẽto adacti
eſſent dabať,in ciuitatẽ aſciſci, quo poſitis odijs,
poſita ferocia, obliti ſermonis patrij ne vobis
quidem in nomen Romanum amore atq; be

neuolentia concedant. Neq; vero hæc a me eo proferuntur P.C. quaſi operam & induſtriam in literis veſtris optime poſuerim, qui quemadmodum ante dixi minus ſane & q̃ vellem & q̃ tot lucubratiões noſtras deceret, in his ad huc profeci: nec q; me Gulielmus Budęus & Eraſmus Rhoterodam⁹ huc legarint, quorũ mihi alter præterq̃ tot præclaris illis ſuis mo numẽtis prorſus eſt ignotus, alter amicus ma gis q̃ familiaris: ſed idcirco a nobis hæc dicun tur, ne iſti me perinde atq; affectati regni reũ a ſe peractum glorientur, qui vobis bene mul tos, meo vndiq; ſtudio collectos, & in Galliam miſſos a me libros oſtenderunt. Nec enim id tam occulte habui, quin & palam deſcriberen tur, & eo a me vulgo tranſmitterẽtur. Qua pro fecto etiam in re, non modo mihi (quod iſti ſa ne q̃ illiberaliter faciunt) P. Bembus vir clariſ ſimus non inuidit, ad quem tamen ea iniuria ſi quem aliũ, maxime pertinuiſſet: ſed ſuo etiã ære, aliquot precioſa eademq; iſtorum maleuo lentia in tenebris abdita atq; compreſſa vtriuſq; linguæ ſcriptorum volumina, mihi per benigne curauit, hortatus me, vt neq; in tam honeſto negocio ceſſarem, neq; ſi quid eo in ge nere commodare mihi poſſit, conſilio, operæ, facultatibus ſuis parcerem: vir ipſe cum Italicæ dignitatis, tum vero Romanæ maieſtatis in primis ſtudioſus, vt quo noſtra patrũq; me moria nemo literas veſtras neq; accurati⁹, neq;

ſane felicius excoluerit. Epiſtolæ porro illæ (cũ in iis nec a me nec de me quicquam) cur in inuidiam recitari debuerint meam, plane non video, non equidem magis q̃ quid iſtos in eis tantopere offenderit. nam hoc doctis inter ſe hominibus, tacito quodam eruditorum conceſſu, ſemper quidem licuit, vt modo ſeuerius modo blandius etiam q̃ res ipſa ferret per literas colloquerentur. Sed nec magnopere vllam in eo illi, vt ego quidem ſentio, reprehenſionem mereantur, ſi aliquot non obſcuri nominis Italos homines diligentia ſua ſuperatos vterq; ad alterum ſcripſere. Tam enim fieri poſſe exiſtimo vt ex trãſalpinis populis, duos aliquos ſingulari vel ingenuarum artium cognitione, vel ingenii acumine, vel dicendi copia, admirabileis viros natura nõnunq̃ proferat atq; hos ipſos etiam nõ paucis eorum qui ſolo hic literarum nomine cenſeantur ſuo etiam iure præferat: q̃ multis non Græcis hominibus Græciam ipſam doctrinę ſuę faſces ſum miſiſſe non ignoramus. Quod ſi ab Romanarum literarum adytis Gallos atq; Germanos, quaſi alienos & prophanos excluditis: arcete etiã cęteros ab eis ſocios & Italos, quos olim nõ minus q̃ tranſalpinas gentes, huic vrbi aduerſatos eſſe nemo neſcit. Aboleatur pręclara illa P. Virgilii Maronis Æneis: eſt enim ab homine quem citerior Gallia produxerit, con-

dita. Deleantur diuina M. T. Ciceronis moni menta. Arpinas ille fuit, e populo vobis quõdam infeſtiſſimo. Q multos hic commemorare poſſum poetas extra hãc vrbem procreatos? quot eloquentes? quot conſultos? quot medicos? quot reliquarum item artium laudibus habitos ornatiſſimos homines? quos tametſi neque Romæ neque in Latio natos, in precio tamen habuiſtis, ipſorum ſemper admirati aut doctrinam, aut ingenium, aut dicendi facultatem, nunq̃ facile peroſi prouincialem originem, & externum ſociorum nomen. At enim nos natura Alpium vallo diſterminauit. perinde quaſi eadem natura, non etiam & Apẽnini iugis Galliam togatam ab reliqua Italia diſtinxerit: aut plus valere poſſit apud vos ad excitandos immortaleis inter mortaleis diſcordias, interiectum alicuius mõtanæ regionis ſpatium, q̃ ad conciliandos homines arctiſſima illa ſummæ coniunctionis vincula. idem ſenſus, idem ius, idem ſermo. Enimuero de deo & rerum natura idem ſentimus, adminiſtrandæ Reip. formam eandem probam⁹, matrimonia Romano ritu celebramus, Romano ſacrificamus, Romano iudicia exercemus, Romano priuatim publiceq́; inſtituimur: Omnino Romana etiam lingua vtimur, quotieſcunque animi noſtri cogitata ſcriptione lectioneq́; non indigna ducimus, non modo cum res ad chriſtianam remp. per

tirientes religioſius tractamus. Sufficitis qui-
dem ipſi vos linguæ veſtræ, atque orbi terra-
rum ſuppeditatis ingenia, in quibus & indolis
& eloquētiæ plane Romanæ virtutes ſuſpicia
mus. At non propterea tranſalpinis populis
literarum veſtrarum vſum inuidebitis, quos
quaſi volones quoſdam & voluntarios mili-
tes, nulla ne prædæ quidem aut libertatis ſpe,
ſed tantummodo vel conſeruandi, vel etiā p-
pagandi Romani ſermonis gratia, aduerſus
inſcitiam & barbariem, tanta fide, tanta vir-
tute, tanto proceſſu dimicantes videtis. Sed
quid hæc ego apud vos tam ſcrupuloſe: qui
quidem defenſioni noſtræ locum iam tum re-
liquiſtis nullum? Nā cum iſtorum hac in par-
te accuſationem auerſati, nutu geſtuque ipſo
eos ſtatim damnaſtis: tum latine quæcūq; cui
uis collibuiſſet vt legendi & interpretandi, ſic
etiam commentandi ſcribendiq; ius, nō Ro-
manum magis aut Italicum q̄ ſociale vel po
tius gentium, & omnibus æque mortalib9 pro
poſitum eſſe voluiſtis: nedum vobis nihil vn
quam timidum duxiſtis, nequando externo-
rum ſcriptorum nimia multitudo, aut oratio-
nis eorum altitudo Romanæ facundię lumi-
nibus obſtrueret, atq; vos de literarum veſtra
rum poſſeſſione deiiceret. Equidem de eo po-
tius queri indignariq; debueram, q me frugi
& religioſiſſimi viri, tanq̄ barbarū & ſeditioſū,
& turbulentum hominem execrarētur, quaſi

mea vnius cauſa, tāta inter ciueis Romanos diſſenſio, ac potius ciuile bellum exarſiſſet, vt alij ſe iam Longolianos dici vellent, alij cauſę nomen ſequerentur ſuæ. O tempora, o mores. Ego ſeditioſus, qui tam atroci contumelia innocens afficiar? Iſti quietis & ocij authores, qui mihi tam acerbe inſultent? Ego ſeditioſus, qui & publico tam diu abſtinuerim, & vix in iudicio verbum facere nunc audeam? Iſti ſeditionis vindices, qui tota vrbe concionabundi, multitudinem in me fictis criminibꝰ concitarint? Ego ſeditioſus, quem vel domeſtici parietes ab iſtorum furore ægre texerint? Iſti ciuilis moderationis ſtudioſi, qui decuriatis deſcriptiſꝗ aliquot ſicariorum cohortibꝰ, nec mihi nec amicorum meorum multis tutum quicquam reliquerint? Denique ſeditioſus ego, quem vix huius vel loci maieſtas, vel conſeſſus amplitudo tueatur, quominus hic ibidem in conſpectu veſtro indigne trucider? Iſti publicæ tranquillitatis duces, quorum cōcionibus & armis, iam tot dies Roma tumultuetur, fora turbentur, ſileant leges, idque propter hoc vnum, vti homo quem ipſi alienum, indoctum, obſcurum, exulem, egentem, abiectum, inertem, timidum videri volunt, ad cauſam dicēdam ne admittatur. Equidem ſi ſeditioſum leges Romanæ eū appellant, cuius caput in mediam cōtētionem ciuilem inimicorum ſcelere proiectū ſit, cuius ſalutē optimus

quiſq; ſibi tuẽdam exiſtimarit,qui legibus pa reat,qui magiſtratuum dicto audiẽs ſit,qui in ius vocatus ſequatur, qui ſe in Senatus poteſtate & eſſe & fore prędicet,cui nihil p̃ter q̃ in legum iure,neque auxilij neque ſpei ſit: ſeditioſus ſum P.C.nec quominus in me tanq̃ ſeditioſum ſtatim animaduertatis, hic iam deprecor.Sin autem eũ leges veſtræ ſeditioſum ciuem definiũt,& ea quę eſt de maieſtate pœna teneri volunt,qui plebem in aliquem concitarit, qui falſos in alterius inuidiam rumores diſſiparit,qui facta coitione ius ipſe ſibi dicere conatus ſit, qui priuato conſilio manum coegerit,qui conductas operas armarit,q vim cuiquam aperte attulerit,qui tumultuoſis cõcionibus quaſi quibuſdam ciuilis belli tubis multitudinem inflammauerit: non quidem a me audietis,iſtos tũ quos vocari conueniat, tum etiam quid pati ſit æquum.illud potius a vobis etiam atque etiam petam,vt ſi nec crimine leuiore,nec periculo maiore, nec omnino indignius quenquam petulantiusq; crudelius in capitis iudicium ab inimicis vnquam raptum fuiſſe ſcitis,iuſto meo interdum dolori,iuſtæ, ſiquid ſtomacho & iracundia efferueſcens ardentius aſperiusve dicere videar,indignationi ignoſcatis. Scio equidem mea quid ratio poſtulet,quorum accuſationi reſpondeã, & apud quos dicam video. ſed contra,cũ me vel ciuem eſſe Romanum, vel in cõmuni gẽ

tium omniũ patria, & apud homines chriſtia
nos cauſam meam agere memini:tũ vero tan
ta eſt P.C. iſtorum non dico inſolentia, hanc
enim ferre poſſem,ſed plane īmanitas, vt mi-
hi iã cum hominibus negocium eſſe vix pu-
tem.Nã vt omittam toties eorum inſidijs vi-
tam petitam meam , vt male mulctatos ami-
cos, vt ferro violatos familiares, vt obſeſſam
domum,vt nomen deniq; meum,quando in
me ſæuire non poſſent,non dico omni genere
obſcœnitatis aſperſum, ſed ita palam paſſim-
q; deſcriptum,vt tum pugionib⁹ confoſſum,
tum facibus ſuccenſum , tum neſcio quibus
pixidulis circunfuſum ſpectaretur.Illud cuiuſ
modi tandem eſſe iudicandum eſt , q mihi
per eos neminem de ijs qui contra me ſtant
hic appellare liceat? non mihi quidem vt eo-
rum minis,ad quas ſane iam obdurui,ſim fra
ctus atq; debilitatus,ſed certe vt quorundam
neceſſariorum meorum voluntati,vel timori
potius obtemperem : quibus etiam iſti , qua
ſunt impotētia,mortem perſæpe minati ſunt,
ſi aut ſe,aut gregaliũ ſuorum quempiam hic
a me nominatim compellatum audiſſent,me
tuētes,opinor,vt quod in actiõe ſua nudiuſter
tius factũ animaduertiſſent,in defenſione itẽ
mea ne fie ret:hoc eſt ne quis orationẽ meam
notis exciperet,quæ magna ipſorũ infamia p
vniuerſam Italiã,atq; adeo Europã totam ali-
quando circunferretur.Q q̃ aliud eſt omnino

quod eos audaci iſti ſuæ formidini prætende-re audio:ferendum ſibi videlicet negant,vt ipſi qui ſe Romanæ dignitatis conſeruatores dici & haberi volunt, a me quem quaſi hominem barbarum & huius ciuitatis hoſtem acerrimum inſectentur,in celeberrimo ampliſſimi ordinis conſeſſu,in hac ipſa arce capitolina,inuidioſe ac contumaciter appellentur. Iam vero me,non tam a ſe q̃ ab ipſo Populo Romano reum eſſe factum. Præclare mecum agi, ꝙ diluendorum mihi criminum, poteſtas quoquomodo fieret, & lucem in ea vrbe adhuc aſpicerem,in qua me, ſiquid Populo Romano priſcæ virtutis reliquum eſſet,prius omnium manibus diſcerpi, q̃ iudicum ſentẽtijs iugulari conueniebat. Deniq; niſi legibus & iudicio veſtro præceps ex ipſa ciuitate perturbarer, non defuturos Romæ homines qui pœnas a me vi repeterent, & oppreſſione me, quando diſceptatione non poſſent,funditus euerterẽt. Quid hac (malum) præſcriptione arrogantius quid his minis crudelius? quid hac denunciatione immanius? Deus immortalis, vbinam gentium ſumus? O priſca libertas. O turpem & miſeram iudicij fortunã. Sed quos hic iſtos appellem? audaciſſimos ne? quales ſe maxime dici cupiunt.an ſtultiſſimos? quod minime omnium volunt. Atqui hoc meum de vobis ſilentium, hoc vehementius hominum cupiditates iritarit, quod vos a me toto nomi-

nari non potuiſſe mirabuntur. Quis enim Chryſogonus? quis Fimbria? quis denique eorum, quorum impotentiam atque furorem omnium ſcriptorum veſtrorum monimentis toto orbe notam atq; in perpetuum deteſtabilem eſſe voluiſtis? immo vero quis vnq̃ vſq̃ tyrannus ſe ab iis in iudicio appellari vetuit, quos vel crudelitatis ſuæ miniſtris damnandos obieciſſet? Ecquando P.C. auditum? eccubi lectum? eccui tandem reo fraudi fuiſſe accẽpiſtis, q accuſatores ſuos protuliſſet? q teſtes palam refutaſſet? q aduerſariorum genus, ętatem, educationem, habitum, fortunam, victum, ſtudia, mores, nomen etiam ipſum excuſſiſſet, quo commodius, & accuſationem illorum debilitaret, & cauſæ ſuæ æquitatem iudicibus approbaret? Quod ſi nulli vnq̃ licitũ fuiſſet, mihi in iſtos certe permittendum fuerat, qui non me innocentem modo in capitis periculum tam turpiter, tam crudeliter trahunt: verum etiam neceſſarios, municipes, familiaresq; meos, ac Gallos inſuper omnes, nullis non conuiciis petulantiſſime diuexarunt. Et audẽt, ſi deo placet, barbariem mihi etiam nunc exprobrare: ipſi tanto Scythis omnibus immaniores, quanto mirabilius eſt, hanc eorũ animi feritatem, in eos homines apud quos non modo ipſa confirmata ſit & perfecta, ſed etiam a quibus profecta trãs Alpeis, & ad nos perueniſſe putetur humanitas, manſuefieri

non potuiſſe. At cur mihi Senatus tam fre-
quens datus eſt? cur in iudicium veſtro præſi-
dio ſum deductus? An vt ſi iſtorum minis ter
ritus taceam, hic a vobis ſtatim damner: ſin
authoritatem & iuſtitiam veſtram ſecutus,
pro me verba libere faciam, ab iſtis paulo poſt
iuguler? Ergo nec liber dolor, nec liber queſtus
ne in curia quidem, & in hac communi omni
um gentium libertatis arce nobis non erit? In
uitus dico P. C. ſed importuna iſtorũ audacia
atque iniuria expugnatus, facere non poſſum
quin dicam, quanquam vereor vt quo animo
dicitur, a multis accipiat. Quæ res ea eſt? Niſi
nomen Romanum proxime atq; vos, aut eti-
am æque amarem, eamq; beneficij erga me ve
ſtri magnitudinem eſſe ſentirem, quæ nulla cu
iuſquam iniuria exhauriri poſſit; mallem pro-
fecto in deſertam aliquam inſulam relegari,
atq; adeo milies perire, q̃ hic inter iſtos viue-
re, vbi tanta ſit gladiorum licentia, tam nulla
legum reuerentia, tantus furor, tam nullus
pudor. Accuſatores meos in iudicia non appel
lem? Abſolutus per eoſdem Romæ tutus nõ
ſim? Verum hæc tibi quoque indignitas Chri-
ſtophore Longoli deuoranda eſt, ac alia item
multa diſſimulanda: quando iam inde a
primo, tui in eo habita ratio non eſt, vt
alterius patrocinium cauſæ tuæ tam inui-
dioſæ adhiberes. Pareatur igitur iſtorum
impotentiæ: dicatur ad inimicorum ar-

bittium:mittatur inuidię ſanguis; detur hoc quorundam neceſſariorum meorum vel precibus,quas aſpernari non debeo: vel timori, quem abſtergere non queo:geratur etiam hac in parte voluntati meę mos.Nec enim eos voce perſeq velim, quos neq; aliter ac nutu atq; ſignificatione appellare neceſſe habeo, quod vobis ſint iſtis ſuis morib⁹ ſatis deſcripti atq; noti,neque nomine dignos vnq̃ putaui. Vicerint in hoc ſane,vti ne a me nominentur.Capiant hunc ex perdita ſua audacia fructum, vt per me quidem ſempiterno damnari ſilentio,perinde ſint atq; ſi nunq̃ extitiſſent. Q̃d me non in hac ſolum cauſa, ſed vſq; dum vixero ſemper curaturum, eis bona & Romana fide apud vos polliceor. Liceat enim mihi magnifice hic ſaltem dum licet, loqui aduerſus iſtos,qui ſe neſcio qua iã de cauſa,Brutos, Caſſios, Halas inter ſe conſalutant: qui ſe Martium quiddam ſpirare gloriantur,q̃ præter gladios & ſanguinem ;præter cædes & ſtrages nihil fere loquantur:qui cum nihil neque pudori neque probitati, neque omnino ſaluti noſtræ loci reliquerint, ita ſe etiam hic gerunt vt ſi nullam eſſe Rempublicam,nullum Senatum,nulla iudicia,nullam in quouis veſtrum dignitatem arbitrarentur. Sentiant aliquando fractam vim ſuam:ſentiant contemptum furorem,compreſſam audaciam atque immanitatem. Equidem ſatis mirari non poſſum,

q; cum iſti multa a me de turbulento vrbanæ multitudinis ingenio ficta eſſe impudentiſſime mentiantur, tamen ea importunitate atque audacia in me graſſentur ipſi, qui ſe multitudinis duces haberi volunt: vt id non modo cõprobare, de quo me nunc acerbiſſime accuſent, ſed furioſiſſimis etiam ſuis actionibus longe ſuperare velle videantur. Profecto enim ſi quid huiuſmodi ſcripſiſſem aliquando dixiſſemve: non armis & gladiis, nec ſeditioſiſſimis concionibus plebem concitando, ſed iure & legibus & conſtanti illa & Romani animi grauitate atq; moderatiõe mecum diſceptando falſum id & inane oſtenſum eſſe oportuit. Et quando ſunt etiam auſi, turpi mẽdacio exilium mihi obiicere, cum me paulo ante ab Eraſmo Rhoterodamo, & Gulielmo Budæo Romam eſſe miſſum, ad expilandas bibliothecas veſtras calumniati eſſent: fateor P.C. me ſolum huc vertiſſe, ſed non exilii cauſa, neq; ęris alieni, neq; ſceleris vllius conſcientia, nec omnino grauioris alicuius pœnæ metu id feci, ſed rerum literarumq; veſtrarũ plenius cognoſcendarum gratia. Volui nimirum in rem præſentem venire, oculisque ea ſubiicere, quæ partim fama & auditiõe acceperam, partim vtriuſq; linguę authorum lectione cognoueram atq; didiceram. Q; ſi me propter aliquod meum delictum patria pulſum vobis oſtenderint: cauſam dicturus non ſum,

quin mihi aqua & igni interdicatis, nõ ſolum vt donationem veſtram qua nuper in ciuitatem veni, hodie reuocetis. Sed cur non criminis ſcelus aliquod proferunt? cur non teſtes producunt? immo vnde iſtud ſuſpicari illis in mentem venit? Nullis enim idem obiici non poteſt, quicunque negocij, officij, ſtudiorumvè cauſa domo abſunt, Romæ degũt. Sed in qua me per deum immortalem, vrbe exulem videri volunt? An non in ea, in qua nemo exulare poteſt? q̃ Roma communis omniũ gentiũ ſit patria Si exul eſſem, profecto nec Romę eſſem, nec illi capitale crimen tam leuiter attigiſſent. Recita legem, qua qui patria ſua pelluntur, vrbe quoque Roma expelluntur. LEX. Sed quid ego hæc ſtudioſius refello? qua ſi neſciatis P.C. exlegem legu'eium, oratorẽ barbarum, exulem ſeditioſum, Gallum libidinoſum, ebrioſum Germanum, hibridam tranſalpinum, longum & infelix lolium, atque alia huiuſcemodi ſexcenta, quibus me grauiſſime vulneratum iri arbitrabantur, eſſe moroſam & frigidam & illiberalem ſane petulantiſſimorum hominum dicacitatem, qui nullum aliud prępoſteri ſui ingenij præmiũ nouere q̃ odiſſe & inſectari optimum quenque, ac tanq̃ teтris quibuſdã inuidiæ dentibus, ipſos dignitatis virtutiſq; flores diſcerpere. Aliud eſt graui honeſtaque oratione, publicam in Senatu Populi Romani & cauſam ſuſtinere, & maieſta-

tem tueri. Aliud odioſa in dicendo ac loquaci procacitate, reo impuris maledictis conuicium facere. Aliud proterua impudentia, in alterius mores petulanter inuadere. quod iſti vnum egregie norũt. Aliud in iudicijs reum legitime accuſare. quod quid ſit prorſus ignorant. Accuſatio enim (quod eos lex Iulia publicorum iudiciorum docuiſſet) libelli inſcriptionem deſiderat, criminis definitionem, hominis notam, loci deſignationem, temporis indicationem, conſiliorum rationes, argumentorum probationem, teſtium confirmationem: quorum iſti nihil omnino præſtiterunt, ſed quicquid in buccam venit, id in nos omne ſtatim coniecerunt, ignari videlicet, quantum maledicto ab accuſatione, conuicium a criminatione diſtaret. Quaquidem in parte mirum Patres Conſcripti q̃ diſertus & ſibi & gregalibus ſuis adoleſcens iſte ſit viſus: vt in eo ſupra omnem ſibi modum ipſe placuerit: vt actionem eius iſti ſubinde exoſculati ſint: vt eum, ſi deo placet, populi Principem, idq; græce ſtatim conſalutarint, ꝙ in me, non lepide quidem & vrbane aut etiam aſtute, ſed cõtra atq; ætatem iſtam decebat fractis verecundiæ repagulis, trementi & furioſa voce debaccharetur, euomeretq; non quę perſona mea ſuſcipiat, ſed quicquid in nequiſſimis iſtorum ſodalitatibus celebrari fieriq; didicerat. Quo ſane facto, nihil eſt ꝙ te nunc quidem pulchrum

ac beatum putes, aut in eo tibi nimium poſt hac infelix adoleſcens blandiare, quaſi me apud Pop. Rom. luculente calefeceris, ꝙ nefaria de nobis multa & pernicioſa ſis concionatus. Infelicem iccirco te appello, ꝙ non ſatis animaduertas, iſtos & hic adoleſcẽtiam tuam traducere, & pudorem tuum proſtituere, quin etiam ſiniſtram de te Pop. Rom. opinionem confirmare: cui falſo fortaſſe illo, ſed certo tamen & conſtanti rumore, in ſuſpitionem mentis parum compoſitæ iam olim veniſti. Quis enim te ſanum eſſe, nec de poteſtate exiſſe iã putet, cum annos viginti natus, Romæ educatus, huius in vrbis ſemper ſplendore verſatus & inſtitutus, non modo non videris, quod vel cęci videant, iſtos ad huiuſmodi orationem, ætate tua hic abuti: ſed tibi etiam eorum verbis ſtulte perſuaſeris, te hominum admiratione in cælo ſtatim fore, ſi effrenato ore, illoto ſermone, obſcœna loquacitate, inuſitata rabie in conſpectu S. P. Q. Rom. ea ad iſtorum maledicendi libidinem, nullo teſte, nullo teſtimonio, nullo authore, nullo rumore, breuiter ſine vllo ſigno, ſine vlla etiam leuiſſima ſuſpicione impudenter in me conieciſſes, quæ mediusfidius nec in me hærere poſſunt, & tã lõge abſunt a morũ meorum innocentia, q̃ ab ætatis tuę pudore abfuiſſe debuerãt. Verebare (credo) ne te parũ arcanis illis horis profeciſſe exiſtimaremus, niſi in me laceſſendo hic pate

feciſſes: qua te dicēdi facultate religioſi iſti tui doctores inſtruxiſſent: cum tibi aliiſq; præter ea paucis in illo impudentiæ & impudicitiæ ludo non hieroglyphicas modo illas Agyptiorū literas exponūt, ſed vobis etiā ſolis mortalium iam cognitos perlectoſq; myſticos illos. Cuiuſnam authoris? Recte admones. Elephātidis libellos eſſe dicebāt, Mileſiacos item Ariſtidis, & Sybariticos Hemitheonis ſermones, quos in operto religioſiſſime iſti enarrarent atq; īterpretarent. Sed certe eſt cur te in culpa agnatorū tuorū excuſem, quos & ætati & moribus & linguæ tuæ moderari ſane oportuit, quem eo videlicet eſſe ingenio ſcirent, qui neq; mente neq; oratione conſiſteres. Ne mihi quod iſti te docuerunt, declamationem meam, tanquam vobis aliquando maledixerim ipſe, hic obieceris. Q ud ſimile? Ego enim Limini Pyctonum & ſemel, & pene puer: tu Romæ adulta ætate, iterum: ego in ſcholis, tu pro roſtris: ego inter pueros, tu ī Populi Romani cōcione: ego corā ludi magiſtris, tu apud ampliſſimum ordinem: ego in re ludicra, tu in capitali iudicio: ego hactenus vt rerum fidem non excederem, tu quatenus iſtorum odium & inuidia ſtimularent. Ne multis, ego quaſi aliud agens nec animo accuſatorio, nec obſcœne cum iis puerilier diſputabam, & qui chriſtianæ pietatis omnino expertes fuiſſent. & quorum (vt eſt apud poetam neſcio quem) Fla-

minia regitur ciuis atq; latina. Tu vero furẽs & exanguis, nec longa minus q̃ impudica & falſa & atroci oratione, in ciuem tuum & hominem chriſtianum, nulla ab eo iniuria laceſſitus, impetum facis, & crudeliſſime irruis. Si quid in illa fuit, quod parum amice in maiorum aliquem veſtrorum dictum videri poterat, tantum abeſt vt id ego vnq̃ probarim, vt etiam vir factus quinq; ſtatim voluminibus emendarim: cum tu interim hoc ætatis, in eo nulla quidem venia pecces de quo me nunc capitali iudicio inſectaris, & hic maledicendi morbum nobis obijcias, qui hanc potiſſimum accuſationis partem tibi depopoſceris, vt omnes omnium ætatum conuiciatores proteruia iſta tua procacitate longe ſuperatos oſtenderes. Ego ſane quod quidem memini, certos homines, tuis iſtis ſodalibus audacia ſimillimos, ſemel tantum, atq; tum etiam magnis de cauſis, & abſq; vlla impudica voce grauiter accuſaui: præterea neminem: cum multos contra iuſtis ſecretiſq; operibus ſummo ſtudio laudarim, atq; inter eos, ne quem de ijs qui viuunt nominem, M. Tullium Ciceronem, Cn. Pompeium Magnum, C. Plinium ſecũdum. Ad hæc etiam iuris prudentiam, paupertatẽ, chriſtianam perſuaſionem, deniq; Italiæ felicitatem, vrbis huius præſtantiam, Populi Romani virtutem, imperij veſtri amplitudinem luculentis orationibus celebraui: vt intelligas

nihil me vnquam prius habuiſſe,q̃ vt multorum laudibus bene dicendi facultatem mihi compararem. Quam quidem viam, ſi tute ad eloquētiæ famam, ineuntisq́ꝫ ętatis commēdationem tibi muniendam duxiſſes: oratione fortaſſe aliqua tolerabili, laudem, non maledici & indocti hominis nomē ex criminoſa iſta & petulāti & furioſa accuſatiōe tua retuliſſes. Sed hic fortaſſe adoleſcens nō tā grauiter obiurgandus eſt, qui me alieno impulſu & ſcripto, ſuo autem tātūmodo ore tam impure criminetur, q̃ ſubſcriptorum eius refutanda maledicendi licentia: ad quorum tamen probroſas compellationes omnes, hoc vnum mihi, puto, dictum ſufficiet. Nihil eſſe neque facilius q̃ vt qui impure viuunt, impure etiam loquantur: neque difficilius, q̃ vt inſanis quiſquam & furioſis conuicijs fidem apud æquos iudices faciat. Atque neſcio an vobis P. C. mihi certe (quanquam vituperationis inſolenti) minime tamen mirum erat, qꝫ omnibus probris ab iſtis tam petulanter profunderer, quos ſcirem ignauorum canum ritu, non quidem pro veritate, ſed pro cōſuetudine ſua latrare. Iſti enim ſunt Patres Conſcripti non iam pueri, aut qui rerum imperitia, aut nunc primum peccent, ſed quidam ad vnguem facti, quiq́ꝫ ad male tum dicendum, tum audiendum, impudens os circunferant, homines: quorum famoſos & anniuerſarios libellos ſub ipſum

potiſſimarum Marcianarum ſupplicationum diem, ad eam quæ Circo Flaminio proxima eſt Herculis ſtatuam propoſitos vulgus palam lectitat, atq; etiam deſcribit. Iſti ſunt quorum in præclara illa nequitiæ officina, portentoſos illos arcanarum libidinum authores, & laſciuiſſimas ſeceſſus capreenſis Tiberij picturas, diligenter conſeruari, magnoque paucis adoleſcentibus ibidem explicari perſæpe audiſtis. Iſti ſunt, qui cum in cœno omnium vitiorum volutentur ipſi, tamen nulli ſexui neque ętati neq; ordini, magno Populi Romani dolore parcunt. Iſti ſunt qui occultato nomine ſuo, eos tantum & hos ipſos quidem nominatim, inſigni ad dedecus carmine quotannis inſectantur, quos moribus ſuis multo diſſimillimos, hoc eſt probos, & antiqui moris homines eſſe cognoſcant. Iſti ſunt qui in Petrum Haccium & Marianum caſtellanum, viros clariſſimos, ſummaque & humanitate & ſapientia & integritate præditos, tetram illam ſuam maledicendi licentiam petulantiſſime exercuerunt. Iſti ſunt qui in Petrum Bembum, & in Iacobum Sadoletum: at qua dignitate? qua doctrina? qua virtute viros? impuriſſima illa ſua verborum procacitate nuper incurrerunt. Sed quid hos ego colligo: quaſi aut omnes eos percenſere hic habeam, in quos iſti, modo animi cauſa, dum quantum maledicendo valent experiũtur, modo ſerio,

dum furiali rabie conati feruntur, debacchan tur. Aut iſthuc iam leue ſit impię ipſorum audaciæ teſtimonium, q̃ ne Decimo quidē ipſi Leoni Pont. Maximo vnq̃ pepercerint, idque vnam plane ob cauſam (nam quænam alia demum eſſe poſſit?) quod incredibilē eius in cō ſtituenda atq; componenda Chriſtiana rep. & virtutem & felicitatem omni eſſe laude maiorem intelligerent. Inſectatur enim hoc hominū genus, non probroſos aliquos & nihili homines, id eſt iſtos Epicuri admiratores, voluptatis laudatores, quibus propter morum ſimilitudinem vltro ignoſcunt, atq; adeo libenter fauent: ſed ſpectatos excellenti aliqua aut virtute aut dignitate viros, quorum criminatio nec obſcura, nec vulgo ingrata eſſe poſſit. Siquidem ea eſt multitudinis natura, vt pro ſe quiſque Principum virorum obtrectatione in primis delectetur. Prorſus vt ſi quis hodie apud honeſtos magnoſq; homines bene audire cupiat, huic in primis optandum ſit, vt triuiali iſtorum & ſcurrili conuicio vulgo male audiat. O cœnum: O labes. Ita ne vero, præpoſtero hoc veſtro ingenio? Verum nolo quenquam in iſtos incitare, quos video bonis omnibus, & infami illa ſua vel ſtultitia vel inuidia, ſatis pœnarum dare, & pondus procaci iſti ſuæ accuſationi perpetuis iurgiis conuiciiſq; detraxiſſe. Proinde nihil eſt quod a me ſuis iſtis morib⁹ dignum quicq̃, & parē in eo

gratiam expectent. Ego enim cum facile pa tior me eorum petulantia ſuperari, tum vero certe commiſſurus non ſum vt ipſorum inſe- ctando injuriam, illos imitatus dici poſſim, quos cũ mille aliis nominibus nunquam pro- baui, tum quod ore improbo ac perfricta fronte in optimum quẽque canina illa ſua facundia priuatim publiceq́ graſſarẽtur. Atq; vt ad id ſemel veniam, quo vos ij, qui perorãdi locum ſibi ſumpſere, minaci vultu monebant: vide- retis etiam atq; etiam, ne me quem Pop. Ro- manus damnaſſet iam ſuo iudicio, ipſi ſenten tijs veſtris abſolueretis. Ego vero P.C. vt me Pop Rom. damnarit non video, ſi ad cauſam dicendam, magno ciuitatis conſenſu ſum ad- miſſus, ſi omnium ordinum principes, omnes Conſulares, omnes Prętorij, omnes Aedilitij, omnes Quęſtorij, ſi denique quicũq; dicendæ in Senatu ſententiæ ius habent, huc conuene- runt, me vt cauſa cognita, pro animi ſui ſentẽ tia aut retinerent, aut ex ciuitate expellerent. Nam quid attinebat mihi pro me dicẽdi pote ſtatẽ facere, ſi triſti illa litera me omnes iam defixerãt? aut cur vobis hęc quoq; ſalutaris da ta eſt, ſi abſolui non poteram? niſi vero vt iam olim, ſic etiam nunc, vos in incertum euen- tum, authores eorum fieri omniũ debere exi- ſtimant, quęcunq; collectitia aliqua operarum manus aut theatrali ſignificatione, aut con- cionali clamore iuſſerit. Atqui longe alia iu-

tis ratione hodie vtimur: nec concitatæ plebis ſtudijs, ſed conſtanter Senatus conſilijs rei pub. gubernatur, atque ita denique multitudinis ſcita legum vim accipiunt, ſi ea patres authoritate ſua comprobarint. Faciunt iſti nimirum, quod in populari actione factioſi calumniatores ſolent: deſperata victoria, ad minas conuertuntur, ſpecioſis ſe titulis ornant, reum omnibus probris onerant, iudicum animos nunc obliqua oratione ſollicitant, nunc apertis minis territant. Nam cum ſub accuſatiõis ſuæ exitum ſenſiſſent eum non excitatum eſſe animorum motum & aſſenſum, quem initio ſperaſſent (nihil enim huc ſe ſuaq́ꝫ dignũ cauſa, præter hos & perpetua conuicia attulerant) mira inquam illa veſtra animi æquitate, vel aduerſa potius admurmuratione perculſæ, in eodem ſtatim veſtigio, fraudis diuerticulum om̃ino illud, ſed imperite ſane ac impudenter nimis excogitarunt: cum prope minitabundi exclamare & iurgio contendere cœperunt, videretis diligẽter nequid temere aduerſus ſeſe dignitatis Italicę vindices, Romanæ maieſtatis aſſertores, pronunciaretis. Eſſe me Italiæ inimicum, huius reipub. hoſtẽ acerrimum: omnibus vos ciuibus veſtris, rem tum gratam tum inuiſam facturos, niſi me non ſolum e ciuitate veſtra extruderetis, ſed etiam tota Italia exterminaretis. Sed qui per deũ immortalem, hi porro ſunt, quorũ præiudicia ci-

uitatis inſtar haberi contendunt? Quinam hi (inquam) qui me indicta cauſa damnarunt? Non vos P. C. qui me ad cauſam dicendam admiſeritis, vos huc religioſiſſimorum iudicū non accuſatorum animum iratorum attuliſſe mihi perſuadeo: non tot lectiſſimi ciues veſtri quos hic de incolumitate exiſtimationeque mea mirandum in modum ſollicitos videtis. videtis autē Portios, Fabios, Torquatos, Cincios: videtis Perleones, Aſcalos, Gotofredos, Salamonios: adſunt Albarini nobis, Alterij, Piti, Coſſarij: adſunt Ruſtici, Palini, Mutii, Tomarotij. adſunt Caſelij, Maximi, Magdaleni, Theboli deniq; in ſubſellijs noſtris videtis Caſarellos, Caſtellanos, Nigros, Alexandrinos: quos quidem nulli aduerſariorum meorū, neq; in hanc Rēp. charitate, neq; generis nobilitate, neq; vero animi conſilijve magnitudine cedere cōptū habetis. Q; ſi tot ac tātorū ciuiū veſtrorū conſenſus, ſalutē dignitatēq; noſtram tā negligeret, q̄ vt ea incolumi per fruamur laborat: an nō tamē vobis cauſam meā probarent preclara iſta ampliſſimi collegij lumina, atq; adeo Chriſtiani orbis, nedū huius vrbis, quaſi quidā adamantini cardines, Pōpeius Columna, Alexāder Pharneſius, Alexāder Ceſarinus, Io. Dominicus Mōfalconius? qui vt moris ſui, ac pene etiam ampliſſimi ſacerdotij decoris obliti, ſic in patriam amore accenſi, cuius eſſe è re ſibi perſuaſerunt, me hac in ciui-

tate retineri,etiam aduocatorum meorum nu mero haberi voluerunt,cum publici iudicij cõ ſilio non intereſſe modo,ſed ſuo etiam quodammodo iure præeſſe potuiſſent. Intelligo P.C.q̃ leuiter hac orationis meæ parte defungar,in quam ſane par eſſet,vt omnibus ingenij mei viribus incumberẽ.verum meus mihi pudor obſtat, neq; ſane patitur, vt quenq̃ ob os collaudem,aut pręſentium auribus aliquid tribuiſſe videar:nedum vt huius aduerſus me initæ conſpirationis authores ducesq́; (etiam ſi id mihi per eorũ audaciã ſolutum eſſet)ſuis hic coloribus depingã.quod tamen idcirco æquum erat,vt ex præclaris eorum perſonis de eximia cæterorum, qui me de ciuitate tollendum eſſe contendunt,dignitate coniecturam facere poſſetis.Quæ quidem omnia,eo quo dixi conſilio,a me prætermiſſa,non modo mihi apud vos non fraudi, ſed etiam omnino laudi fore confido,ꝙ rem tantam animis veſtris per ſe æſtimandam,æquitati veſtræ dijudicandam prorſus reliquerim. Adijciebant accuſatores mei,nonnullos quidem eſſe, qui cauſam meam publice tutarentur, ſed multo plures numerari, qui me priuatim oppugnarent. Quod vt ita ſit P. C. (nec enim negare poſſum aliquos eſſe, ſed ij certe admodum pauci ſunt, in quos tanta cadat illiberalitas:) erit tamen veſtræ religionis, in iudicijs eorum rationem habere, non qui more

hominum, inuident in conuiuijs, rodunt in circulis, vellicant in ſeſſionibus: ſed eorum qui me in Senatu Populi Romani teſtimonio ſuo cōſtanter & aperte ſubleuant, horum honeſtum iuſtumq́ ducere auxilium, illorum turpe flagitioſumq́ arbitrari conſilium. Palam fit quicquid honeſte fit, præſertim ſi nec metus vllus obeſt, & id tam populare eſt vt in eo permagnam ciuium tuorum gratiam inire poſſis. Flagitiorum conſcientia vix vnquā in apertum prodit, domi ſe cōtinet, aut certe inter ſceleris ſui conſcios deliteſcit. Q; ſi me propter obſcuras dubiasq; neſcio quorum hominum obtrectationes, vrbe Roma eijciendū cenſetis: quo erit apud vos loco tot ac tantorum ciuium principumq́ virorum authoritas? qui me hic non modo vt dignitatem meam obtineam, dignum cenſent, verum etiam ſi ciuis non eſſem, aſciſcendum vltro in ciuitatem arbitrantur. Nam q̄ de principibus quidem in Rep. viris vnum nominare ſunt auſi, quem cauſæ meæ palam aduerſari contenderent, M. Antonium Columnam, cuius viri iudicio tantum equidem ſemper tribui, vt ſi me ciuitate veſtra īdignum hic hodie cēſeat, ſim protinus de iure meo deceſſurus: credite P.C. iſtuc ab accuſatoribus meis impudenter ac callide confictum eſſe: nec q̄ ita ſe res haberet, ſed vt ſcrupulum dubitationemq́ aliquā

ex tâti viri authoritate animis veſtris inijce rêt, de illius volũtate ac ſentẽtia ſeſe iactaſſe. Nec enim poſtq̃ ciuitate donatus ſum, in Senatũ ille venit, ſed nec multis mẽſibus hoc in loco viſus eſt. Verum demus id eis, de quo potiſſimum nituntur, preſſiſſe me ſententia ſua M. Antonium Columnam. Vbi? non quidem in foro, non in Senatu, non in concione: ſed domi cum eum mendacijs veſtris fallaciſſimis inſidioſiſſime oneraſſetis. Quando? immo q̃ pridem? Nempe ſub huius a vobis excitati tumultus exortum. Quid ꝙ mihi hodie non aduerſatur? Quid ꝙ hac de re conſultus, haud ſemel reſpondit, iniquum aduerſum me & nouum ius poſtulari? quo nihil eſt cauſæ noſtræ conducibilius. a ſolis ignaris literarum me oppugnari? quo nihil eſt nobis honeſtius. a doctis bonisq; ſubleuari omnibus? quo nihil mihi gratius, neq; etiam iucũdius cadere poſſit. At dixit ſibi nõ placere ꝙ in Romanos olim ſcripſiſſes. Nec enim ego bone adoleſcens, ſi in Populum Romanum ſcripſiſſem, id vtiq; probarem. Dixit eo nomine, hac te ciuitate eſſe indignum. Iam quibus hoc teſtibus probas, ſi nego? ſed vt dixerit, tũ certe dixit cum mihi pro me dicendi poteſtatem Senatus nondum feciſſet, cum ipſum amicorum meorũ nemo cauſam noſtram adhuc docuiſſet. Quammultos reris eorum quos hic mi-

hi adeſſe vides, ad primam accuſationis veſtrę famam, contra me inuectos eſſe? Equidem initio nullius fere verbo ſubleuabar: vna omniũ voce non tam ad iudicium quam ad ſupplicium vocabar. Breuiter tanto eram in odio, vt & vulgi ſibilis, & honeſtiorum ſermonibus & potentium minis exagitatus nuſquam conſiſterem: neque vero mihi de retinēda ciuitate, ſed de capiendo quaſi exilii loco cogitandum eſſe videretur. Iam tamē vides magna ex parte & inuidiam illam conſenuiſſe, & tumultũ reſediſſe, & bonos omnes quos in me concitaueratis, a ſpe veſtra ad tuendam ſalutem dignitatemque noſtram, æquitate cauſæ eſſe traductos, optimamque ſi minus numero, at dignitate ciuitatis partem nobiſcum facere atque ſentire. Sed vt ad M. Antonium Colũnã reuertar (quem honoris amplitudiniſque cauſa ſemper nomino) ſi quid ſub huius tumult⁹ exortum, aduerſus me dicere viſus eſt, non tã eo dixit, rebus meis vt officeret, quam vt ne vobis, nominis Romani præpoſtere & abſurde ſtudioſis, parum amans patriæ videretur. Vir nimirum vt bello inuictus, ſic etiam ſapiens & alta quadam mente præditus, ne hodie quidem in me iuuando idem ſibi quod cęteris licere exiſtimat. Scit me eſſe ſibi amicũ, nec id vulgo ignotum: ſcit ſe ſumma neceſſitudine Francorum regi deuinctum, quicunq

nos etiam ſumus in gratia. Quid tum? ve‐
retur vt ſi populari iſtorum actioni obuiā eat,
ſatis in patriam pius,ne nimis in me Fran‐
coſque indulgens exiſtimaretur. Scit alia itē
multa,ſed illud maxime,q̄uis atrociter a prin
cipio dixerit,quanuis nullū reconciliatæ vo‐
luntatis ſignificationem adhuc dederit, vos
tamen æquiſſime iudicaturos,nec ob priuatę
vllius ſuæ opinionis ſuſpicionem, me a vobis
damnatum iri, cuius aduocationem tanta ci
uium Romanorum nobilitas,tanta omnium
ordinum dignitas, ſtudio, frequentiaque ſua
cohoneſtaret. Quid dicitis? monitos ab eo
clam Conſules,ne ſecundum me litem darēt?
Ne quid hic de iuſtiſſimorum Conſulum ip‐
ſorum virtute atque conſtantia dicam, quos
nec a vobis ſceleris & perfidiæ turpiter inſi‐
mulari animaduertitis,nec ego in vos per me
incitatos hic velim? An non ſaltem intelligi
tis homines ſtultiſſimi, non tam cauſam me
am,q̄ M. Antonij famam, in diſcrimen a vo
bis vocari? cui ſic quidem certe vilem timi
di illiberaliſq; hominis perſonam imponitis.
Ita eſt P.C. quemadmodum dici ſolet: Men
dacia inter ſe cohærere non poſſunt. Qui di
cunt M. Antonium modo hoc modo illud,
modo clam modo palam, reſq; adeo tum in
ter ſe,tum cum eius quem authorem laudāt
virtute pugnantes dixiſſe:ij certe nec quid di

cant attendunt,nec eorum quę afferunt quic quam cum veritate coniunctū eſſe ſatis oſten dunt. Atq; ne mihi conatus, cōcurſationesq́; veſtras, & inſta de me conſilia ignota eſſe arbitremini. Scio vos quidem ad M. Antonium nullo non die acceſſiſſe. Scio vos ei nobiles quoſdam homines quotidie allegaſſe, qui ab eo omni ſtudio contenderent, vt hoc in iudicio vobiſcum me oppugnaret: ſcio. Verum cum ille nulla ſibi ratione huc veniendum pu tarit: an non eius quidem præiudicio cauſam veſtram iam damnatam videtis? Nam ſi aut vos ius poſtulare, aut id e reipub. vſu fore duxiſſet, profecto nec vobis, nec amicis, nec Populo Romano vnquam defuiſſet. Qʒ ſi præſens ille præſentem me grauiſſime hic accuſaret P.C. iudicaretis tamen, opinor, e veſtra eſſe dignitate illius in me crimen non accipere, ne non tam vlla mea in Populum Romanū iniuria, q̄ ipſius potentia in conſpectu veſtro proteri atque conculcari viderer. Sunt enim hoc iure atque inſtituto maiores veſtri vſi, vt reos etiam manifeſtiſſimis iudicijs & religioſiſſimis teſtibus conuictos ſtatim liberarent, qui quidem nimis magnis aduerſariorū opibus obruerentur. L. quidem Scipio Æmilianus, cum poſt duos inſigneis Conſulatus, poſt deletam Carthaginem, poſt euerſam Numantiam, L. Cottam apud populum accu-

ſaſſet, reum peragere non potuit. Quid ita? quod vereretur Populus Romanus ne accuſatoris amplitudini damnatio eius cõdonata exiſtimaretur. Sic Sergium Galbã, M. Catoni viro & conſulari, & triumphali, & cẽſorio, & quod caput eſt, ſanctiſſimo, in perniciem eius iuſtiſſimis de cauſis incumbenti, idem Pop. Rom. eripuit. Sic L. Murena ambitus omnium iudicio conuictus, Ser. Sulpitium & M. illum Catonẽ Vticenſem euaſit. Florebant hi quoque ſumma virtute, ſumma dignitate, ſumma gratia: ſed tamen indignum iis qui tum res iudicarent ſua religione viſum eſt eo modo quẽquam in iudicio cadere vt ſummo accuſatoris ſplẽdore quaſi vi quadã maiore oppreſſus damnatusque videri poſſet. Idem de M. Antonio Columna ſi quidem ab iſtis contra me hodie ſtaret, ſtatuendum vobis eſſet P. C. Summæ eius fidei, ſummæ integritati, eximiæ dignitati, tantæ quantam his virtutibus meretur authoritati, denique tot hoſtium ſpoliis, tot trophæis, tot triumphis locum daretis, ad opem quidem ſupplicibus ferendam, ad excitandos afflictos, ad liberandos periculis innocentes: in diſcrimine autem & exitio miſerorum ciuium, ea omnia repudiaretis, iuberetisque vt aduerſus armatos Populi Romani hoſtes in bello, magnis his ſuis opibus vteretur, in iudicio & in Senatu reos veſtros ne inſectaretur.

Verum cum me nec ipſe, nec bonorum fere quiſquam hodie inſectetur, faciant autem hi mecum omnes, prope quos hic intuemini: non video nec quid vos Patres Conſcripti, amplius deſideretis, nec quam accuſatores mei ſpem habere iam poſſint. Si bonorum conſenſus plurimum valet, omnium a me ſtant ordinum principes: ſi cauſa ſuperior ſum, tum iure tum æquitate. Intercedunt Senatuſconſulto ij qui publico in iudicio conſiſtere vix poſſunt. Cauſæ meę accedunt Plebis Tribuni, quibus more maiorum ſolis interceſſio cōceſſa eſt: atque ea ipſa tum denique cum Senatuſconſ. fiunt, non cum præſcripta ſunt. Induci poſtulant publici conſilij decretum adoleſcentes, cum id vim legis habeat, nec de illo, ſed ſecundum illud iudicandum ſit. Reuocari donationem priuilegio contra ius omne atq; fas poſtulant, cum propter ſolum ingrati animi crimen ea reſcindi ſoleat: nec ego ante ingratus eſſe potuerim q̄ vos me beneficio veſtro ornaſſetis, nec poſtquam ciuitate donatus ſum quicq̄ contra remp. fecerim, aut etiam dixerim. Orationem quandam obiiciunt, quam meā eſſe cū ipſi nullo modo probare potuiſſēt & ego in tāto capitis mei periculo ignoratiōe veſtra ad ſalutē meā iure abuti poſſem: tamen cum innocentię meę cōſcientia, tum ęquitate atq; clementia veſtra fretus agnoſcendā hoc in loco exiſtimaui. Neq; enim eā in vos habui,

quod vobis multis argumentis planum feci: neq; mediusfidi⁹emiſi,quod inde vobis liquet, q̧ me librarij temeritas Pariſienſem inſcripſerit,id haudquaq̃ facturus,ſi me conſulto eam edidiſſet.Peruulgatam quidem illam iſti oſtendunt,ſed neq; me authore,neq; meo ſane mandato exiſſe docent.Si in vos ſtudio animoq; dixiſſem, ſi ſcriptam in apertum protuliſſem,me tamen & ætatis & neceſſitudinis excuſatio defenderet. habita eſt enim a me adhuc pene quidẽ impubere, minime certe idoneo,q imperantis dicto nõ audirem.Nam q odio me ad eam ſcribendam adductum eſſe contendunt:quæ mihi in vos ſcribendi cauſa eſſe tum potuit, ſi præceptis & artibus veſtris ad iuſtitiam atq; religionem fingebar? Vt in ea aliquid offenſum,& in tranſcurſu temere dictum ſit,quo Pop.Rom.nomen præſtringi,videatur:id mihi tamen quinq; orationibus de induſtria in vrbis Italiæq; laudem virili iudicio,non vt tum puerili ſtudio conſcriptis videor redemiſſe atq; compenſaſſe. Q: Gallos ac Germanos ciuitate arcendos eſſe contendunt, ridiculum id & falſum eſſe oſtendimus. Q: non ſim bonarum artium tam rudis,loco tam humili natus, tam obſcurus, vt ciuitate veſtra eijci debeam:id partim tot eruditiſſimorum virorum teſtimoniis, partim tot principum diplomatis demonſtrauimus. Ad ſummam, ſi defenſionis noſtræ ſunt authores, ciu

ues veſtri omnes, quoſcunque & virtute optimos, & doctrina eruditiſſimos, & dignitate ampliſſimos eſſe conſtet: nihil vos tam moror P. C. quo minus de me in conſilium ſtatim eatur, modo illa omnia ante oculos veſtros proponatis. Primum vos hic habere ſupplicem reum, nullo odio, multa miſericordia dignum, etenim qui ob puerilis modo linguæ lubricum periclitetur, cum tota eius interim vita adeo non improbetur, vt ne accuſatores quidem ipſius, tam petulantes, tam maledici de certo præterea crimine eum poſtulare ſint auſi. Deinde eum qui fidem veſtram ſecutus, ſe vobis tradidit, & in veſtra manſuetudine, atque clementia cauſam totam repoſuit: nec enim eorum quenquam quos ab aduerſarijs meis inflammatos, hic in me conſeſſuros audiebam, eiuraui: nec iudicium veſtrum cum iſti a me, & Senatus authoritatem imminutam, & Pop. Rom. maieſtatem læſam eſſe criminarentur, detrectaui. Tum etiam illud cogitatote, Maiores veſtros, in obtrectatores Imperij ſui hac ſemper vſos eſſe animi altitudine, vt eos non modo, quos leuitas eo impuliſſet contemnerent, quos ſtultitia, miſeratione dignos iudicarent: verum etiam quos malitia & odium commouiſſet, venia donarent. Idque cum alijs (opinor) de cauſis multis, tum vero illa, ne Populi Romani magnitudo ver

bis lædi poſſe videretur, ſi verbis aut offende-retur, aut omnino commoueretur. Profecto ſi Camillos, Catones, Curios, Marios, ſi eos deniq; omnes quos ab aduerſarijs meis ad cauſam in me tragice perorandam ab inferis excitatos nuper audiſtis, ipſi ſententiam hic rogare poſſetis: opinor, non modo mihi libenter concederent q id ætatis meo iure in ſcholis vſus libere declamaſſem: ſed iſtos etiam grauiſſime obiurgarent, atq; adeo hac ciuitate nomineq; Romano plane indignos iudicarent, non dico q tantum turbarum in vrbe terrarum principe tam nulla de cauſa concitaſſent ſed q de puerili quadam & ſcholaſtica declamatiuncula vti iudicium apud Senatum Populumq; Romanum exerceretur, omni ſtudio contendiſſent, cum quidem res ipſa vix digna eſſet de qua aliquot ludi magiſtri religioſius cognoſcerent. Sed quando iſtorum artificijs & audacia tantum excitatum eſt incendium, vt id niſi veſtro iudicio extingui non poſſit (ipſe quidem certe in ſummo verſor diſcrimine, quaſi de Senatu Populoq; Romano, olim & male ſenſerim & peſſime ſim locut⁹, qui quidē de ciuitate veſtra tanquam de generis humani parente ſemper tum cogitaui optime, tum vero ſcripſi & verba feci honorificentiſſime) facite vt & illud quoque vobis in mentem veniat Patr. Conſcr. neminem eſſe ho-

die neque ſuperſtitioſorum Arabum, neque pertinacium Iudæorum, neque plane Turcarum nobis infeſtiſſimorum hoſtiũ, quin ſi ad nos tranſiens in hac vrbe nomen Chriſto dederit, ſit tamen & Chriſtianæ reipubl. & ciuitatis veſtræ honoribus nemine reclamãte per functurus, etiam ſi Chriſtianam perſuaſionẽ omnibus probris perfudiſſet, bellum Italiæ terra marique intuliſſet, omni calamitatis genere ſacram hanc vrbem affeciſſet. Quod quidem maioribus quoque veſtris ſolenne fuit, etiam tum cum nondum veræ pietatis cultum accepiſſent: a quibus pleraſque gentes, eodem die, hoſtium loco & ciuium numero habitas fuiſſe non neſcitis. cum ego interim in vos cõſulto nunquam ſcripſerim, nullam cladem vobis intulerim, nomen Romanum quantũ in me fuerit celebrauerim, hanc vrbem tam cupide incoluerim, ſola pene ciuium Romanorum conſuetudine ſemper oblectatus. Super hæc omnia, illud vos ad extremum monitos, & per liberorum veſtrorum indolem, qui aut nunc primum ad percipiendam dicendi rationem ſunt ingreſſi, aut ea etiam inter æquales ſuos iam florent, obteſtatos velim P. C. ne me ex hoc corporis habitu hic æſtimetis ſed animo atque cogitatione efficite, vt eo vobis ante oculos ore nunc verſer, quali tum erã cum illa a me impubere declamarentur: atque

ita vobis in mētem veniat, me qui vix e pue
ris exceſſiſſem, ea de cauſa in capitis diſcrimē
vocari, q̄ oratione mea pluſculum rebus Ro-
manis inuidiæ q̄ veritas ipſa & res concede-
ret aſperſum eſſe exiſtimetur. Nam cum alie-
num certe ſit ab æquitate veſtrā, & hanc æta-
tem, quæ non modo nihil in vos peccauit,
ſed etiam de nomine Romano benemerita
videatur, famæ capitiſque damnare: & imma
turæ illius nullam rationem ducere, cui oēs
leges veſtræ præſertim in linguæ lubrico, vti
ſubueniretur decreuerunt. tum vero pericu-
lum eſt, ne ſi quid ea de cauſa grauius in me
decernatis, eodem ipſi tempore nouum & a-
cerbum in liberos veſtros ius conſtituatis,
quos ea credibile eſt vel ſua ſponte, vel a ma-
giſtris ſuis iuſſos & dicere, & interdum ſcribe-
re. quibus in apertum prolatis hoc a vobis in
troducto iure capitis iudicium aliquādo ſubi-
re cogantur. Nō poſſum hic ego vobis Patres
Conſcripti pro capitalium iudiciorum more,
parentes, fratres, propinquos affineſque meos
adhibere, qui ignominiam hanc vna mecum
a vobis deprecentur, rogentq; ne hanc gene-
ri nominiq; noſtro notam inuratis: vt me, quē
nuper ciuitate frequenti Senatu poſt homi-
num memoriam munificentiſſime ornatiſſi-
meq; donaſtis, hodie ab eadē turpiter expul-
ſum, Italiæ inimicum, huius Reipub. hoſtem

iudicetis. longe enim abſunt gentium infeli- ces, non huius modo mei periculi omnino ignari:ſed fortaſſe inter ſe,abſenti mihi ciui- tatem veſtram adhuc gratulantur, cum hic interea ex beneficio veſtro exitium mihi cō- paretur. O miſeram & celerem fortunæ com- mutationem,o præproperam amicorum meo rum gratulationem: quàm ſubito illa omnia ex gaudio & lætitia,in mœrorem triſtitiamq́; abitura ſunt? quam præter omnium bono- rum ſpem futurum,vt qui veſtro iudicio he- ri ſociorum vnus quaſi excellenti quadā vir- tute & doctrina præditus ciuis Romanus ha- berer,retineam hodie nullum non dico ciui- tatis veſtræ, ſed ne priſtinæ quidem digni- tatis noſtræ veſtigium. Cur me infeliciſſimi parentes miſerrimum Romanis literis inſti- tuendum curaſtis? An vt ob ingenuam eis nauatam operam, vrbe Roma contumelioſe aliquando eiicerer? O ſtudia,o literæ: ſiccine male vertiſtis, vt inde mihi capitis pericu- lum impendeat, vnde ingenij laudem & vi- giliarum mearum fructum aliquem cepiſſe par fuerat? Ita ne vero ex vltimis terris, a meorum complexu, omnibus inuitis,mul- tis retinentibus, tot prætermiſſis publico- rum, tot ſpretis priuatorum commodorum facultatibus,ſolo vrbis veſtræ viſendæ colen- dæq́; ſtudio,huc properaui demens,vt poſt ce

lebratam vrbis Romæ & Italiæ laudem atq; gloriam, per ſummum dedecus hinc tandem ipſe expellerer. Sed quo me iam cõferam? Ad meos ne, quos præ vobis contempſi? Ad amicos, quos neglexi? quibus vt placatis vti iam poſſim: ſuſtinebo ne tamen vt ii me ſpoliatũ a vobis omni dignitate conſpiciant ſ; qui me nuper a Senatu Populoq; Rom. omni honore cumulatum audierant? Sed poſſim ſane ciuitate veſtra cum multis æquo animo carere: ab ea tamẽ ipſa ſummo cum dedecore eiectus, vbinã hodie gentium honeſte cõſedero? Atq; ita eſt profecto P.C. non tam de retinenda ciuitate, quam tamen & germanę patrię, & multorum Regum pollicitationibus antepoſui; nunc laboro, quam vt ne me aliquis huius rei pub. hoſtem eſſe ſuſpicetur, cum ego in vos optimo & fuerim adhuc & ſemper futurꝰ ſim etiã damnatus animo. Et quando eos ad quoſcunq; profugero, non leuiter miraturos eſſe certum eſt, eam mihi a vobis ademptam eſſe ciuitatem quam tum in ore ſemper & in amore a nobis haberi videbunt, tum etiã ingenii noſtri monumentis decoratam eſſe compluribus aſpicient: quid illis me de iudicii huius ratione, atque calamitatis meæ cauſa interrogantibus reſpondere vultis? An vos de meo in Populum Romanum animo iſtis credidiſſe, qui cũ mihi tam crudeliter ſint inimici, pau-

tas tamen quaſdam, eaſque ieiunas & frigidas & falſas ex declamatorio ac plane puerili neſcio quo libello coniecturas ſibi duxerunt: mihi quantumuis aſſeueranter id deteſtanti & execranti, amicum me Pop. Rom. profitenti, innumerabilia eius rei non iam argumenta, ſed plane indicia tot impreſſa veſtigijs profe-renti, nihil omnino credidiſſe? Quæ hęc acerba ſint, q̃ dura, q̃ ab æquitate, a clementia, a digni tate veſtra aliena & remota, videtis P. C. A propinquis nudus, nulla cognatione munit⁹, omni meorum præſidio deſtitutus, nullius patrocinio defenſus, inuidorum obtrectationib⁹ irretitus, accuſatorum calumniis circunuẽtus, inimicorum conſpiratione oppreſſus, inter optimam conſcientiam & iniquiſſimam fortunam deſtitutus, peto a vobis vt cum ſanctiſſimorum iudicum religione, tum conſtantis Senatus grauitate ac veſtra potius omnino ratione q̃ concitatæ plebis impetu moueamini: ne me, non vllo quidẽ meo in hac certe cauſa crimine, ſed iniquo multitudinis odio in vrbe Roma afflictum ſocij & fœderatę & exteræ gentes omnes ſibi perſuadeant. Conſeruate veſtrum Patres Conſcripti beneficium: Reddite vrbi ciuem; ciui patriam, patriæ dignitatem: Date hoc ſi non meæ innocentiæ, at Longoliorum generi & familiæ, quorum præclara hac in vrbe monumen-

ta viſitatis. Date hoc, ſi non tot doctiſſimorum hominum erga me ſtudijs, at horum clariſſimorum ciuium veſtrorum precibus, at horum ampliſſimi collegij Antiſtitum commendationibus. Poſtremo date hoc Decimi Leonis Pont. Max. Principiſq; Romani iudicio: ad quem cum ſummam rerum omnium poteſtatem, magno Deus homineſq; conſenſu detulerint, qua tamen is eſt in ſummo rerum faſtigio modeſtia, monere vos atque adeo comiter rogare ſuſtinuit, ne mihi puerilis illa declamatio fraudi eſſet, quominus ciuitatem hanc, qua me frequenti Senatu liberaliter donaſſetis, iudicio etiam veſtro tueri atq; retinere poſſem.

DIXI.

CHRISTO=PHORI LONGOLII AD LVTERIANOS QVOSDAM IAM DAMNATOS ORATIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI E A eſſet apud me cauſæ veſtræ ratio, vt neq; vobiſcum iam agi fas eſſe ducerem, & vos perpetuo quodam voluntatis veſtræ iudicio ita de reip. Chriſtianæ ſtatu perſuaſos putarē, vt nulla cuiuſq̃ oratione ab iſta ſententia deduci poſſetis:non equidem cōmitterē,id vt negocij nunc deniq; ſuſcepiſſe videri poſſem,in quo nec a vobis,quibus maxime cōſultū vellē,vllā eſſem om̄ino gratiā initurus, & eos quorū potiſſimū ſequerer auctoritatem, etiā grauiſſime offenſurus. Vos enim cōſiliorū veſtrorū cōſciētia freti,aut laborē hūc meū q̄ſi inanē & ſupuacaneū aſpernaremini, aut me nō tā rebus veſtris cōſulere,q̄ tēporibus ſeruire,ac etiā potētiorib⁹ me vēditare ſtatim iudicaretis. Illi contra, ſtudiū erga vos meū conde

mnarent temeritatis,qui vobiſcũ diſceptatio-
ne & conſilio adhuc agerẽ,quos nulla ad ſani-
tatem redeundi facta poteſtate, & Pont.Maxi
mus de ampliſſimi collegij ſententia impieta
tis iã dãnaſſet,& Cęſar ipſe ex Senatus autho-
ritate etiam hoſtes iudicaſſet. Verũ cũ ego vos
neq; ea eſſe arrogantia putem,vt cuiuſq̄ con
ſilium temere deſpiciatis,& quodam humanę
mentis errore magis eſſe prolapſos arbitrer,q̄
vt quod ipſi ducatis impium , id ad extremũ
pertinaciter tueri velitis,neq; de eo ſane dubi
tem,ſic veſtrum de repu. iudicium adhuc eſſe
damnatum,vt matura errati confeſſione reli
ctum deprecationi locum experturi ſitis:nihil
me ab hominis chriſtiani liberalitate alienũ
facturum puto,ſi me vobis hoc veſtro tempo
re conſiliariũ obtulero, & quę mihi de rationi
bus veſtris etiã atq; etiã cogitanti in mẽtem
venerũt,ea vobis accuratiſſime omnia fideliſſi
meq; hic expoſuero. Etenim vobis omni aſſe-
ueratione cõfirmare poſſum , me neq; cuiuſq̄
beneficijs auctũ,neq; alicuius iniuriis cõpulſũ,
neq; ſpe alia niſi vos reip.recõciliãdi adductũ,
neq; oino officiũ aliđ atq; boni viri ſecutũ,huc
deſcẽdiſſe,Chriſtianę eñ me ciuitatis eſſe ciuẽ
memini:quem ex Chriſti Opt.Max.inſtituto
nõ modo neceſſarios ſuos & ciueis,ſed alienos
etiã & hoſtes omĩ beneuolẽtia cõplecti oporte
at:nõ ita quidẽ vt eorũ vitijs indulgeam⁹ (id
eñ ab amici hominis officio eſt lõge remotiſſi

mum)ſed vt eos àb om̃i errore diligẽter amiceq; abductos ad bene beateq; viuendi rationẽ traducamus. Quæ quidem vna ſi vobis ſatis iuſta officij mei cauſa eſſe videbitur, vt certe apud hoĩes religione Chriſtianos iuſta exiſtimari debet & pia: æquum eſt etiã illud nos a vobis impetrare, vt ſicubi a ſententia veſtra abhorrere videbimur, ne vos mihi propterea in odio eſſe ſuſpicemini, q̃ vobiſcũ inimicitias nullas vnq̃ geſſerim, & caſum iſtum veſtrum ſemper ſim miſerat⁹ magis q̃ vel oderim, vel grauioribus malis premendum cenſuerim. Sed nec ſane rationibus veſtris aliter commode proſpicere queã, niſi cauſæ cur a vobis hoc in genere diſcrepem, paulo interdum liberius a nobis explicentur. In quo ſi cum aliquo doloris ſenſu vulnera veſtra tractari nonnunq̃ continget: ſuccurrat vobis ſtatim, eũ eſſe me, qui nec illa fecerim, & facta vehementer doleam, & vt aliquando curentur, medicamenta vnus hoc tempore adhibeam. Quod ipſum ſi feceritis, nec me vlla animi cõtentione, ſed ſola opinionis diſſenſiõe a vobis diſſidere exiſtimabitis: ſimul vtrũq; (opinor) fiet, tum vt ea quæ a me vobis ad ſalutẽ fidiſſime atq; amantiſſime proponẽtur, in eam ipſi in quam ſpero & opto partem accipiatis: tum vero, vt neque vos vllo tempore huius veſtri ſilentij, neq; me impertiti vobis hodie cõſilij magnopere pœniteat. Atq; vt inde potiſſimũ oratiõis

noſtrę ducatur initium, vnde tota nobis cauſæ huius ſuſcipiēdę ratio eſt exorta. Quo loco ſint res veſtræ, videtis. Et quanq̃ ex imperita multitudine nonnulli, rerum ſcilicet nouarũ cupidi magis q̃ vobis amici homines, de eo vos laudare videantur, ꝙ præclarum quoddã aduerſus paucorum potētiam facinus ſitis aggreſſi: tamen vrgemini vndique, & quod inuitus dico, ſed neque diſſimulari iam, neq; negari poteſt, & vos a me, ſi non libenti, at ęquo certe animo dictum audiatis oportet: omnes aditum veſtrum boni defugiunt, omẽs ſermonem auerſantur: Iudices poſtulantibus vobis Ius denegant, principes nullum honorẽ communicant, ſacerdotes vos a tēplis & ſacris arcent. Ad quę quidem ſi obfirmato animo iam obduruiſtis: quod ipſum mihi facile perſuadere non poſſum: quis em̃ vllo Chriſtianæ probitatis pudore, tam graue ciuium ſuorũ de ſe iudicium tã diſſolute negligat & aſpernetur? Sed tamen ſi ea vobis omnia cōtemnēda nũc putatis, nec vos fortunæ veſtræ etiãdum pœnitet: ecquemnam tum ratio veſtra exitũ habitura eſt, cũ vos & Pont. Maximus, tanq̃ perpetuos religionis hoſteis, diris omnibus defixerit, & Cæſar etiam bello acerrime perſequi cœperit? In Bohemiã, credo, exulatum confugietis, eorum præſidio extremis temporibus vſuri, quorum vos in cauſam demiſiſſe opinamini. Quid autem, ſi duriorem illi, vt eſt pro-

fecto, conditionem veſtram q̃ ſuam arbitrati, noua ſe & aliena inuidia premi nolent? Nam cũ ipſi alijs atq; alijs inter ſe partibus ſint infecti, nec leuius ſecum q̃ nobiſcum diſſideant: tũ vero ſe neque incredibili omnium mortaliũ odio ardere, neque bonorum clemẽtia vel miſericordia potius adhuc viuere neſciũt. Quod vt volũtario exilio vos a legũ ſeueritate apud eos vindicare poſſit, ſuſtinebitis ne tamen, vt præter miſerę atq; ſolicitę fugę calamitatem, non iam diuinæ ciuitatis ciues, & Chriſtiani, ſed aut Huſſiani, aut Valdẽſes, aut quo vos in numero quidã iam ponunt, exules Luteriani, & ſit's & numeremini? Ego quidem quoſnam vos potiſſimũ appellarem, & in ipſo orationis meæ aditu ſtatim quæſiui, & hic nõdum ſane reperio. Ciues? qui a Chriſtianę ciuitatis cõſenſu deſciuiſtis. Hoſtes? qui Chriſti perſuaſionem adhuc profitemini. Chriſtianos? qui Chriſtianę pietatis concordiæ aduerſamini. Luterianos? qui nõdũ ita puto inſaniſtis, vt tã graui ignominia a nobis afficiendi ſitis. Neq; em̃ certe vos in veterẽ reip. gratiam reſtituendos ſuſcepiſſem, ſi de vobis, quemadmodũ de cæteris qui in eadem ſunt cauſa pene omnib⁹, omnino deſperaſſem. Sed quocũq; vos dici nomine cõueniat, & adhuc appellare fas ſit: equidem nec quæ vobis apud Hermunduros Quadoſq; ſubſidij ſpes oſtẽdat, ſatis video, qui vos ibi quoq; firmiſſimis reip. p̃ſidijs interclusum iri perſpi-

ciatis ſemperq́ inuiſos Sarmatis, Sauromatis Pannonibus, Gallis, Italis, Germanis, & cunctis iis quæ Hercinium ſaltũ accolunt nationibus exoſos fore non ignoretis. Nec enim ſolũ infeſtos habetis domi bonos oẽs, ſed exteras etiã gentes oẽs inimicas. Quo non enĩ terrarum, quæ nõ maria grauis iſtius veſtri erroris fama iã peruaſit? Aduerſantur ſcilicet, cauſæ veſtrę Hiſpanię, aduerſantur Britãnię: oderũt eam Dacæ, oderũt Illyrii: damnant deniq; illi ipſi, quos paucis annis ad religionis imperiũ adiũctos eſſe audiſtis, Afri, Aethiopes & Indi. Atq; hæc ipſa cum talia ſint, vt nihil mea ſententia acerbius aliud fingi poſſit (mortem mihi equidem ipſe optandam putarem, ſi tã graui, non dico vel gentium vel ciuiũ meorum omniũ, ſed eorum quibuſcum domi viuo hominum iudicio damnarer:) Tã afflictę, inquã, res veſtræ cũ ſint, ne illud quidem vobis ſolatio vt ſit, etiam vereor, q tuendæ reipublicæ cauſa in orbis terræ & iniqua ciuium veſtrorũ odia incurratis. niſi fortaſſe ſic veſtrã ipſi cauſam probatis, ſic vos amatis, ſic vobis placetis, vt cæteros mortales, qui tamen auguſtæ illius neq; perſuaſionis neq; ſpei neq; charitatis religione vobis cõcedant, omneis præ vobis inſcitię vecordięq́ condemnetis. Quod q̃ ſuperbũ ſit, & a chriſtiana modeſtia alienũ, ipſi profecto intelligitis. Atq; hoc fieri quidẽ poſſe non negẽ, vt vos recta ſapere & vera ſentire ipſi

nulla neq; publica neq; priuata(opinor)cuiuſq̃ cõpulſi iniuria,ſubito defeciſtis?Hoc aduerſus rẽp. animo cũ diu fueritis, mirandũ quidẽ nõ eſt ſi ab iis hoſtes aliqñ iudicati eſtis,quos ipſi prius hoſtiũ numero habuiſſetis, q̃ illi & ſibi & Po.Chriſtiano quicq̃ a vobis eiuſmodi metuendũ eſſe ſuſpicari potuiſſent. Sed quãdo de ſtatus,ſentẽtiæ,ac periculi veſtri ratione ſatis diſputaſſe multa videri iã poſſumus:nunc qd nã vobis conſilij capiendũ ſit,dũ veniæ tẽpus adhuc integrũ eſt,diligenter cõſideremus. Et qa ſalutis veſtrę rationẽ apud homines Chriſtianos exploratã eſſe,atq; plane explicatã iudico,ſi de ſentẽtia iſta ſtatim decedẽtes,eo tandẽ reuertamini vnde vos nũq̃ diſceſſiſſe oportuit:quo id vos quod in manu veſtra etiã nũc eſt,maturius atq; libẽtius factũ velitis, primũ dicã qua facilitatis veſtrę culpa in fraudẽ iſtã incideritis. Deĩde de eo quẽ potiſſimũ auctorẽ ſecuti eſtis,a nobis ageť:Tũ quæcũq; is contra reip.cauſam attulit, ea diluã omnia,falſaq; & inaniſſima prudẽtię eſſe oſtẽdã:Poſtremo quonã vobis mõ cũ rep.in gratiã redeũdũ eſſe cenſeã,ſũma tũ fide tũ diligẽtia aperiã atq; expediã. Culpã em̃ veſtrã hanc eſſe duco,q; pluris vni⁹ alicui⁹ ſermones q̃ toti⁹ reip.authoritatẽ atq; iudiciũ feceritis.Nã etſi repiri aliquẽ interdũ poſſe nõ dubiũ eſt,q ea ſit ingenij acie p̃ditus,id vt perſpiciat,qd bona mortalium pars non ſatis videat:tñ non continuo ea quaſi de

bis lædi poſſe videretur, ſi verbis aut offende-
retur, aut omnino commoueretur. Profecto
ſi Camillos, Catones, Curios, Marios, ſi eos de-
niq; omnes quos ab aduerſarijs meis ad cau-
ſam in me tragice perorandam ab inferis ex-
citatos nuper audiſtis, ipſi ſententiam hic ro-
gare poſſetis: opinor, non modo mihi liben-
ter concederent ꝙ id ętatis meo iure in ſcho-
lis vſus libere declamaſſem: ſed iſtos etiam gra
uiſſime obiurgarent, atq; adeo hac ciuitate no
mineq; Romano plane indignos iudicarent,
non dico ꝙ tantum turbarum in vrbe terra-
rum principe tam nulla de cauſa concitaſſent
ſed ꝙ de puerili quadam & ſcholaſtica decla-
matiuncula vti iudicium apud Senatum Po-
pulumq; Romanum exerceretur, omni ſtudio
contendiſſent, cum quidem res ipſa vix digna
eſſet de qua aliquot ludi magiſtri religioſius
cognoſcerent. Sed quando iſtorum artificijs &
audacia tantum excitatum eſt incendium, vt
id niſi veſtro iudicio extingui non poſſit (ipſe
quidem certe in ſummo verſor diſcrimine,
quaſi de Senatu Populoq; Romano, olim &
male ſenſerim & peſſime ſim locut⁹, qui quidē
de ciuitate veſtra tanquam de generis huma-
ni parente ſemper tum cogitaui optime,
tum vero ſcripſi & verba feci honorificentiſ-
ſime) facite vt & illud quoque vobis in men-
tem veniat Patr. Conſcr. neminem eſſe ho-

die neque ſuperſtitioſorum Arabum, neque pertinacium Iudæorum, neque plane Turcarum nobis infeſtiſſimorum hoſtiũ, quin ſi ad nos tranſiens in hac vrbe nomen Chriſto dederit, ſit tamen & Chriſtianæ reipubl. & ciuitatis veſtræ honoribus nemine reclamãte perfuncturus; etiam ſi Chriſtianam perſuaſionẽ omnibus probris perfudiſſet, bellum Italiæ terra marique intuliſſet, omni calamitatis genere ſacram hanc vrbem affeciſſet. Quod quidem maioribus quoque veſtris ſolenne fuit, etiam tum cum nondum veræ pietatis cultum accepiſſent: a quibus pleraſque gentes, eodem die, hoſtium loco & ciuium numero habitas fuiſſe non neſcitis. cum ego interim in vos cõſulto nunquam ſcripſerim, nullam cladem vobis intulerim, nomen Romanum quantũ in me fuerit celebrauerim, hanc vrbem tam cupide incoluerim, ſola pene ciuium Romanorum conſuetudine ſemper oblectatus. Super hæc omnia, illud vos ad extremum monitos, & per liberorum veſtrorum indolem, qui aut nunc primum ad percipiendam dicendi rationem ſunt ingreſſi, aut ea etiam inter æquales ſuos iam florent, obteſtatos velim P. C. ne me ex hoc corporis habitu hic æſtimetis ſed animo atque cogitatione efficite, vt eo vobis ante oculos ore nunc verſer, quali tum erã cum illa a me impubere declamarentur: atque

ita vobis in mẽtem veniat, me qui vix e pue
ris exceſſiſſem,ea de cauſa in capitis diſcrimẽ
vocari,ꝗ oratione mea pluſculum rebus Ro-
manis inuidiæ q̃ veritas ipſa & res concede-
ret aſperſum eſſe exiſtimetur. Nam cum alie-
num certe ſit ab æquitate veſtra,& hanc æta-
tem, quæ non modo nihil in vos peccauit,
ſed etiam de nomine Romano benemerita
videatur,famæ capitiſque damnare: & imma
turæ illius nullam rationem ducere, cui oĩes
leges veſtræ præſertim in linguæ lubrico, vti
ſubueniretur decreuerunt. tum vero pericu-
lum eſt,ne ſi quid ea de cauſa grauius in me
decernatis, eodem ipſi tempore nouum & a-
cerbum in liberos veſtros ius conſtituatis,
quos ea credibile eſt vel ſua ſponte, vel a ma-
giſtris ſuis iuſſos & dicere, & interdum ſcribe-
re.quibus in apertum prolatis hoc a vobis in
troducto iure capitis iudicium aliquãdo ſubi-
re cogantur.Nõ poſſum hic ego vobis Patres
Conſcripti pro capitalium iudiciorum more,
parentes,fratres,propinquos affineſque meos
adhibere,qui ignominiam hanc vna mecum
a vobis deprecentur, rogentq; ne hanc gene-
ri nominiq; noſtro notam inuratis: vt me,quẽ
nuper ciuitate frequenti Senatu poſt homi-
num memoriam munificentiſſime ornatiſſi-
meq; donaſtis, hodie ab eadẽ turpiter expul-
ſum,Italiæ inimicum, huius Reipub. hoſtem

iudicetis. longe enim abſunt gentium infelices, non huius modo mei periculi omnino ignari: ſed fortaſſe inter ſe, abſenti mihi ciuitatem veſtram adhuc gratulantur, cum hic interea ex beneficio veſtro exitium mihi cõparetur. O miſeram & celerem fortunæ commutationem, o præproperam amicorum meorum gratulationem: quàm ſubito illa omnia ex gaudio & lætitia, in mœrorem triſtitiamq́ abitura ſunt? quam præter omnium bonorum ſpem futurum, vt qui veſtro iudicio heri ſociorum vnus quaſi excellenti quadã virtute & doctrina præditus ciuis Romanus haberer, retineam hodie nullum non dico ciuitatis veſtræ, ſed ne priſtinæ quidem dignitatis noſtræ veſtigium. Cur me infeliciſſimi parentes miſerrimum Romanis literis inſtituendum curaſtis? An vt ob ingenuam eis nauatam operam, vrbe Roma contumelioſe aliquando eiicerer? O ſtudia, o literæ: ſiccine male vertiſtis, vt inde mihi capitis periculum impendeat, vnde ingenij laudem & vigiliarum mearum fructum aliquem cepiſſe par fuerat? Ita ne vero ex vltimis terris, a meorum complexu, omnibus inuitis, multis retinentibus, tot prætermiſſis publicorum, tot ſpretis priuatorum commodorum facultatibus, ſolo vrbis veſtræ viſendæ colendæq́ ſtudio, huc properaui demens, vt poſt ce

lebratam vrbis Romæ & Italiæ laudem atq; gloriam, per ſummum dedecus hinc tandem ipſe expellerer. Sed quo me iam cõferam? Ad meos ne, quos præ vobis contempſi? Ad amicos, quos neglexi? quibus vt placatis vti iam poſſim: ſuſtinebo ne tamen vt ii me ſpoliatũ a vobis omni dignitate conſpiciant: qui me nuper a Senatu Populoq; Rom. omni honore cumulatum audierant? Sed poſſim ſane ciuitate veſtra cum multis æquo animo carere: ab ea tamẽ ipſa ſummo cum dedecore eiectus, vbinã hodie gentium honeſte cõſedero? Atq; ita eſt profecto P.C. non tam de retinenda ciuitate, quam tamen & germanę patrię, & multorum Regum pollicitationibus antepoſui, nunc laboro, quam vt ne me aliquis huius rei pub. hoſtem eſſe ſuſpicetur, cum ego in vos optimo & fuerim adhuc & ſemper futur⁹ ſim etiã damnatus animo. Et quando eos ad quoſcunq; profugero, non leuiter miraturos eſſe certum eſt, eam mihi a vobis ademptam eſſe ciuitatem quam tum in ore ſemper & in amore a nobis haberi videbunt, tum etiã ingenii noſtri monumentis decoratam eſſe compluribus aſpicient: quid illis me de iudicii huius ratione, atque calamitatis meæ cauſa interrogantibus reſpondere vultis? An vos de meo in Populum Romanum animo iſtis credidiſſe, qui cũ mihi tam crudeliter ſint inimici, pau-

eas tamen quaſdam, eaſque ieiunas & frigidas & falſas ex declamatorio ac plane puerili neſcio quo libello coniecturas ſibi duxerunt: mihi quantumuis aſſeueranter id deteſtanti & execranti, amicum me Pop. Rom. profitenti, innumerabilia eius rei non iam argumenta, ſed plane indicia tot impreſſa veſtigijs profe- renti, nihil omnino credidiſſe? Quę hęc acerba ſint, q̃ dura, q̃ ab æquitate, a clementia, a digni- tate veſtra aliena & remota, videtis P. C. A propinquis nudus, nulla cognatione munit⁹, omni meorum præſidio deſtitutus, nullius pa- trocinio defenſus, inuidorum obtrectationib⁹ irretitus, accuſatorum calumniis circunuētus, inimicorum conſpiratione oppreſſus, inter o- ptimam conſcientiam & iniquiſſimam fortu- nam deſtitutus, peto a vobis vt cum ſanctiſſi- morum iudicum religione, tum conſtantis Se- natus grauitate ac veſtra potius omnino ra- tione q̃ concitatæ plebis impetu moueamini: ne me, non vllo quidē meo in hac certe cauſa crimine, ſed iniquo multitudinis odio in vr- be Roma afflictum ſocij & fœderatę & exter- næ gentes omnes ſibi perſuadeant. Conſer- uate veſtrum Patres Conſcripti benefici- um: Reddite vrbi ciuem, ciui patriam, patriæ dignitatem: Date hoc ſi non meæ innocentiæ, at Longoliorum generi & fami- liæ, quorum præclara hac in vrbe monumen-

ta viſitatis. Date hoc, ſi non tot doctiſſimorum hominum erga me ſtudijs, at horum clariſſimorum ciuium veſtrorum precibus, at horum ampliſſimi collegij Antiſtitum commendationibus. Poſtremo date hoc Decimi Leonis Pont. Max. Principiſq; Romani iudicio: ad quem cum ſummam rerum omnium poteſtatem, magno Deus homineſq; conſenſu detulerint, qua tamen is eſt in ſummo rerum faſtigio modeſtia, monere vos atque adeo comiter rogare ſuſtinuit, ne mihi puerilis illa declamatio fraudi eſſet, quominus ciuitatem hanc, qua me frequenti Senatu liberaliter donaſſetis, iudicio etiam veſtro tueri atq; retinere poſſem.

DIXI.

CHRISTOPHORI LONGOLII AD LVTERIANOS QVOSDAM IAM DAMNATOS ORATIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI E A eſſet apud me cauſæ veſtræ ratio, vt neq; vobiſcum iam agĩ fas eſſe ducerem, & vos perpetuo quodam voluntatis veſtræ iudicio ita de reip. Chriſtianæ ſtatu perſuaſos putarẽ, vt nulla cuiuſq̃ oratione ab iſta ſententia deduci poſſetis: non equidem cõmitterẽ, id vt negocij nunc deniq; ſuſcepiſſe videri poſſem, in quo nec a vobis, quibus maxime cõſultũ vellẽ, vllã eſſem om̃ino gratiã initurus, & eos quorũ potiſſimũ ſequerer auctoritatem, etiã grauiſſime offenſurus. Vos enim cõſiliorũ veſtrorũ cõſciẽtia freti, aut laborẽ hũc meũ q̃ſi inanẽ & ſupuacaneũ aſpernaremini, aut me nõ tã rebus veſtris cõſulere, q̃ tẽporibus ſeruire, ac etiã potẽtiorib⁹ me vẽditare ſtatim iudicaretis. Illi contra, ſtudiũ erga vos meũ conde

mnarent temeritatis,qui vobiſcũ diſceptatio-
ne & conſilio adhuc agerẽ,quos nulla ad ſani-
tatem redeundi facta poteſtate, & Pont.Maxi
mus de ampliſſimi collegij ſententia impieta
tis iã dãnaſſet,& Cęſar ipſe ex Senatus autho-
ritate etiam hoſtes iudicaſſet.Verũ cũ ego vos
neq; ea eſſe arrogantia putẽm,vt cuiuſq̃ con
ſilium temere deſpiciatis,& quodam humanę
mentis errore magis eſſe prolapſos arbitrer,q̃
vt quod ipſi ducatis impium , id ad extremũ
pertinaciter tueri velitis,neq; de eo ſane dubi
tem,ſic veſtrum de repu. iudicium adhuc eſſe
damnatum,vt matura errati confeſſione reli
ctum deprecationi locum experturi ſitis:nihil
me ab hominis chriſtiani liberalitate alienũ
facturum puto,ſi me vobis hoc veſtro tempo
re conſiliariũ obtulero, & quę mihi de rationi
bus veſtris etiã atq; etiã cogitanti in mẽtem
venerũt,ea vobis accuratiſſime omnia fideliſſi
meq; hic expoſuero. Etenim vobis omni aſſe-
ueratione cõfirmare poſſum , me neq; cuiuſq̃
beneficijs auctũ,neq; alicuius iniuriis cõpulſũ,
neq; ſpe alia niſi vos reip.recõciliãdi adductũ,
neq; oĩno officiũ alid atq; boni viri ſecutũ,huc
deſcẽdiſſe,Chriſtianę eñ me ciuitatis eſſe ciuẽ
memini:quem ex Chriſti Opt.Max.inſtituto
nõ modo neceſſarios ſuos & ciueis,ſed alienos
etiã & hoſtes oĩ beneuolẽtia cõplecti oporte
at:nõ ita quidẽ vt eorũ vitijs indulgeam⁹(id
eñ ab amici hominis officio eſt lõge remotiſſi

mum)ſed vt eos ab om̃i errore diligẽter ami-
ceq́ abductos ad bene beateq́ viuendi ratio-
nẽ traducamus. Quæ quidem vna ſi vobis ſa
tis iuſta officij mei cauſa eſſe videbitur, vt cer-
te apud hoĩes religione Chriſtianos iuſta exi-
ſtimari debet & pia: æquum eſt etiã illud nos
a vobis impetrare, vt ſicubi a ſententia veſtra
abhorrere videbimur, ne vos mihi propterea
in odio eſſe ſuſpicemini, q̃ vobiſcũ inimicitias
nullas vnq̃ geſſerim, & caſum iſtum veſtrum
ſemper ſim miſeratꝰ magis q̃ vel oderim, vel
grauioribus malis premendum cenſuerim.
Sed nec ſane rationibus veſtris aliter commo
de proſpicere queã, niſi cauſæ cur a vobis hoc
in genere diſcrepem, paulo interdum liberius
a nobis explicentur. In quo ſi cum aliquo do-
loris ſenſu vulnera veſtra tractari nonnunq̃
continget: ſuccurrat vobis ſtatim, eũ eſſe me,
qui nec illa fecerim, & facta vehementer do-
leam, & vt aliquando curentur, medicamenta
vnus hoc tempore adhibeam. Quod ipſum ſi
feceritis, nec me vlla animi cõtentione, ſed ſo
la opinionis diſſenſiõe a vobis diſſidere exiſti-
mabitis: ſimul vtrũq́ (opinor) fiet, tum vt ea
quæ a me vobis ad ſalutẽ fidiſſime atq́ aman
tiſſime proponẽtur, in eam ipſi in quam ſpe-
ro & opto partem accipiatis: tum vero, vt
neque vos vllo tempore huius veſtri ſilentij,
neq́ me ipertiti vobis hodie cõſilij magnope-
re pœniteat. Atq́ vt inde potiſſimũ oratiõis

noſtrę ducatur initium, vnde tota nobis cauſæ huius ſuſcipiēdę ratio eſt exorta. Quo loco ſint res veſtræ, videtis. Et quanq̃ ex imperita multitudine nonnulli, rerum ſcilicet nouarū cupidi magis q̃ vobis amici homines, de eo vos laudare videantur, ꝙ præclarum quoddā aduerſus paucorum potētiam facinus ſitis aggreſſi: tamen vrgemini vndique, & quod inuitus dico, ſed neque diſſimulari iam, neq; negari poteſt, & vos a me, ſi non libenti, at ęquo certe animo dictum audiatis oportet: omnes aditum veſtrum boni defugiunt, omes ſermonem auerſantur: Iudices poſtulantibus vobis ius denegant, principes nullum honorē communicant, ſacerdotes vos a tēplis & ſacris arcent. Ad quę quidem ſi obfirmato animo iam obduruiſtis: quod ipſum mihi facile perſuadere non poſſum: quis em̄ vllo Chriſtianæ probitatis pudore, tam graue ciuium ſuorū de ſe iudicium tā diſſolute negligat & aſpernetur? Sed tamen ſi ea vobis omnia cōtemnēda nūc putatis, nec vos fortunæ veſtræ etiādum pœnitet: ecquemnam tum ratio veſtra exitū habitura eſt, cū vos & Pont. Maximus, tanq̃ perpetuos religionis hoſteis, diris omnibus defixerit, & Cæſar etiam bello acerrime perſequi cœperit? In Bohemiā, credo, exulatum confugietis, eorum præſidio extremis temporibus vſuri, quorum vos in cauſam demiſiſſe opinamini. Quid autem, ſi duriorem illi, vt eſt pro-

fecto,conditionem veſtram q̃ ſuam arbitrati,
noua ſe & aliena inuidia premi nolent?Nam
cũ ipſi alijs atq; alijs inter ſe partibus ſint infe-
cti,nec leuius ſecum q̃ nobiſcum diſſideant:tũ
vero ſe neque incredibili omnium mortaliũ
odio ardere,neque bonorum clemẽtia vel mi-
ſericordia potius adhuc viuere neſciũt. Quod
vt volũtario exilio vos a legũ ſeueritate apud
eos vindicare poſſit,ſuſtinebitis ne tamen, vt
præter miſerę atq; ſolicitę fugę calamitatem,
non iam diuinæ ciuitatis ciues, & Chriſtiani,
ſed aut Huſſiani,aut Valdẽſes,aut quo vos in
numero quidã iam ponunt,exules Luteriani,
& ſitis & numeremini?Ego quidem quoſnam
vos potiſſimũ appellarem, & in ipſo orationis
meæ aditu ſtatim quæſiui, & hic nõdum ſane
reperio.Ciues?qui a Chriſtianę ciuitatis cõſen
ſu deſciuiſtis.Hoſtes?qui Chriſti perſuaſionem
adhuc profitemini.Chriſtianos? qui Chriſtia-
nę pietatis concordiæ aduerſamini. Luteria-
nos? qui nõdũ ita puto inſaniſtis,vt tã graui
ignominia a nobis afficiendi ſitis.Neq; eñ cer
te vos in veterẽ reip.gratiam reſtituendos ſuſ
cepiſſem,ſi de vobis, quemadmodũ de cæteris
qui in eadem ſunt cauſa pene omnib9,om̃ino
deſperaſſem. Sed quocũq; vos dici nomine cõ
ueniat,& adhuc appellare fas ſit:equidem nec
quæ vobis apud Hermunduros Quadoſq; ſub
ſidij ſpes oſtẽdat, ſatis video,qui vos ibi quoq;
firmiſſimis reip.p̃ſidijs intercluſum iri perſpi-

nulla neq; publica neq; priuata(opinor)cuiuſq;
cõpulſi iniuria,ſubito defeciſtis? Hoc aduerſus
rẽp.animo cũ diu fueritis, mirandũ quidẽ nõ
eſt ſi ab ijs hoſtes aliqñ iudicati eſtis,quos ipſi
prius hoſtiũ numero habuiſſetis, q̃ illi & ſibi
& Po.Chriſtiano quicq̃ a vobis eiuſmodi me-
tuendũ eſſe ſuſpicari potuiſſent. Sed quãdo de
ſtatus,ſentẽtiæ,ac periculi veſtri ratione ſatis
diſputaſſe multa videri iã poſſumus:nunc qd
nã vobis conſilij capiendũ ſit,dũ veniæ tẽpus
adhuc integrũ eſt,diligenter cõſideremus. Et
qa ſalutis veſtrę rationẽ apud homines Chri
ſtianos exploratã eſſe,atq; plane explicatã iu-
dico,ſi de ſentẽtia iſta ſtatim decedẽtes,eo tan
dẽ reuertamini vnde vos nũq̃ diſceſſiſſe opor
tuit:quo id vos quod in manu veſtra etiã nũc
eſt,maturius atq; libẽtius factũ velitis, primũ
dicã qua facilitatis veſtrę culpa in fraudẽ iſtã
incideritis. Deĩde de eo quẽ potiſſimũ auctorẽ
ſecuti eſtis,a nobis agetur:Tũ quæcũq; is contra
reip.cauſam attulit, ea diluã omnia,falſaq; &
inaniſſima prudẽtię eſſe oſtẽdã:Poſtremo quo-
nã vobis mõ cũ rep.in gratiã redeũdũ eſſe cen
ſeã,ſũma tũ fide tũ diligẽtia aperiã atq; expe-
diã. Culpã eñ veſtrã hanc eſſe duco,q̄ pluris
vniꝰ alicuiꝰ ſermones q̃ totiꝰ reip.authoritatẽ
atq; iudiciũ feceritis. Nã etſi repiri aliquẽ inter
dũ poſſe nõ dubiũ eſt,q ea ſit ingenij acie p̄di-
tus,id vt perſpiciat,qd bona mortalium pars
non ſatis videat:tñ non continuo ea quaſi de

cælo in animum cuiuſq̃ delapſa, a nobis om̃ia recipienda ſunt, quę ab acutiſſimis fortaſſe q̇buſdam hominibus, ſed parum vel prudentibus vel etiam bonis quotidie excogitant̃. præſertim ſi ad labefactandã reip. Chriſtianę concordiam, in qua nobis eſſe debent omnia, ſpectare atq; pertinere illa videantur. Nam quænam tandem firmandi reipub. ſtatus, nõ iam dico fidutia, ſed omnino ſpes nobis oſtẽditur, ſi pro ingenio vel libidine potius & amẽtia ſeditioſiſſimi cuiuſq; leges atq; maiorum noſtrorum inſtituta in diſceptationem vocare cogamur? Neq; enim tã bene cũ genere humano agitur, vt aut quæ optima ſunt, eadem quoq; placeant omnib⁹: aut lex vlla ita deſcribi poſſit, vt omniũ rationib⁹ pariter deſeruiat. quod ipſum tamẽ nullo eorum qui leges nobis tulere, vitio cõmiſſum videri debeat: ſed ita potius natura quodãmodo cõparatũ eſſe, vt infinita rerum temporũq; varietate, in tam inæquabili hominum ipſorum tum fortuna, tum ſenſu, omnibus perę que conſuli & ſimiliter ꝓſpici nõ poſſit. Itaq; ſemper boni ciuis eſſe duxi, non quid cupiat ipſe, aut quid itẽ alter, qui ſtante Rep. cõmode ſtare non queat: ſed quod pluribus probetur, & legum ſcriptoribus optimum viſum ſit, idipſum æquũ ſtatuere & rectum iudicare. Addo etiã illud quod grauiſſimis atq; ſapiẽtiſſimis viris placuiſſe audio, ſatius eſſe interdum aliquid a maioribus non

exiſtimetis. Sed vnde illud tandem vobis conſtat, vos in eo ſolos bene ſentire, in quo totam remp. deſipere iudicetis? ſi tot maiorū noſtrorū ętates, tātus hodie gentiū conſenſus, ſi ad vnū deniq; omnes quícunq; vlla vel doctrinę vel iudicij vel ſanctitatis laude floruerunt, magni & clari homines, in re toties decertata, & in eādem ſemper ratione diiudicata, errare potuerunt: vos non decipi, vos nō falli, qui tandem poteſtis? An vobis modo Deū eſſe propitium ceteris, a quibus colatur, omnibus iratum atq; infeſtū putatis? Non tā credo male neq; de genere humano, neq; de natura illa vt pręſtātiſſima, ſic etiā optima & certe mortalibus amiciſſima, iudicabitis. Sed vt illū a nobis ſcelera noſtra alieniorē reddiderit, cauſam nihilominus tamē, quare vos vnice cōplectatur, & quaſi in delicijs ſolos habeat, nullā ſane reperio: q̄s ne quid grauius dicā, nec nobis eſſe meliores, & de eo etiā ipſo peſſime ſentire omnibus ſit perſuaſum. Nā q; vos chriſtianæ legis atq; hiſtorię verbis cū iſtum in ſenſum perduci, tum in hunc reip. ſtatum niti contenditis, atq; ita deum immortalem quaſi cōſilij veſtri authorē laudare ſoliti eſtis: nos vero ea ipſa verba non modo aperte nobiſcum facere, verumetiā cauſam veſtram funditus euertere contendimus. Neq; ſane interim ſatis mirari poſſumus, vos cū ea nō videre, quę reliqui mortales aperte vi deāt, tū vero vel tāta eſſe cōfidentia, vt qa qd

ſequamur non perſpicitis, iccirco conſiliũ noſtrum reprehendatis, veſtrũ valere velitis: vel tam anguſti animi, vt ea demũ, vel potius ea ſolũ vera eſſe credatis. quę ipſi cogitatione cõprehendere, & animo cernere poſſitis, reliqua tanq̃ vana & falſa repudietis. Quod quidẽ cum facitis, mihi nimirũ ſimiliter facere videmini acſi luſcioſi aliquot homines, ſe ſolos lucis vſu ra cõmodiſſime perfrui, cęteros qui acutiſſima oculorũ eſſent acie, in altiſſimis tenebris verſari affirmarent. Nam quis vos (dicetur enim libere quod res ipſa loquitur) quis vos aut inani prudẽtię opinione, aut alicuius certe pręſtigijs occęcatos eſſe neget: qui cũ numero ſitis adeo pauci, nec ita multũ in liberali ingenuarũ artiũ ſtudio verſati, neq; vlla diuini iuris cognitione ſatis inſtructi, neq; vllo tractãdarũ literarũ ſacrarũ vſu exercitati, audeatis tamẽ notum, teſtatum, perpetuum Populi Chriſtiani conſenſum, hoc eſt, vt ego interpretor, Chriſti ipſius legem atq; vocẽ, præ opnionis veſtrę errore arroganter contemnere, & quaſi de exploratа ſententiæ veſtræ ratione inſolenter gloriari. quam tot ſeculorum præiudicijs, omniũ gentium teſtimonijs, omnium eorũ, qui vnq̃ in ciuitate noſtra vel ſanctiſſimi vel ſapiẽtiſſimi, vel eruditiſſimi ſunt habiti, authoritate damnatam eſſe non ignoratis? Sed hæc poſtea demonſtrabuntur a nobis ſubtilius & copioſius. Hic enim mihi planum quoquo modo

feciſſe ſatis eſt,ne apud vos quidem vlla ratio ne, certa ea eſſe poſſe, quæ nec diuino vllo ſi gno probentur, & apud omnes mortales pro falſis conſtantiſſime habeantur. Relinquitur igitur,dubia ſaltem adhuc vt ſint.Quod ſi ita eſt,videte(quęſo)qua fronte,qua veritatis con ſcientia,qua Chriſtiani animi moderatiõe,pro re ancipiti & obſcura,bellum certũ & apertum aduerſus reip.concordiam ſuſcipiatis:qui ſi vl la germanæ atq; veræ illius modeſtiæ cura tã geremini,non tam veſtris, etiam ſi iam olim ſępeq; damnatę non eſſent, opinionibus duce remini,q̃ Populi Chriſtiani iudicio atq; con ſenſui ſeruiendũ vobis eſſe exiſtimaretis.Neq; vero illud vos,opinor, ab omni culpa vacuos pręſtiterit,quod nonnullos veſtrũ ſubinde af ferre audio: ea vos mente atq; animo in cau ſam iſtam eſſe ingreſſos, non vt cuiuſq̃ opes aut authoritatem deleretis, ſed vt Chriſtianã rep. quæ grauiter affecta atq; debilitata eſſet, in priſtinam dignitatem aliquando reſtitutã videretis.Id enim,vt a me contra multorum voluntatem vobis nihil grauate detur, non continuo tamen laudi vertendum. atq; adeo ne tolerandum quidem ſemper fuerit, quicqd vel ab optimo aliquorũ animo profectum eſſe conſtabit.Parũ prudentes & in rep. rudes ho mines ſi pro ingenij ſui natura temere quidẽ aliquid & ſtulte,ſed bona tamen fide dixerint fecerintve,quod ad ciuitatis vel dignitatẽ vel

omnino optime conſtitutũ tolerare,q̃ id mul tarum ætatũ vſu receptum & comprobatum, dum quaſi iniquum tollere volumus,vniuer ſæ ciuitatis ocium atq; pacem perturbare,aut etiam in aliquod ſeditionis diſcrimẽ eam ad ducere. Ad hanc enim peſtẽ id etiam accedit mali,q̧ dum leges aliquas tanq̃ malas facile abrogamus,improborum ciuiũ animos figen dis refigendisq; tabulis aſſuefacimus: quo ip̃o nihil plane ſit ciuitatum ſaluti neq; calamito ſius neq; exitioſius. Atq; hanc ipſam ego ſen tentiam cũ optimi cuiuſq; iudicium ſecutus magis,q̃ quid forte reb⁹ meis conduceret,me cum reputans,ſemper probaui:tum vero,ſi ni hil de eo iure quod ſempiternæ ſalutis cauſa i perpetuum conſtitutum eſſet,mutaretur,lau dandã cum primis cenſui. Quod in hac certe cauſa vſu nobis nũc veniſſe, nec vos ipſi pla ne ignoratis. Neq; enim,opinor,nobis aliud perſuaſum,aliud a duodecim illis viris q oẽm perſuaſionis noſtræ rationem formula quadã complectendi ius a Chriſto Opt. Max.accepiſ ſent,conſcriptum eſſe aut traditum exiſtima tis.Quod cum ita ſit, nec is cui⁹ ſectam ſecuti eſtis,reip.Chriſtianæ ſummã atq; fundamẽta publicis moribus conuelli,ſed nouam quandã minimeq; neceſſariam adminiſtrandę ciuita tis rationem multis iã ſeculis inductã,& quaſi per manus nobis traditam atq; acceptam eſſe initio quereret,fides ei illico habenda nõ fuit:

nec ſiqd forte probabili populariue ratiõe ab eo diſputabatur,id quaſi ex oraculo editũ temere amplecti atq; cõſtãtiſſimo gẽtiũ omniũ iudicio a vobis anteponi ſtatim debuit:q ſcire tis a multis,non docẽdę quidem veritatis ſtudio adductis illis,ſed vel odio vel ĩuidia incẽſis,vel etiam qua maxime præclara tentãtur ingenia,cõtradicẽdi,iactandæq; doctrinæ cupiditate cõcitatis hominib⁹,multa in dies ſingulos & varia ſtudiorum monumẽta paſſim conſcribi,atq; etiã in apertũ proferri. Equidẽ Neſtoriũ,Arriũ,Iouinianũ,Donatum,Vigilãtiũ,ac reliquos veterum ſeditionũ authores,rerum noſtrarum tã imperitos non fuiſſe arbitror id vt ex animo ad extremũ probarint,in quo a cæteris tam impudenter diſſentirent: ſed eos vel oſtentandi ingenij,vel nominis ſui illuſtrandi propagandiq; cauſa, vel ſpem aliã huiuſmodi aliquã ãbitiòſe ſecutos,ad eas excitandas in rẽp turbas deſcendiſſe mihi nõnũq̃ pene perſuadeo. Atq; ij ipſi tamen cũ multo grauioribus,tum q̃ nunc Mart. Luterus ſententijs pugnarent,magnaq; nõ ſolum vulgo ingenij eruditioniſq; laude,ſed etiã apđ quoſdã reip.principes,ſanctitatis opinione diu cõcionati fuiſſent:ſunt ad extremũ ſummo bonorum omniũ cõſenſu, tanq̃ Chriſtianæ paci atq; ocio inimici,ex rep.expulſi,& in exiliũ tãdẽ acti,damnata quoq; eorũ memoria,& publice exuſtis monumẽtis,quibus turbulẽtæ ſuæ

mentis conſilia cõmendaſſent. Quę vtinã vo-
bis in mentẽ tũ veniſſent, cũ primum Mart.
Luterus popularib⁹ iſtis ſuis cõcionibus, & in-
ſidioſiſſimis ſcriptis, iã olim reip. impoſita qdẽ
illa, ſed vel obducta cicatrice iã pridem percura-
ta vulnera refricare eſt aggreſſus. maiorẽ, cre-
do reip. q̃ concionũ ei⁹ rationẽ habuiſſetis: vo-
bis quidẽ certe & rationibus veſtris cõmodius
prouiſum eſſe hodie intelligeretis. Sed de ni-
mia iſta veſtra credulitate, & ad cuiuis temere
aſſentiẽdũ facilitate, hacten⁹. Nõ enim vereor
ne nõ q̃uis breui admonitione: ſatis tamẽ edo-
cti iã ſitis, vel ad perſpiciendum quę vos potiſ-
ſimũ res in hunc errorẽ incautos pertraxerit,
vel ad cauendũ ne vos poſthac auferant alio-
rũ conſilia, tũ vobis etiã reip. pernicioſa. Pro-
ximũ eſt, vt de Mart. Luteri, quo quidem vno
duce in iſtã opinionẽ aberraſtis, ingenio atq;
ſtudijs paulo accuratí⁹ agamus: quę ipſa in eo
ſunt nimirum huiuſmodi, vt me quoq; culpę
veſtrę ſociũ aliquãdo fuiſſe confitear, hactenus
tamẽ vt de eo bene ſenſerim, nõ etiã vt ipſius
de rep. iudiciũ bonorũ ſententia ſanctius eſſe
vnq̃ duxerim. Nam cũ mihi interdum vide-
batur moueri acute, tũ omniũ ordinũ mores
caſtigare ſeuere, tũ vero optimatũ cauſam ad-
uerſus vulgi imperitiã tueri religioſe. Sed qd
de me, ipſe loquor: q vt minime oĩm ſum ſuſpi-
cioſus, ita ab iis p̃cipue quos mihi aliqd natu-
rę religioniſve lumẽ cõmendet, facillime falli

poſſum? Compertum enim habeo, etiã bonorum pleroſq;, qui in dignoſcendis vel ex ipſa quę magna ex parte fallaciſſima eſt oratione hominũ ingenijs, magni & acerrimi haberentur iudicij, illi initio valde ſtuduiſſe, atq; adeo iurgia & prælia accuſatorum eius ſuſtinuiſſe. Quem enim ſibi non conciliaret, nõ dico libellus is quem de Chriſtiana libertate nuper edidit, ſed vel vna illa homine plane Chriſtiano digna atq; iuſtiſſima indignatio: qua is ſibi amplius ferendum eſſe negaret, vt quorundam theologorũ vel ambitione, vel inſcitia, Ariſtoteles religionis noſtræ caput & vertex haberetur, Chriſtus ipſe in ea vix crurum aut etiam pedum munere fungeretur? Et profecto multa ſcriptis ille ſuis, pręſertim quę prima in manus hominũ venerunt, complectebatur: quibus & ętatis noſtrę vitia grauiter inſectando, magnam probitatis ſuæ opinionẽ excitaret, & res magnas magnęq; deliberationis copioſe tractando, interiorum quoq; & reconditarũ literarum cognitionem promitteret. Et q̃q̃ iã tum obſcure quędam iaciebat, quibus, vt nũc equidẽ opinor, vel ſaniorum animos leuiter prætentaret, vel turbulentis ingenijs ſpem nouarum rerum aliquam inijceret: tamen ſi qua ratione ſcribendi initium ſibi fecerat, eadem cætera perſequutꝰ fuiſſet, cũ nobis ſibiq; omnino conſuluiſſet melius, tum etiam ipſe inter Chriſtianos ſcriptores locũ hodie tenere, neq;

plane obſcurum,neq; ſane contemnendũ.Sed
me nihil ęque fefellit,atq; religioſa illa & mo-
deſta deprecãdæ impietatis p̄tinacięq; cautio,
qua paſſim ille vſus, quęcunq; de Reip. chri-
ſtianę ſtatu noua adduceret,tũ deniq;,ſi ea col
legio ampliſſimo, Põtificiq; in primis Maxi-
mo probarentur, ſibi probatum iri teſtificaba-
tur. Equidẽ cum iniquum eſſe ducerem,eum a
me ex natura mea non fingi, peiuſq; de eo q̃
de me exiſtimare, pręſertim cũ illa eadem ſæ-
pius cõfirmaret:nõ modo bona illum nobiſcũ
fide agere,& in officio fore credidi,ſed commo
dius etiam omnia facturum q̃ ſcripſiſſet exiſti
maui. etenim quem nõ ad excitandos ciuileis
motus,iã olim damnatas quorundam factio-
ſorum ſentẽtias ſcelerate inſidioſeq; repetere,
ſed doctorum hominum ritu eas diſputando
ſcienter atq; perite attingere arbitrarer. Nam
cui per Deum immortalem,quicq̃ tale ſubue
reri in mentẽ veniſſet, pręſertim vel in tãal-
ta pace,tantaq; omnium ordinum concordia
vel ab iſtiuſmodi homine,q inter nos natus,
inter nos educatus,inter nos inſtitutus & do-
ctus eſſe:q ſe Aurelij Auguſtini, viri tum do-
ctrina,tũ ſanctitate clariſſimi,& in Rep. maxi-
mis cauſis,difficillimiſq; tẽporibꝰ cogniti atq;
probati,æmulum profiteretur,cõpluresq; iam
annos inter eius familię ſodales iuratus,ſi nõ
aliqua cum laude,ſine vlla certe inſigni igno
minia vixiſſet? Ne multa:oĩa prius arbitratus

ſum fore,q̃ vt in eo tantũ vel extaret ſceleris, vel reperiretur perfidię.quē ego etſi nũq̃ a me viſum,amabam tamen,idq; tum Reip, quam mihi ex animi mei ſentẽtia capeſſere videbatur,cauſa:tum etiam communiũ ſtudiorũ artiũq;,quibus illum mihi cõiũctiſſimũ eſſe ſperabam,gratia. Sed non diu licuit bene de eo ſperare, qui quid animo aduerſus Rēp.agitaret, nobis occultũ eſſe diu noluit. Alteris em̃ ſcriptis,nemo ſuſpicari non cœpit,quid a primo ſpectaſſet,qd ſperaret:Tertijs porro editis nemo tam cęcus fuit,quin omnē illã pietatis exiſtimationē ad confirmandã Huſſianę ſectæ impietatem collectam eſſe perſpiceret.Verũtamenleſt quod ei magnã nihilominus gratiã habeamus,qui illũ nobis errorem ſtatim eripuerit:& abiecta boni, tũ viri, tum ciuis perſona, ſui conſiliorũq; ſuorũ penitus cognoſcendi poteſtatē nobis fecerit.Vidit enim tandem,vidit quod omnino futurũ erat:neq; dolos poſſe latere diuti⁹ ſuos,qui ſe iã primis illis quoq; diſputationibus in ſuſpicionem ſeditionis apud acutiores quoſdã homines veniſſe intelligeret:neq; quod clã machinaretur,id eo quem a principio ſperarat, exitu cõcluſum iri:paucos enim omnino ea ratione ad cauſam ſuã adiũxiſſet.Redijt igitur ad male diſſimulatos mores,cœpitq; apte Rēp.oppugnare,quã ãtea cuniculis euertere fruſtra tẽtaſſet. Sed qd egerit homo religioſiſſimus, & idē eo pudore prædit⁹

vt iã vnus optimatũ nationi conuicium ſuo quodãmodo iure faciat,operęprecíũ fuerit cognoſcere,tametſi vos nõ ignoratis,qui ea quẽadmodũ agerẽtur,multi ſpectare potuiſtis. Verum quia ſic fere hominũ vita eſt,vt quę non facta nolimus,ipſi eadem dum audacter fiant, & ſecunda aliqua fortunæ aura ferãtur,neſcio quo modo,rite quoq; & ordine & iure fieri exiſtimemus:quod tum forte,cũ Lutero conatus ex animi ſententia procedere videbantur,minus abſurdum in eo vobis eſt viſum,idẽ hoc veſtro tẽpore vel alio leuiter vos admonentẽ intolerabile & impiũ fortaſſe videbitur. Iã primũ facta manu, latus ſuũ armatis hominibꝰ ſtipauit: is vir,q chriſtiano homini vel ad arcẽdã barbarorũ vim ferrũ aſpicere, religioſum eſſe affirmaret. Sed ex quo tandẽ hominũ genere iſtam ille ſibi quaſi prętoriã cohortem deſcripſit? Nempe ex eo,cui bello ciuili opus eſſe duceret. Sic enĩ ad nos allatum eſt,ſic etiã conſpirationis iſtius fautores cõfitẽtur: ita tamen vt inimicorũ potentia metuq; coactum,ad extrema eum cõſilia deſcendiſſe cauſentur. Sed quacũq; ratione ad nouiſſimũ auxilium deſcẽderit,& ſe militari manu ſepſerit homo Chriſtianꝰ,quiq; ſibi nihil vnq̃ magiſtratuũ imperio antiquius fore,ſolẽni ſacramẽto pollicitus eſſet,neq; ſe pro tuẽdis Chriſti præceptis vllũ mortis genus recuſaturũ ſemp̱ prędicaſſet: certũ eſt omnes eius Prouinciæ dãnatos,omnes

ignominia notatos, omnes ære alieno oppreſ ſos, omnes exilio infamiaq́ꝫ dignos multa ſpẽ & promiſſis ab eo teneri: Præfectos aũt tã nu meroſę cohortis eũ habere duos, atqꝫ hos ip ſos cõcordię Chriſtianę multo inimiciſſimos. Alterũ ſummo quidem loco natũ illũ, & valẽ tem ſane hominem, ſed tamẽ audacia magis & ſæuo inter eas gentes latrocinio, q̃ generis nobilitate inſignem. Alterum equeſtris ordi nis, at non item cenſus, quem pridem deuora rit, nudum plane, neque tamen aut infantem aut infacetum equitem. Illi⁹ eũ bona militiæ opera vti audio, ob ſępe ſpectatã hominis tũ in ſpoliandis iugulandisq́ꝫ qui illac iter face rent, negociatoribus, tum in depopulãdis fini timorũ agris, virtutem atqꝫ diligentiã. Huius glorioſa domi exquirere cõſilia, quippe quem conſtet animo eſſe tam ſeditioſo, q̃ iã ſit mul tis acceptis vulneribus ad bella gerẽda corpo re infirmo & prorſus inepto. Noſtis puto ho minẽ, altero crure claudũ, humero ſtrumoſũ, oculo captum, ac morbo tum comitiali, tum eo qui libidinem eius obſcœnis puſtulis indi cet, fœde miſereq́ꝫ confectũ. Scurram illũ dico equitẽ, qui cũ miros vel ſcriptis ſuis riſus vul. go facere conetur, nõ minus tamẽ crudeliter bonis omnibus interim minitãs bellũ reip. in dicit atqꝫ denũciat. His itaqꝫ illę pręclaris du cib⁹ quaſi duabus incendij ſui facibus fretus, neqꝫ tamen interim ignarus, q̃ apud ocioſam

perditamq́; plebem grata eſſet futura fortuna
rum bonorumq́; oīm adęquatio, ac iucūda in
primis Principum virorū exagitatio: munire
ſe hac quoq; ratione cœpit. hoc eſt eodem tem
pore & plebis vicem miſerabiliter deplorare, &
Principes ipſos in crimen inuidiamq́; abſentes
vocare, & in bonos oēs quo iure, qua iniuria
nominatim declamare. Quod cū apud popu-
lares ſuos ſibi nō omnino incōmode cadere vi
deret: ſimul & graui illa denunciatione incen
ſus, qua ſibi homo modeſtus aliquando tandē
edictū fremeret, niſi ab ea mēte deſiſteret, atq;
improbis cōcionibus finē faceret, fore vt neq;
ampliſſimo collegio cōſiliū, neq; Pont. Maxi-
mo authoritatem, neq; bonis omnib⁹ ad coer-
cendos ſeditioſorum conatus facultatē virtu-
temq́; deeſſe intelligeret. Ea inquā quaſi atro
ci cōtumelia incitatus, animum ſtatim ad ar-
ma & vim adiecit: nihil iā niſi atrox & crude-
le cogitans, nihil niſi monſtra loquens: Ponti
fici collegioq́; iratus, & ijs omnibus qui remp.
ſaluā vellent, infeſtus atq; intolerabilis. Hinc
crebrę illæ turbulentęq́; conciones: hinc tot
propoſiti paſſim famoſi ei⁹ atq; ſacrilegi libel
li: hinc tot Europę diuiſa, tot impia impij ho-
minis ſcripta atq; monumēta, quib⁹ eos qui a
ſolitudine nomē induiſſent, volūtarios Chri-
ſtianę reip. ſeruos omī ſacramēti religiōe exo
lutos ad libertatē vocaret, exulib⁹ reditū para
ret, tabulas nouas induceret, ac redacto in ordī

nem Pont. Maxi. itemq; cæteris ampliſſimis ſacerdotibus omnibus, publici conſilij authoritatẽ, ſacrorũ curationẽ, religionũ interpretationẽ, vniuerſum deniq; cerimoniarum ius, nõ modo ad plebẽ transferret, ſed prophanis etiã hominib⁹ cõmunicaret, dicã an contaminandũ violãdũq; proponeret? Omitto ea quę contra ſancta maiorũ noſtrorum inſtituta de diuinę hoſtię ratiõe, de religioſa illa & luſtrica ſcelerũ cõfeſſione, de pontificia criminũ abolitione, de manium expiatione, de ſacris maritandis ordinibus, infirmãdis iudicijs, abrogandis legib⁹ portẽta inuexerit: quę etſi leuiores quędã ad euerſę reip. mala acceſſiones videri poſſunt, ſunt eius tamen generis, vt nõ minus q̃ illa peſtifera ſint, & ad animorum noſtrorũ inſaniã perniciemq; ſcelerate excogitata. Quorſum igit hęc cõmemoratio? quorſum? vt q̃d aliqua fortaſſe animi perturbatione impediti adhuc facere non potuiſtis, aliquãdo pſpiciatis, aut quãto veſtro periculo iſte inſaniat, aut quantũ eius ingenio tribuẽdũ ſit, qui nõ modo de priſca illa Heroicorũ temporũ maieſtate inſtauranda nihil ſincerum cogitet, ſed ad miſeras illius reliquias, quę vna conſentientis ciuitatis cõcordia niterẽtur, delendas, noua quædã atq; importuna audacia graſſetur. At em̃ ita affecta ſunt pleraq; om̃ia & debilitata reip. mẽbra, vt ciuis plane non ſit, qui iſta vel probet, vel etiã tacit⁹ ferre poſſit, quaſi vero, quo

niã cęteris fere ornamẽtis ſuis reſp. orbata ſit ocio quoq; & pace, & in qua hodie vna acqeſci mus ciuiũ cõſenſione, a nobiſmetipſis eã ſpo liari cõueniat. At iam pridem verã illã & ger manã cum pacis atq; oci j, tum etiã gubernan dę Reip. rationẽ ita amiſimus, tantaq; eſt per turbatio rerum omnium & confuſio, vt bono cuiq̃ diſſimulandum iam non ſit. Quis vero hoc negat? quis non videt? quis priſcam illam vel naſcentis vel adoleſcentis religionis chri ſtianę ętatem non deſiderat? quis non deniq; bonorum in extrema hæc tẽpora ętatẽ ſuam incidiſſe, vehementius dolet, & interdũ etiam ingemiſcit? Ego quidem ipſe, qui ſacerdotum, vel potius. Reip. cauſam hic videor agere: quã ſi ago, veſtra certe potiſſimũ cauſa nũc ago: ego ille inquã qui me ſacerdotũ nationi fateor eſſe amiciſſimũ, cũ Reip. caſum atq; orbitatẽ vo biſcũ lugeo, tũ vero multa in plurimis eorum publico concilio pręſunt, deſidero: idq; prę me ſemper tuli, mihi nõ ſatis probatos eſſe ne an tiſtitũ quidem ipſorũ mores, quos pugnanti bus illis inter ſe vitijs, luxuria & auaritia, igna uia & ambitione haud leuiter infectos eſſe ne gare nemo põt, Sed cũ Rẽp. nõ icc irco odiſſe, ꝙ deformior ſit, ſed potius eius vicem dolere debeamus & miſerari, ꝙ huc calamitatis reci derit: tum etiam alia eſt omnino improbãdæ cauſę, alia vitę hominum improbandę ratio: aliud Reip. chriſtianę ſtatũ dãnare, aliud ma

los magiſtratus accuſare, q̄ q̄ ſi verū fateri volumus, huiuſce mali cauſa nō tā in principibus & magiſtratibus, q̄ in nobiſmetipſis tota reſidet: qui cū ſciamus, quid factu ſit optimū eoq; nos leges & patrū decreta vocēt, neſcio quo tamē modo malumus in eos qui rēp gerāt culpā omnē ſemper trāsferre, q̄ vel noſtram ipſi quādoq; agnoſcere, vel etiā legibus ipſis parere. Illud quidē ſane inficiabitur nemo aliquāto eſſe adhuc tolerabiliores eorū mores, quorum nūc in poteſtate ſunt omnia, q̄ noſtra ipſorū hodie vita mereatur. Nec enim dubiū eſt nos multis noſtris peccatis in hūc Reip. noctē iā pridē incidiſſe. Sed quid vitijs noſtris molliore oratione blādior? ipſi nos, ipſi ſcilicet vel ābitione, vel cōmodo, vel alia quauis cupiditate noſtra ducti, principes ſua ſpōte haud ita malos, vel etiā omnino bonos ad hoc genus vitę ſolicitamus, dū eos modo inter ſe cōmtttimus modo in priuatos concitamus, modo obiecto falſę gloriæ ſplendore deprauamus. Quid multa? ſtet in ſtatione quam quiſq; ſortitus ſit, & in vigilia ſua pars ciuium optima: ſtatim fungentur officio vel inuiti ſuo, & magiſtratus omnes & Reip. principes omēs. Neq; vero hęc a me perinde dicuntur, quaſi principum flagitia priuatorum ſcelere excuſata eſſe velim. ſcio enim quantū ii cęteris omni virtutis genere preſtare debeant, qui omnibus imperant: ſed vt iſta labes hominū, omnia omniū delicta in

ſolos principes tam acerbe conferentium, in ſeſe aliquãdo ipſi deſcẽdãt,atq; profligatę reip. cauſas tum ſibi, tum ſui ſimilibus magna ex parte acceptas,referendas eſſe cognoſcant. Sedentes ne igitur, & per ociũ, tam perditorum temporum curſus ſpectabimus? Minime nos quidem,ſed huic tanto malo pro ſe quiſq; ſtudioſe opitulabimur. Quonã iſtuc modo? Non ſeditioſis quidẽ concionibus tumultus excitãdo,non exitioſis ſcriptis bonos territãdo, non improbis ſeceſſionibus ſpem ſceleratis oſtẽdẽdo,non frameis & gladijs fidem de foro,ius de tribunalibus,authoritatẽ de rep. auferẽdo,nõ eo deniq; auxilij genere,qđ ipſo morbo multo ſit grauius atq; perniciosius,huic peſti ſuccurremus:ſed ijs plane remedijs quibus Benedictus,Frãciſcus,Dominicus,Bernardus,ac cęteri ampliſſimi:perſuaſioniſq; noſtrę amãtiſſimi viri,ſuis quiſq; temporibus labenti atq; inclinatæ Reip. opem ferendam ſapienter iudicarunt. Quibuſnã iſtis? precibus,lachrymis,ieiuniis ſumma totius vitæ innocentia a Chriſto Opt. Max. ſuppliciter cõtẽdẽdũ eſt, vt pro cuius Reip. ſalute ipſe ſe deuouẽdũ putarit,hãc ęgrotã ac prope depoſitã aliquãdo reſpiciat, eiuſq; principibus eã det mentem atq; facultatẽ vt quę ſuſtineant munera,ea ipſi rite atq; ordine tueantur & obeant. Nec interea tamen nobis ceſſandum arbitror,ſed quibus hominẽ Chriſtianum armis ſine ſuo ſcelere alij vim affer-

re licet, iis nimirum rem geri placet: hoc eſt, tum priuatim tũ publice cunctos ad leges ſeruandas admoneri, ad virtutem cohortari, ſtudioſe doceri, ſeuerius etiam interdum obiurgari, ſed ita vt vitia, nõ homines odiſſe videamur: atq; nos in primis tales præſtemus ipſi quales eſſe cęteros & cupimus & æquum cenſemus. Mutationem vero Reip. cuius & fundamẽta Chriſt⁹ ipſe iecerit, & ędificationi ſemper fauent pręſensq; numen eius adfuerit, me quidem authore molietur nemo, etiã vt vulgo in ea grauiter peccetur. Nullis eñ hoc opinor, legibus, nulla inſtitutione, vt ne qui peccent, hoc quidem tẽpore præſtare poſſis. Nam erunt vitia, vt quidem eſt in prouerbio, donec homines: vt vero nobis ſancte perſuaſum eſt, quoad iam ſeneſcẽte & ad exitũ tẽdente mundo, genus humanũ omne diuinitus reſipiſcat, & ad Chriſtum Opt. Max. vnum amandũ, colendum, venerãdum toto pectore incumbat. Interea ſi qui ſunt animo tam tenero, vt quę fiant neq; ferre, neq; videre, neq; etiam audire poſſint: licet abſtrudant ſe, vel in remotas aliquas, & ab omni arbitrio liberas, vel ſequãtur has ipſas quas in medijs ſpectam⁹ oppidis, cũ religioſis clauſas ſeptis, tum ab omni prophanorum hominum vſu vacuas ſolitudines, in quib⁹ viros bonos innumerabiles, & olim trãquillam ętatem egiſſe, & etiam nunc optimæ ſuæ mentis conſcientia fretos atq; beatos, cõſi

dere nõ ignoramus.Sit hęc igitur nobis quidem conſtituendę corrigendęq́ reip.Chriſtianæ adumbrata atq; informata ratio:quæ ipſa nec a diuinis p̃ceptis eſt aliena, & ſanctiſſimorum virorum exemplis multarũq́ ętatũ vſu cõprobata.Sed vt ad eum de quo nobis inſtituta eſt oratio redeam⁹: obſecro viri optimi, quale vobis ſpectaculum illud viſum eſt: cum Mart.Luterum inter perditos illos & ſceleſtos homines medium regio ſpiritu incedẽtẽ,atq; ex deſperata illa plebis fęce in concionem cenſorio ſupercilio conſcendentem intueremini? cũ vero eundẽ in reip. principes nominatim aperteq́ incurrentem,cum in virorũ ſanctiſſimorum memoriã petulãtiſſime perorantem, cũ tot ſummorum Pontificũ decreta,tot Pop. Chriſtiani ſcita furioſe & impie cõburentem, breuiter cum illum inflãmato ore, ardẽtibus oculis,Pont. Maximo ſacris interdicentẽ,Italiæ vaſtitatem,vrbi Romæ excidium crudeliter & immaniter minitãtẽ audiretis: venit ne vnq̃ nobis in mẽtẽ de Ieſu Chriſti conſeruatoris noſtri,& generis humani parentis pudore atq; patiẽtia quicq̃ cogitare? Qui cũ ea eſſet virtute ornat⁹,vt diuinitatis exẽpla ederet oĩbus admiranda:ea doctrina inſtructus vt doceret q̃ eſſẽt ad animorũ ſalutẽ immortalitatẽq́ optima:ea poteſtate præditus, vt poſſet non dubie omnia,nullũ tñ aduerſus ei⁹ ętatis principes inſolentius verbũ protulit,ac ne tũ quis

dem, cum ad ſeruile ſupplicium ab importu-
niſſimis hominibus indigniſſime raperetur,
quicq̃ queſtus eſt. Quid nihil eſſe queſtum eũ
dico, quẽ in crucẽ ipſam iã actũ, & omni adeo
cruciatus genere laceratum, eis ipſis qui illam
ſibi fixiſſent, bene precatum eſſe conſtet? Atq
nouus iſte noſter legum ſcriptor, ſe ad illius
vnius innocentiam & ſanctitatẽ vitæ ſuę ſta-
tũ omnẽ direxiſſe apd vos interim magnifice
gloriabatur. Eo quidẽ certe nomine cęteros ci
ues, etiã eos q iã olim de rep. Chriſtiana opti-
me ſunt meriti, faſtidit & aſpernat. Aſpernat
aũt? immo vero contumelioſſime vbiq; illos
exagitat & inſectatur. Anacletũ quidẽ, qui &
Romę Põtificatum ſummum geſſerit, & pro
Chriſti perſuaſione impij ferri crudelitatem
nõ dubitãter ſubierit: qua porcũ, qua beluã idẽ
tidẽ appellat. Iſidorum virũ religioſiſſimum,
& qd ante Luterũ nemo negauit, ſacrarũ lite-
rarũ peritiſſimum, nunq̃ fere niſi canẽ cogno
minat. Eum vero qui Leonis nomen ex Ro-
manis Pontificibus princeps ſecutus ſit, nec li
teris minus & eximię cuiuſdam doctrinę glo
ria q̃ ſingulari quadam morũ grauitate atq;
pietate floruerit, quaſi ambitioſum & vanum
vbiq; cõpellat. Bonauẽturã ex Frãciſci Aſſiſia
tis familia (at quem virum? plane diuinũ) tan-
q̃ nihili & ineptũ hominẽ paſſim deridet. In
Thomam vero Aquinatem virum ampliſſi-
mum, quo quidẽ ętas illa neq; doctius aliud tu

lit,neq; religioſius quicq̃ vidit,modo quaſi in preſtigiatorem & ſophiſtã ingreditur, modo tãq̃ in imperitæ multitudinis mancipiũ atq; vulgi adulatorem inuadit. ſed quid ſingulos colligo:quaſi aut melius iſta ipſe norim q̃ vos qui omnibus pene eius concionibus interfuiſtis:aut tantã illius in viros optimos atq; clariſſimos quorũq; virtutes iam conſecratæ ſint & in diuorum numero collocatę,feritatem,ſine ſũmo animi mei dolore cõmemorare poſſim?Sed tamen qualia vobis,per deũ immortalem,viſa ſunt cõuicia illa quę ex impuro il lo & ſacrilego ore in homines de rep. ita meritos euomerentur.Mihi quidẽ eadem modo legenti,eam orationis ſpeciẽ prębuerũt,vt non eius qui ſe hodie vnum omnium Chriſti ſtudioſiſſimum eſſe pręsaid dicet,verba mihi viderer agnoſcere:ſed barbaram potius & immanẽ in nomen Chriſtianũ graſſantis, vel Celſi cuiuſdam,vel Porphyrij,vel Mahumetis ipſius vocẽ exaudire.Ne hic eos a me probari exiſtimetis,qui vnũ vel Io.Scotum,vel Thomã Aquinatẽ ſemper in manibus habeãt, ament,dilaudẽt.Paulũ vero Tarſenſem atq; quatuor illos chriſtianarũ rerũ authores religioſiſſimos,aut penitus ignorent, aut quaſi non ſatis exquiſitos in diſputando atq; accuratos Theologos neglígẽtius legant aut etiã aſpernẽtur. Nam ſiqua vnq̃ in re mihi Luterꝰ minime viſus eſt deſipere,in eo eſt certe,q̃ hoc ipſum hominũ

genus acrius a ſe & ſępius obiurgatū eſſe vo-
luerit. Verū non iccirco neq; Scotū neq; Tho-
mā neq; illius ordinis cæteros quaſi teterrimi
alicuius ſceleris reos ppetua oratione inſecta-
ri debuit, quos & ſumma vitæ integritate, &
admirabili quadā diuinarū humanarūq; rerū
cognitiōe optimi cuiuſq; iudicio cōmēdatos
eſſe non ignoraret. Neq; vero ſum rerū huma
narū tam rudis, quin ſciam eos, quos quaſi di
uinis quibuſdam & artibus inſtructos & mori
bus ornatos admiramur, hoīes tamen fuiſſe:
hoc eſt tales, qui potuerint tū aliquid neſcire:
(nā qui etiā facile ſummā doctrinę laudē ſunt
cōſecuti, multa ſciuerūt, non oīa) tū a ſumma
illa recte viuēdi rōne nonnunq̄ aberrare, vni
eñi adhuc Ieſu Chriſto virtus pfecta ppetuaq;
cōtigit. ſed illud itē certo ſcio, cū pbi eſſe exiſti
matoris, & in cenſendis magnorū virorū inge
niis haudquaq̄ iniqui, vitia pēſare virtutib⁹:
tum vbi maior vitę atq; ingenii pars ſteterit,
eo nos animi noſtri iudiciū atq; ſententiā oēm
īgenue ac liberaliter cōferre oportere. A qua
qdē recte exiſtimādi ęqtate q̄ longe Mart. Lu
terus abfuerit, illud vobis ſatis indicarit, q
in oēs fere ſacros ſcriptores, ſed in hos potiſſi-
mū quaſi minorū gentiū perſuaſionis noſtræ
interpretes furēter inuectus, alios indoctos &
ineptos, alios nugas & barbaros, alios ſcenicos
& poeticos, alios impoſtores & impios, alios bel-
luas, canes, porcos, aſinos vocitarit, atque his-

etiā multofœdioribus ſexcentis vocabulis ſi-
bi in perpetuum notandos deſigendosq́ du-
xerit. Eſto nullā illi politioris hūanitatis par-
tē attigerint, nullā rerū externarū memoriam
tenuerint, nullos tēporū ordines, nullos ętatū
gradus cognouerint, deniq; literas quidā pla-
ne neſcierit: iuſta ne tamē ea tādē ſit cauſa, vt
homines ſanctiſſimi, & quod cōſtat e diſciplina
Chriſtiana doctiſſimi: quid deliquerūt, non in
religione, nō in Rep. peccarūt, ſed in leuiorū tā
tūmodo ſtudiorū cognitione rudes extiterūt:
ab iſto neſcio quo cōtumelioſiſſimis nominib⁹
petulātiſſime diuexētur? Et miratur adhuc qſ
q̄ veſtrū Luterū apud bonos omneis male au
dire, q tā maledicus ſit: vel ab ijs ferreū ipſius
os graue interdū cōuicio verberari, q ſibi ppe-
tuā iuſtāq; pro tātorū virorū ornamētis ppu-
gnationē ſuſcepere aduerſus eū hominē q oīs
humanitatis oblitus neq; ſacrę mortuorū me
morię vnq̄ pepercit, neq; qcq̄ habeat delibera
tius q̄ in eorū ſtudia, literas, vitā cōtumelioſe
increpādo, omniū nomini vel ppetuas tene-
bras offundere, vel ad poſteros infame id & no
tatū trāſmittere. Sed alio prorſus, alio at q; tu
ſperes, hō amētiſſime exitu res tota cōcludet.
Nā & illi quā adhuc apd oēs mortales dignita-
tis virtutiſq; ſuę gloriā obtinuerūt, eā apd oēm
quoq; poſteritatē auguſtiſſimorū monumētorū
ſuorū religiōe facile tuebūt: & tu, qd vnū potiſſi
mū ppoſtere ambis, quoq; vt potiare oīa diuīa

& humana iura peruertis, aſſequere qdē illud, & fortaſſe viues: ſed in pœnā, mihi crede, & in ignominiā nobilitatus viues, non ſane aliter ſcelere tuo ſempiternę hominū memorię cō-mendatus, ac Iudę perfidia, Arrij inſania, Dioſcori arrogantia, cęterorūq́ȝ ſeditioſorum impietas hodie cōmemorat, & ab optimo quoq́ȝ deteſtata vulgo etiā execratur. Vos aūt ne hęc a me acriore vllo in hominē odio aſperius dici exiſtimetis, quo etſi digniſſimus is eſt oīno qui non modo aperte, verum etiā gratis libenterq́ȝ cum Rep. ſuſceptū bellū impie gerat: tñ ita Chriſtū propitiū ipſe habeam, voſq́ȝ ſaluos videā oēs, vt eū quoq́ȝ ſaluū & incolumē nobiſcū eſſe iāpridē ſtudui & etiā nūc exopto. Atqui Reip. deeſſe nō poſſum, cui tā ſum amicus q̄ qui maxime, neq́ȝ vos ab iſta mēte deducere niſi fontes ſceleratiſſimi eius conſilij aperiā, & qualis is ſit, quo duce a recta religionis via in Huſſianorū ſectā aberraſtis, vobis hic planū faciā: idq́ȝ paulo q̄ velim nōnūq̄ ſeuerius, ne nos videlicet cauſę noſtrę parū confidere exiſtimetis, ſi cū hoſte multo leuius q̄ ille cum ciuib⁹ ſuis egerit, ſemper agere videamur. Sic.n. vos ab eo perſuaſos eſſe audio, vt quiſq́ȝ ſentiat optie, ita improbos inſectari acerbiſſime. Qua qdē ratiōe etſi in neminē iuſtius q̄ in illū ipſū q hāc legē tulerit, eāq́ȝ cōtumelioſiſſimis ſuis etiā ſcriptis ſanciuerit, inuehi nos & declamare oporteat: tñ erit apud me antiqus qd vel cau-

ſæ noſtræ dignitas poſtulet, vel etiam hoc in genere natura mea ferat,q̃ quid petulãtia ei⁹ atq; odioſa pueritas mereatur:niſi ſiquãdo for taſſe importuna eius audacia victus atq; expu gnatus,ab hac animi ęquitate deijciar. Quod ſicubi caſu aliquando contigerit,par erit,opi nor, vt iuſto meo dolori ignoſcatur: nec ego me indigna dicere exiſtimer, cum illo digna quædam dicere interdum videbor, qui me eo neceſſitatis pertraxerit,vt modeſtiam meã ſi ne ſumma prçuaricationis ſuſpiciõe tueri nõ potuerim. Quare vos ne in ea quidẽ opinione diutius errare patiar,vt eum ſi non ſatis neq; prudentem,neq; in ſcribendo moderatum,bo num ſaltem virum & frugi eſſe arbitremini, quem quaſi continentẽ & integrum hominẽ nonnulli vulgo cõmendare non deſinũt. Ego enim ſi quem ea integritate prçditum eſſe cer to ſciam,vt nullis auaritię ſordibus capiatur, ea grauitate & pudore ſeptũ, vt omnes corpo ris voluptates ſeuere excludat: laudem quidẽ iis nominibus hominẽ, ſed non propterea ta men eum eſſe virum frugi continuo iudicem. Maius eſt omnino & ſplẽdidius probitatis no men,q̃ vt duabus hiſce virtutibus amplitudi nẽ ſuam tueri poſſit. Atq; vt hic omittã q̃q; incertũ ſit id,de quo eũ vno iſti dilaudãt(neq; .n.ea res cuiq̃ explorata eſſe q̃at)quẽq; abſtinẽ tia iſta in illo virtutũ choro locũ obtineat (ob tinet enim,credo,infimũ):bonũ eum tu mihi

iuſtūq; hominem appellas,qui cæteros præ ſe impotenter aſpernetur?qui meliores calūnietur?qui defunctorū innocentiam inſectetur? qui odio ęſtuās,iracundia ardēs, in cōtumeliā precepsferatur?quē perfidia inſidioſum,leuitas ſeditioſum reddiderit,quē cęca vel dominādi,vel nominis ſui in honorē adducēdi cupiditas ad legum reiq; publicę interitum ſtimulet ac propellat? Omnibus neceſſe eſt omnib⁹ nō vno aut altero vitio careat is qui ſe frugi & bonū virum hac in rep.& dici & eſſe cupiat.Neminem ſuperbe contemnat, neminē falſo criminetur,non in alterius exitium iracūdius incurrat,non inimicitias libēter gerat,datam fidem ſancte pręſtet,ſacram mortuorum memoriā religioſe colat, humanitatē & beneuolētia quoad eius fieri poteſt,cōplectatur omnes,poſtremo nihil ciuium ſuorū pace atq; cōcordia ſibi ducat antiquius.Hęc qui faciat, etiā ſi aut ad rē paulo videatur auidior, aut a voluptatibus interdum non alienior,poſſit fortaſſe vir bonus dici,atq; id ipſum tn̄ vulgi adhuc & populari tantū opinione, non itē ex perſuaſionis chriſtianæ formula atq; ſentētia:ad cuius quidem præſcriptā viuendi religionē ſiquis Martini Luteri actam vitam & facta nunc dirigat, quiduis certe potius q̄ e religione chriſtianus eſſe reperietur. Quid enim tā alienū ab hominis chriſtiani inſtituto,atq; prę gloria potētia ve ſua chriſtianę reip.ſtatū nō modo ſeditioſis

cõcionib⁹ & famoſis libellis, ſed barbaricis etiã minis & armorũ terrore oppugnare? Neq; enĩ ignota ſunt q̃ ille de cogendo impiorum exercitu molitus ſit, quę de ijs omnib⁹ qui a ſe in rep. diſſentirẽt, conſilia inierit: quæ etſi in eum ipſum eiuſq; ſectatores ſtatim non vertiſſent, ſunt ea nihilominus tamẽ eiuſmodi, vt eum eſſe mente minime omniũ chriſtiana, fidẽ vobis aperte facere iam tum potuerit. Age verò ſenſerit ipſe de rep. vnus ex omnibus optime; qui quidem omniũ iudicio ſentiebat peſſime: num plus tamen hominẽ modeſtũ, & ciuilis officij non ignarũ, q̃ nobis probare poterat, cõtendere oportuit? Neq; enĩ ſi reſp. priuatos aliquot, quos ipſa ꝑſuadendo regere nõ queat, poteſt ſuo iure cogere: iccirco paucis liceat, cũ perſuaderi populũ poſſe diffidãt, vim reip. atq; bellũ ciuib⁹ ſuis inferre? Eadẽ eſt enim, ſi forte admonendi eſtis, patrię in ciueis, q̃ patris in liberos poteſtas. neq; ſane magis priuato cuiq̃ reipub. arma intẽtare fas eſt, q̃ filio ius, parẽti manus vlla rõne afferẽdi. Vnã porro eſſe Chriſtianis omnib⁹ cõmunem & patriam & ciuitatẽ & remp. quę nos ſacris illis liquoribus delibutos atq; ꝑfuſos exceperit, quæ ſalutareis initiatis leges, ad quarum præſcriptũ viueremus, deſcripſerit, neminẽ veſtrũ dubitare arbitror, haud profectò magis q̃ de eo bonorum quenquam ambigere, ſiquem vnq̃, Martinum certe Luterũ hodie in ſeditioſis & ꝑditis ciuibus, ſi modo

iſtiuſmodi homines ciues appellãdi ſunt,oīno numerandum atq; habendũ eſſe, qui compoſita iam olim legib⁹ & conſtituta Patrum decretis rep.omnia per vim & oppreſſionẽ turbare,miſcere,euertere tentarit. Atqui neq; eo magis vir bonus exiſtimandus eſt,ꝙ nullum ei⁹ certum præterea ſceleris crimẽ in priuatũ aliquẽ hic a me proferatur. Nam neq; ad accuſandum hominem huc deſcẽdi,niſi quatenus vos a vera religione ad ipſię iſtius ſentẽtię opinionem abſtraxit:neq; qualis in quotidiano & domeſtico eſſet vſu,mihi magnope quærẽdũ putaui,qui qualis in communi vitę cõſuetudine & in rep.eſſet viderem.neq; vero ſiquid crudeliter,libidinoſe,fraudulẽterve priuatim eum cõmiſiſſe alicunde reſciſſem,id quoq; mihi cõmemorãdum hic ducerem:qui cum vos non aliter ab iſta ſentẽtia deduci poſſe videã, niſi ſceleſtum hominis animũ hic patefaciã, tamẽ inuitus illius in vos remq; publicam & fraudes & crudelitatẽ attingam,mihi plane interim conſcius & q̃ ob eas res intimis ſenſib⁹ angar,& q̃ nõ libenter in hominẽ qui ſe Chriſtianũ eſſe affirmet,quãtũuis iuſta de cauſa dicã.Quare tãtũ habetote,alijs inflãmari cupiditatibus vulgi animos,aliis ambitioſorũ mẽtes hominũ facib⁹ incẽdi. Ab ijs qui inanis modo laudis opinioni & regno ſuo ſeruiunt,plæbeia iſta & popularia vitia oīa aſtute cõpeſci,vt etiã cũ maxime fallãt,boni viri habeant. Ab illis

quos nulla neq; principatus neq; ꝓpagãdi nominis ſui cura tãgat, pręſentem modo & refor midari pœnã, & cõſectari voluptatẽ. A cꝑfecto humilioris atq; ãguſtioris eſt animi, vllo vel ſordidę pecun:ę, vel effœminatę voluptatis ſtu dio teneri: eius aũt q vulgi ſermonibus ſit de ditus. viliora iſta cõtemnere, aut certe diſſimu lare, dũ ſumma multitudinis admiratiõe am pliſſimũ nomẽ cõſecut⁹, id etiã aliqñ aſſequa tur, vt omni imperio & honore dign⁹ tãdẽ iu dicetur. Qꝛ porro ſe Mart. Luterus hæc oĩa quæ faciat. reip. cauſa facere dictitat: Primum qs ei hoc ipſum credat, quẽ priuato cõſilio tã multa aduerſus bonorũ omniũ cõſenſum tur bulẽte miſcere videam⁹? Deinde vt etiã ex ſa cris literis aliqd efferat, vel poti⁹ ad cauſę ſuæ cõmodum ex iis aliquid detorqueat, quocona tus ſuos quaſi diuinos nobis ꝓbet: ecquẽ vnq̃ ſeditioſũ tã ſtulte arrogantẽ fuiſſe putatis, qn & e religione ea eſſe affirmarit, qb⁹ ſibi ad res nouas viã muniret, & actionib⁹ ſuis diuinorũ in primis librorũ authoritatẽ prętẽderit? Nã qua tãdẽ ad ꝑturbãdã rẽp. fidutia acceſſiſſent, niſi ea a ſe afferri cõfirmaſſent, q̃ cũ eſſent oĩ bus vtiliſſima, tũ vero diuinis ꝓceptis tradita, atq; vel Petri vel Pauli, vel alicui⁹ de duodeci illis Chriſti legatis authoritate iã olim cõpro bata? At ea eſt Mart. Luterus tũ itegritate tũ cõtinẽtia, vt iis nominib⁹ apd populares ſuos bene in primis audiat, Quid? quaſi vero factio

ſorũ queñ tã profligatis moribus vnq̃ fuiſſe exiſtimetis, vt nulla omnino aliquarũ virtutũ vel expreſſa vel adumbrata ſigna habuerit? Nã quid Manicheo, qd Apollinari, quid Macedonio, qd Porphyrio, quid Nouatiano obiectũ putemus? Auaritiam ne, an impudicitiã? Neutrum certe, cum eos ne leuiſſima quidẽ huiuſmodi vitiorũ ſuſpicio attingeret, & ſancta rectisq́; ſtudijs dedita vita vulgo etiam cõmẽdaret. Nullum igitur criminandæ vitæ ſuę locũ reliquerunt? Nullũ omnino, quod quidem memorię ꝓditũ ſit: ſed cauſæ damnandę ſuę occaſiones dederunt plurimas, atq; ea vna re dãnati ſunt, etiã ab ijs, apud quos in morib⁹ diu fuiſſent. Quid ita? q̀ impiam ipſorum mẽtem & ſuperbam, contra totius reip. conſenſum, pui caciam omi priuato crimine grauiorem ducerẽt. Quo pacto? quia peruulgata & quotidiana iſta delicta: etſi diligenter vindicãda eſſent, tñ vel ipetu plurimũ cõmitterent, vel ad paucos omino venirẽt, vel ſuos etiã tantũ ſequerẽtur authores. Quid tũ? leui⁹ id eſſe rati ſunt maleficiũ, quo pauci temere, q̃ quo multi de induſtria grauiſſime læderent. Eos aũt q de deo, de religiõe, de rep. male palã ſentirẽt, nõ tã priuatis aliqb⁹ aduerſari q̃ cũ ſuperis ipſis bellũ impie gerere, tũ etiã imperitę multitudinis animos ad eandẽ ſectandã impietatẽ, euertendãq́; religionẽ nefarie ſollicitare. Quo id tãdẽ illos modo? tũ probabili ſcilicet diſputationũ ſuarũ

ratione,tũ vero magis aliqua probitatis virtũ tisq; opinione.Nunq̃ enim pronior eſt religio nis lapſus,q̃ vbi quis magna religionis doctri neq; fama impię rei ſanctitatis pondus & eru‑ ditionis authoritatem afferre videatur.Eadem eſt igitur nimirum Mart.Luteri cauſa,q̃q̃ illis iure quidẽ optimo dãnatis, inſignẽ omnino facio iiuriã,qui eos huic peſti atq; labi nũc cõ ferã. Quid enim in illis? vel pręter ſanã mẽtẽ quiſq̃ deſiderauit,vel pręter pertinaciã graui⁹ aliud accuſauit? cũ nihil iſte interim cũ eorũ ornamẽtis atq; laudibus cõmune habeat, per tinaciã tãtũ & ſeditioſę eorum mẽtis ſenſum imitetur.ita tamen vt illorũ ſinguli,alijs atq; alijs tẽporibus, vnũ quiddã,id tũ,cũ nondum reip.ratio plane cõſtituta eſſet,obſtinatius tu‑ tati ſint:iſte quicquid vnq̃ a quouis in religio nẽ excogitatũ ſit ac reip.ipſius iudicio palã da mnatũ,hoc tpe cõtumaciter & petulãter de‑ fendat.Breuiter cũ illorũ cauſę pręter cauſam fuerit pene nihil,huic aũt hodie pręter illã la‑ tronũ manũ nihil omnino adſit:eatenus illis cõparatus exiſtimetur,vt ſi nõ aliã ob cauſam iccirco quidẽ certe vir bonus neq; eſſe neq; di‑ ci poſſe intelligatur, q˒ ſuperba tũ mẽte tum oratione Po.Chriſtiani iudiciũ nõ modo ludi brio habuerit,ſed ſe etiã illd vi & armis,qñ ali ter nõ poſſet,correcturũ ꝑnũciarit.Neminẽ.n. veſtrũ latere puto,quidnã Põt. Maximo reſpõ derit hũaniſſime ꝑ legatos ſuos monẽti, vt ſi

q̄d vel in quo de religione addubitaret, vel q̄d reip. ſtatui conducere arbitraretur haberet, id ne in vltimis apud imperitā plebē terris ſeditioſe iactaret, ſed Romę in ipſa hominū luce, in ampliſſimi collegij vel potiꝰ in ipſius reip. ſacrario religioſe exponeret: fidē publicā ſi poſtularet ſe hāc ei bona fide daturū: pecuniā in viaticū ſi peteret, hāc quoq; ei ſe liberaliter curaturū. Hic ergo vos iudices ipſos plane cōſtituo, credo, fuerit ne hominis Chriſtiani, mitto nō parere, verū ad ea ſic reſpōdere, vt diceret ſe nō ſolū ſummo Pōtifici dicto audiētē nō futurū (q̄d certe ipſū, cuiuſmodi eſſe dicemꝰ?) ſed cū ſibi videret cōmodū ſe ad euertēdā eius tyrānidē cū maximis gregaliū operarūq; ſuarū copijs Romā vēturū. Quid ꝙ Cęsari Senatuiq; ad ociū & ad pacē eū comiter adhortātibꝰ, cōtumaciter ob os & impie gladiatorioq; animo reſpōdit: ac plane prę ſe tulit, geſtire ſe, ꝙ diſcordiarū & armorū author generi humano eſſet; idq; ſe Chriſti exēplo facere hō religioſiſſimus ibidē predicauit. Peride vero cū Chriſtꝰ bellū a ſe nō ociū terris allatū diceret, terrarū noīe barbaros & om̄eis a vera pietate alienos hoies nō ſignificaret quos aduerſus pſuaſionis chriſtianę religionē nefariū & iexpiabile bellū ſtatī geſturos eſſe p̄uiderat. Suę certe diſciplinę alumnos, atq; eos ipos chriſtianę religiōis āntiſtites mox futuros etiā tū, cū i cœlū ſeſe ipſe iā reciperet, ſumma illa oratiōe nulliꝰ rei diligētiꝰad-

monēdos putauit,q̄ vt pacē mutuã́q; inter ſe charitatē colerēt,atq; earũ rerũ cura nihil antiquꝰ vnq̄ haberēt. Hic vero q ſe hodie vnũ Chriſti Opt.Max. ęmulũ & diuinũ ſacrorũ librorũ interpretē,quaſíq; Eſdrã adeo Paulũ alterũ eſſe glorietur: nõ Turcarũ,nõ Arabũ, non Perſarũ, nõ cęterorũ itē barbarorũ, quos etiã armis noſtri vexari fas eſſe neget,ſed Chriſtianorũ plane omniũ, ſed Pont. in primis Max. ſed Senatus atq; Cęſaris etiã ipſius religioſiſſimi principis hoſtē ſe aperte profitetur. Quod cũ ita ſit,& ſe talē Luterus etiam aduerſus eos geſſerit,quibus ſemel po.Chriſtianus, ac potiꝰ deus Opt.Max.ne quid reſp.detrimēti acciperet,negociũ dedit : nemini iã,puto,mirũ videri debet eũ ab altero,qui põtificio iure in impios vteretur,quaſi male de religione ſentientē, vel potius cõtra eã multa machinantē,ex ſacra hominũ cõmunitate exterminatũ eſſe:ab altero qui rēp. armis tueretur,etiã maieſtatis dãnatũ,& in hoſtiũ proſcriptorũq; numero habitũ.Quid enim illi facias,aut quę nobis cũ eo homine ſocietas iã eſſe poſſit, qui nec legibus obtēperet,nec magiſtratibus pareat,nec melioribus morē gerat, nec quicq̄ magis q̄ ciuium ſuorũ ociũ & pacē metuat?qui deníq; ad excitãdos Pop.Chriſtiano funeſtos tumultus,oēm ingenij ſui vim atq; impetũ conto rqueat?Profecto vti petitiores medici ea membra ſtatim vel adurere vel ãputare ſolēt,q̄ ipſa cũ putribꝰ

corrupta ſint vlceribus,etiam integris corpoꝛis partibus vitium & labem afferũt:ſic iſtiuſmodi hominum peſtes,quauis ratione a communi tanq̃ humanitate corporis reſecandas eſſe ſapientiſſimus quiſq; ſemper iudicauit.Verum non id a nobis hic agitur,Martinum Luterum dici quem conueniat,quo ve effici tandem ſupplicio ſit æquum:id enim nec dubium eſt,& legibus,opinor,ſatis definitum:ſed num in eo tanta eluceſcant virtutum ornamenta, vt ipſius vnius ſententiam totius reip. authoritati a vobis antelatam eſſe oportuerit. Atqui duas tantum, atq; illas ipſas eiuſmodi vt ijs caruiſſe omnino ſit turpius, q̃ eas habere præclarum in eo nonnulli virtutes admirantur nimirum ignari q̃ iſtæ illi cum multis hodie ſint communes, quot tamen præ Lutero ſuo contemnant omnes,nec in eo ipſo ſatis exploratæ,in quo tamen ex tanto virtutum numero ſolæ, tam ambitioſe laudentur. Quis enim ſe vel pudicitiæ vel integritatis eius periculum diligenter feciſſe, affirmare audeat? Neq; enim facile id eſt, neq; ſemel & iterum, neq; modicis in rebus iſtiuſmodi hominum animos tentaſſe ſatis eſt.Multos annos in magna occulte peccandi tum facultate,tum,licentia,innocenter vixerit,opus eſt is,quem mihi ſingulari vel pecuniarum vel voluptatum cõtemptu cõmẽdatũ eſſe cupias. Nec enim cuiq̃ qui aliquo ſit tractandarũ rerũ vſu, obſcurum

eſſe poteſt, quanta ſit humanæ vitæ vanitas, quanta etiam in pleriſque naturæ imbecillitas, vt ne poſſint quidem multi, aut etiam ſi velint peccare tamen audeant: quàm denique flexibilis ſit hominum ad ſuſtinendam omnẽ tum virtutum ſimulationem, tum vitiorum diſſimulationem, frons, oculi, vultus, oratio, ſiquis experiendo non ſatis cognouit, ſtudio quidem ac veterum certe volutandis monumentis didiciſſe potuit & pcepiſſe. Tametſi haud dum ipſe ſane video, vt opes iſtæ in minimis ponat, qui nulla de re, tãtas vbique tragœdias, q̃ de Pontificum auaritia cõcitet: quas quidem diuitias ſi tantopere contemnẽdas eſſe iudicat, cur apud populares ſuos hoc vnum tandem pene ſemper habet in ore, & magna voce queritur iam fere exhauſtam eſſe illorum ſordibus & flagitioſiſſimis nũdinis prouinciam vniuerſam? Nolo equidem cuiuſquam inſeruire auaritiæ: nec enim debeo, nec ſi vellem poſſem: ſed tamen neque quicquam ab inuitis exigi ſcio, neque ſatis mirari poſſum, haud paulo plura hac de re q̃ de cæteris ſacerdotum flagitijs ab eo verba fieri. Vobis id quid ſignificet, quidve de eo alij ſuſpicentur, neſcio. Ego quidem, eius qui pecuniam deſpiciendam omnem iudicet, eſſe puto, nec illam cuiquam omnino inuidere, nec eorum qui ea careant, vicem magnopere dolere. optare autem, vt locupletes fortunis

ſuis recte vtantur:pauperes ipſi,vti nequo ea rũ deſiderio vnq̃ teneant. Atq; vt ſemel quod ſentio hac de re dicam,mihi quidem pſuaſum eſt,nihilo fere turpius eam facere, qui cũ pau-pertatem profeſſus ſit, tamẽ alterius auaritiã ferre nõ queat,eo qui turpi pecunię ſtudio & ĩ finita lucri cupiditate palã ducatur. Sed ſit ſa ne mirus diuitiarũ cõtemptor Luterus, quas tñ ita ille aſpernatur,vt mendicitatis, nõ dico onus,ſed ne nomen quidẽ ipſum tolerare poſ ſit. Scitis enim quę de tollendis vel etiã e rep. Chriſtiana penitus exterminandis ſacris illis quatuor mendicorũ ſodalitatibus, cum ſæpe cõcionat⁹ ſit,tũ vero nuper ad Fabianum Fe-licem cõſcripſerit. Vt etiã in eorum peras atq; manticas petulanter ille quidẽ,ſed plane etiã frigide & inſulſe luſerit, nõ puto etiã nũc vos ignorare. Atqui bonorum omnium iudicio ſi quo in hominũ genere priſcę religionis & ſan ctitatis decus adhuc ſpectatur,in eorum profe cto quorũ ille ſportulas ipſa paupertate odit peius,ærũnis potiſſimũ & inſtitutis hodie ap-paret,atq; adeo eluceſcit. Verũ hac de re poſte-rius:aliud enim in alio de iſtius morib⁹ mihi dicẽdũ ſemper occurrit. Sit igitur eo ſane in-genio Luterus,vt omnes omnib⁹ opes libẽter cõcedat,ipſe mendicitatem ęquo & hilari ani mo vnus toleret. At eũdẽ eſſe hominẽ frugi, & quod iſti iactãt, rarũ qddã veteris parſimo-nię exẽplũ,mihi pſuadere qui poſſum, quẽ ex

voluptario Iouiniani inſtituto, nulla magis de re laborantē videam, q̃ vt a maioribus noſtris indicta ſtatis anni dieb⁹ atq; temporibus ieiunia, quaſi nō ferenda ſumptuarię alicuius legis decreta antiquentur: interdictus pariter quadrupedū & auiū in menſis vſus, omnibus omnino reſtituatur? Q; ſiquis hoc illi cū popularibus ſuis cōmune eſſe vitium cōtendat, quos natura vētri obœdiētiores finxerit: illud quidem plane ipſius fuerit propriū hoc tempore, q; ſacerdos cū ſit, & in Auguſtinianā ea lege ſodalitatē cooptatus, vt reliquum ætatis ab omni muliebri congreſſu alienus degeret, cœlibē tamen agere vitā vnus omniū apertiſſime hodie recuſet. Certe enim in ſacroſanctā Niceni concilij authoritatem, quā ipſe ſanctiſſimam eſſe perſæpe teſtat⁹ ſit, vel ob hoc vnū totus aliquando fertur, q; illius decreto ijs qui ad rem diuinam faciēdam cōſecrati eſſent, ducendę vxoris ius omnino denegaret. Sed hęc quoq; poſtea, vbi diſputatiōis eius rationes putabimus, tractabūtur a nobis accuratius: quæ mihi tamen hic quaſi in tranſcurſu leuiter attingenda exiſtimaui, vt cum domeſtica ei⁹ vita nihilo vobis q̃ mihi eēt exploratior (nemo enim veſtrū ipſo familiariter eſt vſus) ex præclaris eius ſentētijs atq; p̄ceptis, qualis ſit aut certe eſſe ſtudeat, homo antea obſcurus, & hac ſola repentina inſania nobilis magis q̃ adhuc plane notus, coniecturam facere poſſem⁹. Nā

ꝙ quidam etiam nunc nulla cũ obſcœna corporis voluptate capi inſolentius hic admirantur:doleo equidẽ iſtos de cupiditatis ſuæ turpitudine tam aperte fateri. Nemo em̃ in alio quicquam admodum admiratur,quod aut habeat ipſe,aut etiam ſe conſequi poſſe ſi paulũ conniti velit,non diffidat.Sed admirentur ſane, ſi cum turpi intemperantia flagrantem illum & in venerem pronum eſſe ſciant,tamẽ aliqua ſingularis continentiæ exẽpla ab eo edita proferre poſſint.Sin autẽ vel nihil eiuſmodi habent, deſinant nobis mẽdacijs ſuis velle imponere. Vel etiã ille infirma fortaſſe eſt valetudine imbecillus,vel honoris potẽtiæve cupiditate ſuę inflãmatus.neſciunt profecto neſciunt,neq; quid animi virtus a corporis vitio differat,neq; quãtam etiam ex inani virtutis laude voluptatẽ homines ambitioſi pcipiant. Etenim quemadmodũ libidini auaritiæq; deditũ animum, nullam omnino dignitatis rationem habere cõſtat:ſic vix vnq̃ fieri poteſt, vel nunq̃ potius fit,vt cuius mẽs tota in gloriæ cupiditate occupata ſit,eius ad obſcœnas corporis voluptates aut ad īfame pecunię ſtudium ſenſus facile detrahatur.Neq; vero hæc a me eo conſilio ita diſputantur, vt aut quęq̃ laudum ſuarum fructu coniecturis ſpoliari cupiam,aut duas iſtas puſillas Mart.Lutero virtutes inuideã.Non ſum tam iniqui, non tam ieiuni,non tã anguſti animi,qui bonã certe ei

mentem atq; omneis omnium generum virtutes optare nõ deſino: ſed eo ſcilicet hęc a nobis coarguũtur, ne inſidioſas aliquas & magno multis malo exitioq; tandẽ omnibus futuras, ei⁹ hominis laudes temere admittatis, in quo maximum cęterarum virtutum ſplendorem deſideretis. Sic enim ipſas inter ſe colligatas implicitasq;, & quaſi indiſſolubili quodã nexu euinctas eſſe virtutes audio, vt vnam earum qui habeat omneis habeat: vna qui careat, omnibus omnino careat: Vere an ſecus, nõ mihi magnopere hic diſquirendum arbitror: cũ de eo dubitare poſſit, nemo quin ab illis abſit omis vitę dignitas, omne virtutis decus, qui neq; ſocietatem hominũ ſancte tueatur, neq; veritatem rerũ perſpicere, ac rationem expedire queat: neq; eorum quæ fiant quęq; dicãtur ordinem & modũ teneat, neq; glorię imperijve cupiditate caſte moderari poſſit. Q; cum dico, an non vna, quę in Mart. Lutero requirantur virtutum iuſtrumenta, ea a me perſtringi cognoſcitis oĩa? Quis eñ in eo vel mediocrẽ prudentiam non deſideret, qui dũ ſibi nomen & imperium molitur, ſtultitia ſua tãtum ſibi, tantũ vobis malorũ contraxerit? quis nõ tẽperantiã quoq; & modeſtiã, qui in omnibus etiã mortuis acerbiſſime exagitandis ſit omnium mortaliũ longe intemperantiſſimus? At iuſtitiã quæ omnes vna virtutes ipſa cõtineat, nemo in eo deſiderarit. Credo equidẽ, q̃a vt ea iã

nulla ſit, dies ac noctes ille moliatur. Quid.n. eſt aliud res iudicatas infirmare, iudicia tollere, leges antiquare, dānatos reſtituere, ſacra prophanis communicare. eos quibus reſp. regēdā ſe commiſit, in ordinem cogere, omnia deniq; armis perturbare: niſi cuiq; ius ſuū non modo nō tribuere, ſed contra ius ac fas omne, id violēter auferre, & vnicuiq; crudeliter eripere? Talis ergo reliqua Mart. Luteri vita cum ſit, non ab re mihi ſuſpicari videor, ea quę a cōductis iſtis & emptis eius laudatoribus prędicātur, dici nullo modo poſſe: quę vero dici poſſint & debeant, ea omnino non dici & ſumma diligētia occultari. Nihil tu igitur eorū quæ de ſingulari ipſius continentia atq; opum deſpiciētia narrantur acceperis? Nihil dūtaxat vt has vna honeſtatis cauſa virtutes ab eo complecti exiſtimem. Nam quin ambitioſe deliciarum omnium & pecuniarum cupiditatem tegat, nihilq; verbo publice probet, quod non cū laude & dignitate ſit coniūctum: de eo nō modo non dubito, ſed ei etiam ad ea quę molitur cū primis neceſſariū eſſe iudico. Quis enim Chriſtianū ferat hominem pręſertim nouandarū rerum authorem, qui voluptate ſua vtilitateq; omnia metiatur? Seditioſus ante omnia oportet bellū diuitijs palam indicat, palam ab omni luxuria abhorreat, palā omne voluptatū genus defugiat, inceſſu tardior, amictu obſoletior, corpore incultior, ſupcilio triſtior, vocis

ſono,aut ſummiſſo lenior,aut contento atro-
cior,aut iclinato grauior,aut inflexo miſerabi
lior:mire.n.hęc ad pullatū ptinēt circulū.bre-
uiter hāc vnā ad vulgus nullo negocio capiē-
dū tenēdūq́ꝫ viā ſeditioſus habeat,vt ſe cū oia
Reip.cauſa facere dictitet, tū plębis cupidita-
tibus plurimū indulgeat,tum vero ſe ſanctiſſi
morū virorū inſtitutis deditū eſſe ſtudioſe dili
gēterq́ꝫ aſſimulet & fingat. Sic enim tū ipſe fi
dem imperitęmultitudini facillime fecerit.tū
niſi prudētiores melioresq́ꝫ primis eius conati
bus mature obſtiterint, ad extremum armis
quoqꝫ ad labefactādā Rēp.aperte aggredietur.
His em̄ certe pfectos initiis Arrianos,his Ma
nichęos ,his Donatianos in rēp.impetū olim
feciſſe accepimus,& Luterū ad pręſentē euertē
dū ciuitatis ſtatum graſſari videmus. Sed cū
de eo neminem veſtrū dubitare iam poſſe cōfi
dā,quin qui Mart.Lutero ſit moribus ſimilli-
mus,idē neqꝫ vir bonus ſit,neqꝫ a Chriſtianæ
diſciplinę pudore nō alieniſſimus:illud nihilo
minus tn̄ vereor:ne vos nullo grauiore ſcele-
re obſtrictos eſſe arbitremini,qꝫ eiꝰcōtra Rēp.
hominis,ſecuti ſitis partes,qui cū animi a ti-
tudine maxima ſit prędicus,tū vero doctrina
quadā ſingulari & eximia eruditione ornatus
eſſe videatur.Ego vero quęnam in iſto exiſtat
animi magnitudo,nō ſane diſpicio:niſi fortaſ-
ſe fortē virū vobis appellare libeat eū,qui va-
ſta & impotēti opiniōis ſuę perſuaſione ſubla-

tus,ſe plus vnũ q̃ vniuerſam rẽp.poſſe cupiat qui ius omne & fas extingat, omnes aſpernetur,nulli pareat, ne magiſtratibus quidẽ ipſis vllũ honorem habeat:deniq; qui nullum laborem recuſet, nullũ periculũ defugiat, quo vel perturbata,vel etiã oppreſſa rep.nomen ſuum immortalitati cõmẽdet. Q; ſi ita eſt,& hominẽ qui ſic omnes oĩaq; deſpiciat,quaſi magnũ & fortẽ virũ vobis pleno ore laudare permittitis, nihil plane afferetis,quãobrẽ non etiã inſignes latrones & tyrannos & prędones omneis & qcũq; vſq̃ vnq̃ fuerũt factioſos ciueis admiremini, quos elato cupidoq; ad maximas ſibi cõparandas opes animo,nihil nõ auſos fuiſſe, manifeſtius eſt q̃ vt id vobis hic a me demonſtrari neceſſe ſit.Nos cõtra excelſi atq; trãquilli ingenij virũ,eum demũ eſſe cẽſemus, qui cũ & libidinem pudore vicerit, & furorẽ ratione depulerit,tum neq; imperia appetat,neq; gloriã concupiſcat:qui fortuna cõtẽtus ſua quiete viuat,& quęcunq; caſum Deus tulerit,fortiter hunc atq; placate ſufferat.Eos aũt qui vel metu frãgantur,vel a cupiditate vincãtur,vel imperiũ pati nõ poſſint, vel etiã alia quauis ęgritudine perturbentur,lõge ab illa viri fortis cõſtãtia dignitateq; abeſſe iudicamus. Quorum quidem eſſe in cauſa & numero Mart. Luterũ, quis hic iam neget? primum qui tam timidus ſit,vt cum ſe & chriſtianę pietatis defenſionẽ vnũ ſuſcepiſſe glorietur,& de ſummo iter gre

gales ſuos mortis cōtemptu iactitet, nunq̄ tamen niſi aut accepta publica fide, aut militari illa manu ſtipat⁹, ſit auſus ex ea in quam ſeſe abdidit munitiſſima latronum arce, in publicū prodire, profecturus ſcilicet infrequentior, etiā in aliena præſidia ſolus & quocūq; vocaretur, niſi & cauſæ ſuæ diffideret, & ſcelerum ſuorū cōſciētia territus de ſe vehemēter timeret, & miſeram illam anxiamq́; & precariā vitam pluris q̄ omnes Chriſti rationes duceret. pro quibus rationib⁹, quas tamen ille quantum in ipſo eſt cōturbat, quoduis homini chriſtiano ſupplicium libenter eſſe ſubeūdum cum ipſe quoq; ꝯfiteatur: quidnā aliud ſuſpicari poſſumus, niſi nobis eſſe negociū cum eo hoīe qui ad maledicendū & cōuiciū ex tuto cuiuſ faciēdum ſit longe audaciſſimus, ad periculū aliqd vel pro Chriſti religione, cuius ſe cauſam agere mētitur, adeūdum multo timidiſſim⁹? Deinde cū diuinis mādatis perſæpe moneamur, cum vt eorū quorū ſum⁹ in poteſtate & tenemur imperio, rationē in primis habeamus, tū ſacrorū antiſtitib⁹ dicto audiētes vti ſimus? q̄ bene iſtum legibus parere credamus, q̄ ne imperio quidem vlli præclaris illis ſuis decretis locum relinquat, nimirū impunitatē ſibi, cæteriſq; coniuratis infinitam licentiam pollicitus, ſi qui tumultuantes ciueis pro poteſtate coerceāt, nulli oīno exiſtāt, hoc eſt ſi æquabili iure vtamur, vel inter nos poti⁹ ſine vllo ordi-

mum diſcrimine,ſine duce,ſine magiſtratu,ſi-
ne lege ferarũ more tumultuemur. O homi-
nẽ cautũ,& in conſtituẽda repub.prudẽtia ſin
gulari prẹditũ.Iam q̃ inuictũ aduerſus om̃es
cupiditates ſedatũq́ꝫ gerat animum,cũ ex con
cionib⁹ & ſcriptis, infandisq́ꝫ ipſius conuiciis
tum etiam hinc perſpicere poteſtis, ꝙ homo
vel monſtrum potius ex diuerſiſſimis ac in-
ter ſe maxime contrarijs vitijs conflatum,du
biũq́ꝫ maleficij magnitudine timidius, an in-
temperantia audacius, inani doctrinæ pſua-
ſione arrogantius,an ſordium ſuarũ conſcien
tia abiecti⁹,natura leuius,an opinione perui-
cacius,ſtultius deniq́ꝫ apud prudẽtes,an aſtu-
tius apud ſtultos:tam incredibili nominis ſui
nobilitandi cupiditate ardeat, vt quo aliquid
apud imperitam multitudinem eſſe videa-
tur,non dubitet conſtans & perpetuum gene
ris humani iudicium,prę opinionis ſui errore
faſtidioſe cõtemnere,in ſanctam eruditorum
omniũ virorũ conſpirationem petulanter in
uadere,deniq́ꝫ mortuos & viuos prę ſe omnes
inſcitię vecordiæq́ꝫ acerbiſſimis verbis conde-
mnare.Nã vt dominãdi libidine tã multa tur
bet,mihi equidẽ perſuadere interdũ vix poſ-
ſum,prẹſertim cum vel tot firma reip.præſi-
dia,vel extremã poſtremi hominis i ſummis
vitę ac fortunę ſordibus conditionẽ atq́ꝫ cau-
ſam conſidero. Rurſus cum vel minaces eius
cõciones lego,vel inita de inferẽdo Italię bello

conſilia audio,vel numeroſam illã quaſiq́; prę
toriam impiorũ cohortẽ,atq; hominis ipſius
amentiã furoremq́; mihi propono,qui neque
in diſceptationẽ deſcẽdere,neq; cauſam dice-
re,neq; publico vllo aut legitimo iure ſecum
agi velit, & oẽm cęcę mentis impetũ ad euer
tendam hũc reip.ſtatum,contulerit:facile nõ
nũq̃ in eam opinionem adducor, vt id quoq;
illi deliberatum a pricipio decretumq́; fuiſſe
exiſtimẽ. Labefactata enim rep.quẽnam aliũ
potius rerum potiturum ſperare debuit,niſi
eum qui priorem ciuitatis ſtatũ euertiſſet.ſeq;
perditę plebi aduerſus optimates ducẽ auda-
ciſſimũ ſemper prębuiſſet?Et quiſq̃ hunc aut
optandũ nobis principem iudicat,aut bonum
& fortem virum mihi adhuc appellat,qui iu-
ſti atq; excelſi animi ne vmbram quidẽ vnq̃
viderit?qui nos primũ quaſi vulpecula fallaciſ-
ſima fraudibus & inſidijs ſuis circũuenire ten-
tarit: deinde etiã truculenta criſtati draconis
ſpecie territos frãgere conat⁹ ſit? qui paci atq;
ocio inimicus ad agẽdã, rapiẽdam remp.cum
ſceleratiſſimis latronibus ſocietatẽ coierit?qui
gẽtes feras armatas ad delẽdã pulcherrimã, &
eam certe vnde oĩs ad nos humanitas,oĩs re-
ligio profecta ſit,orbis terræ partem adducere
cogitarit? q hominis Chriſtiani fortitudinẽ
nõ parẽdi facilitate,nõ clementia, non beneuo-
lentia,ſed cõtumacia,odio,vindicta,maleuolẽ
tia definiat? At q̃ hũc in reip.poſſeſſiõe tolera

bilem futurum fuiſſe putemus, qui priuat⁹ & inops tantam diſſimulare non potuerit inſolentiam & immanitatē? O nunq̃ ſatis intellectam vulgo Chriſtianę pietatis quietem, fortitudinis vim atq; ſimplicitatē. Ego illum nec in ſumma imperij licentia cōmodum fore ſperem, qui in hac tam tenui fortuna, intolerabili iam ſit ſuperbia? vel nunc iuſtum & magnanimū eſſe putē, qui magiſtratuū imperia ſuperbe detrectet? q ius omē de rep. Chriſtiana tollere conetur? cui ſint ignaui & puſillanimes quicunq; iniuriam patientia infringunt? longe autē ignauiſſimi, qui ita ipſi ſe vincant, vt plane Chriſtiana illa animi īductiōe, bene velint male viuentibus, bene precent male pręſtantibus, bene mereantur de male merētib⁹. O hominem, ſiquidem ita ſentit, amentem & miſerum: ſceleratū aūt & impiū, ſi cum nobiſcum ſentiat, ea tamen crudeli ambitione incitatus concionetur, ſcribat, edat, paret, meditetur, quę vel cogitaſſe non modo nō chriſtiani ſit hoīs, ſed efferati alicui⁹ & immanis barbari omnē humanitatē proculcantis. Furē ſcilicet & adulterū, quorū iniuria ad vni⁹ aut ad alterius famam remve perueniat, quaſi ſceleratos execrabimur, aut etiam vltimo dignos ſupplicio iudicabimus: eſt vero qui cum ſe Chriſtianū hominē numerari velit, tñ ſimul non populorum, tot gentiū, tot nationum non modo corporib⁹, quod ipſum per ſe intolerabile,

vertietiam animis peſtem & interitum machi neſ: qui funeſta iſta ſua face tũ iã ĩ Germania incẽdiũ excitarit: qui tanta audaciſſimo cuiq; propoſita ſeditionis materia, eandem inteſti no pernicioſoq; bello in ſeipſam iam armarit, quo authore tot iam viri boni, tot homines chriſtiani, tot adeo ſacerdotes ante ipſas Chri ſti Opt. Max. aras indigniſſime trucidati ſũt: hunc nos hominẽ caſtũ, hunc nos ſanctũ ap pellabimus? huius, ſi deo placet, pictam imagi nem, quaſi ille cœlo conſecratus iam ſit, radia to quoq; capite conſpicuam circũgeſtabimus? Quæ (malũ) amẽtia hæc eſt? Quã ego hanc dei iram eſſe dicam? vos hæc ſcitis, vos hæc vide tis, vos hæc cũ fierẽt, ipſi ſępe interfuiſtis, nec modo nulla adhuc ab eo inexpiabili religione obſtrictos vos putatis: ſed hominem tã nefa rium, tam dirũ, quaſi ad modeſtiſſimę & clemẽ tiſſimę illius Chriſtianę naturę laudẽ aſpira rit, diuino cultu etiã nũc veneramini? Quid? iſta ne ſanguinolẽta rabie Petrum & Paulum cœlo dicatos fuiſſe? iſtius ne modi feritate Io annẽ & Iacobũ eodẽ vocatos eſſe? tã ne cruẽta victorię palma innumerabileis illas tot ſan ctiſſimorũ, tot fortiſſimorum diuinæ ciuitatis militũ legiones aditum ſibi ad ſuperos cõpa raſſe credemus? Age facite multorũ in rep. pri cipũ intolerabiles eſſe mores: facite multorum etiam ciuium haudquaq̃ diſſimulanda eſſe fla gitia: nũ eorũ tamẽ odio, illa quã nobis Chri

ſtus,ſecuit,munit, patefecit, via deſerenda ſic fuit? immo adeo vt vera ſint quę dicitis,num illorum tamen imitandi fuere mores,quorum a vobis tolerari amplius poſſe vitia negabitis? Nam quod illis crudelitatem crimini interdum datis,ego vero hac nullos plane eorū in quęq vestrum adhuc vſus video:ſed ſi tamen in aliquem more maiorū ſeuerius animaduerſum eſt,iis ſuppliciis quæ a legibus proficiſcātur in eum,ſcio,& ob priuatum aliquod publicumve crimen a prophanis hominibus eſſe iudicatū. At vero Luteriani veſtri,quonam iure,qua lege,quo tandem Chriſtianę pietatis exēplo,tot ſacerdotes, ea ſola de cauſa, quod Luterianā ſectā non ſatis probare viderentur,inter ipſas Chriſti aras ſuis ipſi manibus crudeliſſime iugularūt,dicā,an mactauerūt. Quo iure inquā tot Chriſti ſacerdotes,quos ille & ſacroſanctos eſſe voluit, & delicias ſuas appellauit, iſti indicta cauſa ſuis ipſi manibus iugularūt,& immaniſſime mactauerunt? O cælū,o terra. ſed nō faciā, vt aut acerbiſſimū eorū interitū hic deplorem quos iā immortaleis & beatiſſimos eſſe iudico, aut ferinā eorū immanitatē hic deteſter,quos de poteſtate & mēte ſua Luteri cōcionibus exiſſe,& in rēp. immiſſos eſſe, mihi facile pſuadeo. Tātū vos admonitos velim.ne eū quaſi diuinū & fortē virū vobis cōmēdatū poſthac admiremini,q ſanguinarios iſtiuſmodi,atque ex vltima repetitos barbaria ſacrificādi ritus inſti-

tuat,& iã multis ſeculis ſalutari pſuaſionis noſtrę exortu funditus ſublatos,in Germaniam ipſam Galliãq́ꝫ & vniuerſum terræ orbẽ,quaſi poſtliminij iure quodã,reuocare conetur. Quòd ſi vera ſunt,quę audio,non ſacerdotes tum & innocentes,ſed ex prophano potiſſimum vulgo ſontes quidam homines immolabãtur,vt a Mart. Lutero veterem illam verę pietatis expertium immanitatem gentium,non ęquatã modo verum etiam longe ſuperatam eſſe videamus. Quòd ſi hęc ille in ſectatorum ſuorũ furorẽ atq́ꝫ crudelitatẽ trãsfundat,videte,quęſo, vel quænã ſit,eius hominis doctrinæ vis, qui quos a ſe ab omni ſuperſtitione ad verę pietatis cultum traductos eſſe glorietur,eoſdem tamen ea re impios eſſe & parricidas negare nõ poſſit:vel in quonam hominũ genere illic regnet, quod eundẽ tã efferatũ ſit & barbarũ, vt impiam & immanem ſuam crudelitatem,quã ne humana quidem ęquitate quiſq̃ tueri poſſit,ſanctiſſimę religionis loco ponat atq́ꝫ conſtituat. Quòd ſi(vt aiunt)ex diſcipulorum moribus atq́ꝫ eruditiõe,de doctoris ipſius vita & literis iudicium facere,aut certe coniecturã ducere poſſumus:licet ſane ex pręclaris iſtorum actiõibus & faces,de Mart. Luteri natura atq́ꝫ ingenio iudicemus,vel omnino qualis ſit cõiectura aſſequamur. Atqui taleis nũq̃ neq́ꝫ Chriſti ipſius,neq́ꝫ legatorũ eius,neq́ꝫ facile Benedicti,neq́ꝫ Auguſtini, neq́ꝫ Hieronymi, neque

Franciſci,neq; Dominici,neq; Bernardi familiares fuiſſe legimus. Sed nõ cogatur ſane ſuorũ culpam pręſtare Luterus,tametſi iſtos nũq̃ tantum facinus admiſſuros fuiſſe conſtet,niſi tumultuoſis illis cõcionibus in Reip. defenſores ab eo concitati extitiſſent. Sit etiã per me quidem omni alia virtute ornatus,ſit cõtinẽs ſit abſtinens: non repugno,modo ne quam in eo nonnulli ad cœlum laudibus efferũt,Chriſtiani animi fortitudinem,illi ineſſe vobis perſuadere ſinatis. Quam quidẽ certũ eſt, non in regerendis conuicijs, non in referẽda iniuria, non in elato contumacis animi ſpiritu,nõ in mortis omnibus vitandę modis conſilio conſiſtere:ſed in deſpiciẽtia ſui,ſed in ea potiſſimũ caſti animi probitate, quę voluntaria mentis demiſſione,atq; ingenuo quodã ac liberali pudore totam ſe diuinę poteſtati cõmendatã tradat,& pro Chriſti perſuaſione deuotam hoſtiũ minis atq; terroribus intrepidam obijciat.Hac itur ad æternã gloriam via:Hac proceres iere chriſtiani:Hac heroes noſtri omnes in cœlum peruenere: quorũ etiam iam vita defunctorũ gratia,& mortuos reuixiſſe,& cęcos oculorum vſum recepiſſe,& varijs ex morbis laborantes, furijsq; etiam exagitatos mortales multos poteſtati valetudiniq; ſuę reſtitutos eſſe exploratum habemus. Mart.autem Lutero num tale quicq̃ adhuc factum vidiſtis ipſi,aut ab alio etiam accepiſtis? Nũ exanimes ab eo ad vitã

reuocatos? Num mutorum linguas in ſermo nem reſolutas? Num ſurdorum aures ad audiē di vim patefactas? Num claudis liberam gra diendi datam facultatem? Num ijs qui omni bus membris capti eſſent, totius corporis fir mitatem? Num fanaticis ſuam mentem? Nū deniq; aliquod cœleſtis virtutis indicium vo bis edidit? Atqui aliquod ſaltem vnum diui ni ab eo numinis ſignū allatū eſſe oportuit, qui ſe contra publici concilij authoritatē, deo authore artes nouas moliri, atq; tāta iter Chri ſtianos ipſos diſcordiarum ſemina iacere dice ret: pręſertim cum nec vllam nobis legatiōis suę fidem faceret, & ea quæ in rep. ſequimur, a maioribus noſtris diuinitus inſtituta eſſe no bis religioſiſſime perſuaſum non neſciret. Ve rum fruſtra huiuſmodi quicq̄ ab eo exquiras, q ſit a voluntaria illa humilitate deuotioneq; alieniſſimus, & omnium qui vnq̄ fuerunt ſe ditioſorum hominum nō modo timidiſſim⁹, ſed etiā longe arrogātiſſimus. At qd illud eſt tādē, qd Luciferū de cęlo deiecit? ſupbia. Quid Mariā in cælū extulit? animi demiſſio. Quid Adamū & Euā ex illa ſacrorū hortorū amœ nitate exturbauit? q̄ dicto audiētes nō fuiſſēt. Quid Heliā & Moſen eo vn̄ illi deturbati eſ ſent poſtea euexit? q̄ diuinis mādatis ſemp pa ruiſſēt. Quid Chriſtū ipm ſūmi regis honore, ſummi iudicis poteſtate, ſummi dei noīe ador nauit? nēpe illa animi demiſſio, q̄ quidē omniū

virtutum ſit mater & altrix, vt omnium contra ſcelerum parẽs & nutrix ſuperbia. Videte igitur quęnã vobis Mart. Luterus caſti & humilis animi exempla adhuc dederit, qui cũ ſe hodie vnũ Chriſti virtutes recte imitari glorietur, eo tamen ſit ore atq; animo vt cũ omnibus ijs qui vſq̃ erga principes contumacia, erga pares faſtidio, erga humiliores cõtẽptu inſignes vnq̃ ſint habiti, de arrogãtię principatu ſumma contentione certare videatur. Sed cum ſatis multa de hominis moribus, nũc de ingenio & doctrina eius pauca ſunt dicẽda: in quibus quidem ita ille ſe iactat, vt vulgo pene perſuaſerit vnum ſe omnium vim religionis atq; Chriſtianę doctrinę ſcientiam tenere, qui de rebus tam obſcuris & abſtruſis tam ſubtiliter copioſeq; diſſerat. Perinde quaſi cęteros q ad perturbandam remp. acceſſerũt, neq; a natura, neq; ab literarum noſtrarum cognitione vllo inſtructos mõ fuiſſe exiſtimem⁹: aut homini Chriſtiano facile non ſit, de religiõe loqui, quod ab omnib⁹ ſeditioſis factitatum vidimus: longe vero difficillimũ e religione viuere, & pie ſancteq; ſcribere: quorum alterũ a Lutero non fieri ignorare iam non poteſtis, alterum ab eo minime adhuc factum eſſe, vt cognoſcatis mox operã dabimus. Sane eñ tẽpus quoddã fuit, cum ego qui nunc ab ei⁹ conſilijs tantopere abhorrere videor, non ſecus ac vos de ipſius religione atq; conſtantia iudica-

rem:quippe cuius leuitatem non prius conie-ctura q̃ ipſius certiſſimis monimentis teſtatã cognoui,impietatem vero nõ ante opinione q̃ clariſſimis librorũ eius veſtigijs expreſſam perſpexi.Itaq; de eo,quẽ ex primis ipſius ſcri-ptis,quanq̃ iam tum eorum genus nõ nemo quaſi ſordidũ,vulgare,horridum improbabat. ego tamen neq; indoctũ eſſe hominem, neq; ineptum,neq; contemnendũ exiſtimaui:ex al teris iam male ſanum & audacem rabulã pu-taui,ex poſtremis etiam impurum & ſceleratũ cognoui)ita nunc quidem ſentio,vt vehemẽ-ti quidem ingenio illum & acri & magno eſſe iudicem,ſed cuius commẽdationem omnem importuna animi prauitate euerterit:doctri-na vero eiuſmodi, quæ neq; ſane liberalis ſit, neq; ex ipſis diuinorũ librorũ hauſta fontib⁹, neq; adeo ipſius etiã parta ingenio, ſed ea pla-ne quam partim ex Huſſianorum,partim ex Valdẽſium ac cęterorũ item factioſorum iam olim dãnatis atq; eo abditis & reconditis com mentarijs corrogaſſe videatur.Neq; enim cer-te tertio quoq; fere verſu ſecũ ipſe pugnaret, & extra monſtra atq; portenta, homine Chri ſtiano dignum aliquid ſępius afferret, ſi ratio nem cũ ſacris chriſtianę hebraicæq; hiſtoriæ monimentis ſibi religioſe habendã putaſſet. A quib⁹ quidem ille,quaſi omnium ſermone decantatis,& vulgaribus rebus abhorrẽs,opti-ma,ſui ocij opa in lectitãdis qui quibuſdã inge

nioſis oīno illis, ſed plane perditis ac nullius iudicij conſilijve authorib⁹, iiſq́ haud ita vulgo notis, peruerſe abuti maluit, ſpe non dubia ductus videlicet, ſe in cęlō imperitę multitudinis opinione ſtatim futurum, ſi cum barbara illa declamādi licētia, ipſos religionis Chriſtianę principes maledictis petulantiſſime nominatimq́ figeret, tum vero quę apud pręclaros illos eruditiōis ſuæ magiſtros in tenebris didiciſſet, ea in lucem ambitioſe & magno verborum ſtrepitu omnia quaſi myſteria quædā proferret atq; enunciaret. Quæ quidem ſpes, vt eum omnino falſum non habuerit: Dedit enim ei locum non ipſius quidē ſingularis vlla virt⁹ aut eruditio, quā ſane nullam adhuc eſſe video, ſed flagitioſa multorum vbiq; ſacerdotum vita atq; inſcitia, quam quidem vel accuſare vel vincere nulli⁹ plane ſit negocij. Sed vt ea ſpes eum nō omnino fefellerit, illud quidem certe nō vidit, ſic vſu eſſe comparatum, vt q indoctis eruditi, malis boni, ſtultis ſapiētes videri volunt, ijdem indocti eruditis, ſtulti ſapientibus, mali bonis eſſe videantur. Verum de Luteri literis, atq; ipſius in ſacris etiā rebus intelligentia, etſi ex iis quæ ad perſcriptas & ab ipſomet editas agnitasq́ diſputationes a nobis deinceps afferentur, vobis pleniſſime liquere poterit; nihil me tamē ab re factu rū hodie puto, ſi qualis eius doctrina exiſtimari debeat, tum ex abſurdis illius pceptis, tum

ex ſententiarũ ipſius inter ſe diſcordia vobis hic ſummatim indicaro, Nihil em̃ aſtute age-re,nihil accuſatorie dicere conſtitui:tantũ pau ca quædã,vt adhuc feci,eaq; plane atq; latine vobis agnoſcenda proponam,quæ cum cũctis facile ſunt obuia.tum vero eam Mart. Luteri indolem ſignificant,vt q̃tum eius authorita-ti tribuendũ iam ſit,per ſe ipſa cuiuis planum ſtatim facere poſſint. Atq; vt ea hic mittã oĩa, quę aliqua vel rerũ obſcuritate excuſari, vel iſta diſtinctionũ calliditate elabi poſſe videan tur:q̃ in eo grauiter & præclare illum ſibi con ſtare arbitremini:quicũ ſe in primis illis diſpu tationibus hominẽ eſſe, vere modeſteq; eſſet faſſus,hoc eſt eum qui ignoratione rerũ & la-bi & decipi perſępe poſſe, tamen arrogantiſſi-me poſtea vaniſſimeq; idẽtidẽ ſcripſerit, neq; falli ſe neq; omnino errare iam poſſe: impiam credo,Ætiani ſecutus ſententiam, qui homi-nem Chriſtianũ vlla in re poſſe falli negaſſet. Idem initio ſcriptorum ſuorum ſæpe teſtatus ſiquid noui de Rep.conſilij caperet afferretve, de eo ſe in ipſius Reip. poteſtate futurũ, tan-tumq; ſibi quantum illa ſuaſiſſet,eſſe perſuaſu rum:tamen dicta tandem multa Reip.& con-ciliorum eius authoritati ſalute,ſe nihil ipſi-us iudicium atq; ſententiam morari audaciſ-ſime pronunciauit, quippe qui a ſe diuinitus illa omnia excogitata eſſe exploratum ſibi eſſe diceret. Hac enim etiam flagrat ambi-

tione homo vẽtoſiſſimus,vt quę ab ipſo quaſi dictata quędã,ſeditioſorum reddũtur,a magiſtris ne vnq̃ aut doctore vllo didiciſſe videatur.Illa vero q̃ inter ſe bene cohęrent:Neminem naturę impulſu peccare,vtpote q̃ ſit optima:ſed omneis nos ſponte noſtra ſtudioq; delinquere.Rurſus pro Floriani inſania,omnem humanę mentis culpam,vnius eſſe naturę vitio attribuendam,quę perpetuo furore exagitata, nos ſecũ pręcipites ageret atq; raptaret. Iam illud,neminem eſſe vnum neq; tam moribus ſanctum, neq; deo tam acceptũ qui non mortem incredibiliter horreat:an non cũ illo acriter pugnat, multos hodie poſſe reperiri, quos diuina caritas ita inflammet, vt ea quaſi armati,nullo plane mortis terrore teneãtur: Eiuſdẽ eſt inconſtantię,velle a nobis peccatorũ noſtrorũ conſcientiam ſacerdotibus omnẽ aperiri,& iterum nolle omnia,ne exitialia quidem ſcelera perferri atq; indicari.Quid q; Patrum cæteris duodecim viris honoris gradu modo ſuperiorem facit,modo parẽ,modo inferiorem? Quid q; eundem ad illuſtria illa Chriſti rogata, tum de ſua tũ de omniũ collegarũ ſententia reſpondentem inducit? Quid q; eidem in nobili illa prouinciarum ſortitiõe hic Iudęam tantum, illic ſolam Italiam obtigiſſe affirmat?Quid q; ſummi Pontificatus principatum alibi delendum eſſe argumentatur, alibi religioſum & nefas id eſſe contendit?Nã

de reſtituendę nobis innocētię ratione,q̄ turpiter ſecū ipſe totis voluminibus digladietur qui alias nullū pōtificia liberalitate animi crimen extingui poſſe iudicet,alias nos eadē indulgentia noxæ eximi & ſcelere liberari poſſe omni defendat, ſuo cōmodius a nobis oſtēdet loco. Atq; ne in iis tm̄ quæ ad ſuperos maxie pertineāt, leuitatem illū ſuā propalam efferre contentū fuiſſe exiſtimetis: pergit porro eorū quoq; q̄ apud inferos gerātur, cōſcius, neq; ſane internuncius indiſertus. Sed quid ait tandē? iiſdem oīno tum nondū expiatos bonorū manes, tū impiorū laruas illic exerceri pœnis: nec tamē iiſdem oīno, q; hę quibus non modo nulla ſpes oſtendatur,ſed ea etiā omnis prę ciſa ſit,deſperatione quoq; ipſa excruciētur: illi exploratā ſalutis rationē habeāt ſuæ,atq; ea leuiore pœna defungantur. Nō hoc prorſus adhuc incōſtantiſſime, ſi eodem in loco addubitans ille nec diſeretis operibus res tā diuerſas docēs attuliſſet. Illa vero q̄ ipſum vbiq; ſui ſimillimū eſſe declarāt: Manes cū nō dubia ſalutis ſpe teneantur, tamē ęternis addici poſſe ſuppliciis. Eoſdem dū expurgātur ſemper ſperare, immo vero deſperare. Iā ſperate qdē illos ſed ſpei ſuę eſſe ignaros, deſperationis aūt certos. Nā q; terreri eos vult & torqueri cum æternorū ſuppliciorū metu, tum vero diuini vult' contuitu, quem quaſi mirifica quadā iracūdia inflammatū, & horribilē & intolerabilem ſpe-

ctare cogantur,nec ſuſtinere queant:recte forſtaſſe,ſed qđ ipſe tamē ad extremum funditus euertat,qui alio loco manes, neq; ſempiternæ pœnę formidine ita affici & affligi oſtēdere conetur,ſed eos partim ex ea quā ſubitus diuinę maieſtatis cōſpect⁹ nobis excitaret admiratione cōſternari atq; cōfūdi: partim ꝙ incredibili ipſius amore incēſi, incredibiliter ſemper timeāt,ne deū imortalē nō ſatis ipſi venerentur & colāt,quē omni honore,laude, gloria digniſſimū eſſe iudicēt atq; perſpiciant.Quid ego vt cęteris in rebus totus turpiſſime erret,nec ſibi ipſi vnq̄ cōueniat,hic cōmemorem?Iſtius profecto modi ſeſe collidētibus ſententijs tū conciones plurimæ, tum poſtrema eius opera ita æſtuāt omnia,vt ſi vel quemadmodū inſtitueram,nudis verbis turbidos eorū quaſi fluctus perſequi velim, multis mihi ſit & horis opus: & Luteriano plane ſtomacho,quo tot profundiſſimę leuitatis inſaniæq; euripos ſine grauiore vlla nauſea poſſim tranſmittere. Qua quidem leuitate,eam ille cauſam veſtrā certe cōſtituit,vt etiā ſine vllo alio vitio, ſine aduerſario,languētibus bonis omnibus ipſa per ſe ſtatim ruitura ſit. Quid em̄ ad eā ſubuertendam oppugnatione vlla opus eſt, quę & ipa ſuis ſeſe telis labefactet aptiſſime,& authore ſuū habeat hoſtē vnū omniū infeſtiſſimū?Neq; enim iam diſputationis modo gratia, quod a doctiſſimis viris factitatum cognouimus, in vtrāq;

iſte patrem de re dubitanter verecūdeq́ꝫ diſſe-
rit,ſed vtrobiq́ꝫ fidenter, nec inſolēter minus
& barbare deum ſemper obteſtās adiurat,aut
nihil omnino eum ſentire, qui cōtra ſentiat:
aut etiam ſe nihil recuſare, quin teſtificandæ,
comprobandæq́ꝫ eius quācunq́ꝫ vllo tempore
tueatur ſententiæ cauſa, in ardentem rogum,
nudus ſtatim inſiliat,mortē illic & incēdij poe-
nas libēter ꝑpeſſurus ni vera ſit quęcūq́ꝫ no-
bis contra ſancta maiorum noſtrorū inſtituta
pſuadere conetur.qđ cum facit.an nō illū aut
plane furere,aut cōceptis verbis peierare ſuſpi
cari licet?Verum vt ridiculam & impudētem
& immemorē hominis ſtultitiam facile per-
peti atq́ꝫ perferre poſſim⁹, & illi quod iam pri-
dem ſibi ſumpſit,ꝑmittamus, vt effluēte mē-
te huc illuc curſitās,quicquid alicubi vérū eſſe
poſuerit,idem alibi ſuo iure falſum eſſe ponat
& cōteſtetur. (Nihil enim fere ne cōtra remp.
quidem adhuc attulit,quod nō ſuo ipſius mo-
re in dubiū vocarit,& idem ipſe alio loco infir
marit.Sunt enī hę ſeditioſorū fraudes,hæc ar
tificia:q̄q̄ in Mar.Lutero nihilo inſanię & im-
peritię minus & flagitioſę obliuiōis,q̄ vel ma
litię vel fallacię mihi nūc video rpſpicere)Sed
vt iſta,quēadmodū dicere cœperā,a nobis diſ
ſimulent̄ oīa:etiā ne portēta illa [æqui boni fa-
ciemus?Penes Ieſum Chriſtū,quem nos non
modo ciuitatis noſtrę authorem,& reip.prę́ſi-
dem agnoſcimus,vērū etiā Deum Opt.Max.

eſſe prędicamus,nunq̃ neq; diuini neq; huma ni imperij ius aut poteſtatẽ vllam fuiſſe. Veritus eſt ſcilicet vir religioſiſſim⁹, ne ſi Carpocratianorũ & Abionitarũ impietatẽ ipſe non comprobaſſet,ſummi pontificatus authoritas funditus deleri nõ poſſet. Sed in hoc magnũ quiddã ſpectauit:maximi eñ ſacerdotij principatum,quod Huſſiani nunq̃ potuiſſent,a ſe facile euerſum iri hac recepta ſentẽtia ſperauit. In eo aũt ꝙ a Chriſto duriores nobis impoſitas eſſe leges q̃ vt iis quiſq̃ parere queat, Mahumete videlicet authore conqueſtus eſt,qdnam illum tandem intuitum putem⁹? Scelerũ ſuorũ impunitatem?an chriſtianę diſciplinę euerſionẽ?an vero ſimul vtrũq;? Ego enim certe quidnã potiſſimũ hic q̃rat dicere nõ habeo,haud ſane magis,q̃ cur arbitrio noſtro nihil neq; liberũ neq; itegrũ a deo relictũ eſſe defendat. Niſi hoc fortaſſe agit,vt quęcũq; vel cõtra ipſam rẽp. impie moliatur,ea omnia diuinę aſcribẽs prouidentię a ſe reijciat,& quaſi fatali cuidã neceſſitati aſſignet. Nam ꝙ omnes ingenuas artes,& cuiuſcunq; generis virtutes execratur:quas tamen neq; apđ nos, quatuor illi cõſtituendę doctrinę Chriſtianæ viri Hieronymus,Auguſtinus,Ambroſius,Gregori⁹, neq; apud Gręcos,Baſili⁹,Chryſoſtomus,Origenes,Athanaſi⁹,in poſtremis habuere:ſed ꝙ hæc animi ornamẽta atq; lumina mera ipſa ſcelera & cęcas quaſdã humani ingenij peſteis

appellat,nihil omnino ab re ſua facit alienum homo ſibi nimirum conſcius; q̃ ſit ipſe nulla prorſus vel illuſtri optimarum artiũ cognitione inſtructus, vel ſingulari præſtantiſſimarũ laudum dignitate ornatus. Q; autẽ cũ Arrianis negat,iuſta mortuis vlla perſolui a nobis oportere,& quæcunq; de parentãdi ſanctitate Pop.Chriſtianus iam inde ab initio religionis recepit,ipſe plane repudiat: quis hoc illi nõ facile concedat & ignoſcat homini qui nunq̃ litarit ipſe,atq; idcirco tralatitia illa & peruagatiſſima temere arrepta ſine fine impudentius neſcias an imperitius iactitet?cum preces noſtras,& omne ſacrificiorũ genus,Deo eſſe inuiſum & ingratũ:tum vero in nobis nihil ineſſe neq; cõſilij,neq; mẽtis,neq; ratiõis, neq; opis: aut ſi quid tale omnino ſit, id nobis in exitiũ & apertam perniciem noſtram tributum eſſe & a deo datum. Quo quidem etiam pertinet illud,quod de dei opt.Max.in genus humanũ tum inuidia tum odio firmiſſime comprobabat. Etenim cum inſanis eius ſententijs, vel furori potius,opponeretur, Anacleti,Leonis, Thomæ,Bonauenturæ,ac item cęterorũ,quorum conſecratę iam eſſent pridem & literę & virtutes,ampliſſimorum virorũ authoritas, nec ille hæſitationis ſuæ exitum aliũ,credo reperiret:non dubitanter auſus eſt affirmare homo omniũ mortalium (hic iam non inuenio dignũ ei⁹ importuna audacia & imperitia no

men:) non exhorruit inquã homo ſacrilegus & parricida nefari⁹ affirmare: quid dicam? hor reo enim ipſe totus, cum quid ex eius ſentẽtia dicturus ſum cogito: nihil dubitauit igiť affirmare diuina plerũq; fieri voluntate, vt reluctã tes & inuiti ipſi peccemus, idq; adeo eorũ potiſſimũ accidere miniſterio, quos propter ſummã vitæ integritatem atq; innocẽtiam deus opt. Max. chariſſimos haberet. Rogatis quo id tãdem fieri modo pnũciet? dicetur id quoq; quando huc vſq; progreſſi ſumus. Ait vir diuinorũ conſiliorum particeps, ac idem eorum interpres vnus & enarrator religioſiſſimus, ſolere a deo imortali, cum hoies ſua ſpõte nõ ſatis inſanire videat, eas pręcipue de ſua mente deturbari, aut illorũ certe animis tenebras ſtatim offundi, quorũ mores atq; ſtudia mortalibus ad bene beateq; viuẽdũ exẽplo eſſe voluiſſet. Ex eo fieri vt quicũq; talium virorũ ſequãtur authoritatẽ, hoc eſt vt optimus quiſq;, imprudẽtes in fraudem, in ſcelus & impietatem turpiter a Deo opt. Maxio & illo generis humani cõſeruatore inducti, impulſi, cõiecti, tum de deo ſentiãt & mereãtur peſſime, cũ ſe illius numini atq; voluntati morem putant gerere ſanctiſſime atq; religioſiſſime. Non cõfutabo hic equidẽ barbaram hominis impuri impietatẽ, quę cũ ipſa p ſe ſua incõſtãtia ſatis ſit labefactata, tũ vero tã eſt abſurda, & ab omni cõmuni ſenſu aliena, vt neminẽ hic quantũuis

rudẽ & durũ eſſe putem,quin ſi modo chriſtia-
nus ſit,ea cõmemorata totus ſtatim exhorrue-
rit,vicemq́ ſuam vehementer doluerit,q̄ ad
hęc animũ antea nõ aduerterit, & aliqua hu-
manę mẽtis perturbatione oppreſſus,portẽto
rũ huiuſmodi atq; monſtroſarũ opinionũ ſua
ſorẽ conſtantiſſimo atq; ſanctiſſimo reip.iudi-
cio antepoſuerit. Ac profecto cũ hęc Mart.Lu-
terus de ſumma illa diuinę naturę bonitate tã
impie pronũciet,vt iã nõ minus verbo q̄ an-
tea re, oẽm funditus religionẽ tollat:cũ hoĩes
deo acceptiſſimos, vel deũ potius ipſum Opt.
Max.maloꝝ genioꝝ furiarũq́ ipſarũ partibus
fungi cõfirmet:nõ ſane video, neq; queãdmo-
dũ ipſe ſe omnis erroris expertẽ eſſe,de quo tñ
vno omniũ apud vos gloriatur,cõpertũ habe
re poſſit,q viros plane diuinos a deo ipſo den
ſa quadã & tetra impietatis caligine occęcari
dicet:neq; quomodo cõtra religionem ſentire
nõ dicẽdus ſit,& facere,qui deũ immortalẽ ex
dãnata Manichęi ſententia malorũ authorem
cõſtituat atq; defendat.Neq; vero interea ho-
mo cęteris in rebꝰ memoria plane nulla & ſtul
tus, nec tam cęcus eſt nec perditi illius cõſilij
ſui tam immemor,quin quod plurimis mor-
taliũ & gratum & iucundum fore ſperet,id his
monſtris callide, neq; tamen non portentoſe
ſemper admiſceat. Cuiꝰ quidem generis ſunt
illa,vt interdictum certis anni diebus, ouorũ,
quadrupedũ,auium, lactis, cæterorumq; eodẽ

pertinentiũ in menſis vſum omni ſublata re-
ligione repetamus,ne ſolēnia ieiunia obſerue
mus,ne nos ipſi ſacerdotibus Chriſtiano ritu
deferamus:qua tñ ex re, cũ ſe in magna apud
omnes ſacerdotum ordines offenſa futurũ vi-
deret,alia ſtatim ratione ab iis qui incontinē-
tiores eſſent, gratiã inire inſtituit. Multis em̃
ante omnia verbis execrat⁹ eorũ ſententiam
qui ſacerdotibus cælibatum indixiſſent, non
curionibus modo & ſacrificulis omnibus, ſed
ipſis etiam ſacrorũ antiſtitibus, neſcio an mul
tarum etiam nuptiarum, ducendę certe vxo-
ris ius atq; poteſtatem fecit. Verum nihil faci-
le apud impios popularius ea diſputatione ap
paruit,qua ille improbis omnibus probare co
natus eſt,neminem vnũ a Ieſu Chriſto Chri-
ſtianæ ciuitati eſſe præfectum, ſed pari omnes
in adminiſtranda rep. iure atq; poteſtate Chri
ſtianos eſſe voluiſſe. Quod quid aliud tandem
eſt,niſi ſeditioſiſſimo vel etiã ſtultiſſimo cuiq;
ſummam perturbādę,atq; adeo impune euer
tendę Reip. facultatem dare? Sed huiuſmodi
ſermo reijciatur in eum locum a nobis totus
vbi cum Luteri ſententia quaſi pedem colla-
turi ſumus. Nũc enim qualis eius eſſet doctri
na,vobis breuiter ſignificandum a me fuit.
Atq; ita certe, vt mea quidē fert opinio, tota
ſe res habet. a primis illis diſputationib⁹,in q
bus neſcio q̃ recte (nam illas etiã vehemēter a
quibuſdã improbari iã audio) ingenioſe certe

& argute nonnulla mihi quidem tractare eſt viſus, nunq̃ aliud in alio ſceleratus miſcere de ſtitit. Nam primũ vel ſumma illa Pōti. Maxi- mi denũciatione incitatus, vel operarum ſuã rum audacia & manu iritatus atq; elatus, rue- re ſtatim cœpit, & ita iſanire, vt optimũ quęq; totis voluminibus conſcinderet, ſummũ ipm Pōt. græco verbo Chriſti hoſtẽ appellaret: Cō ſtantienſem illum conuentum, impiorum cō ciliabulum diceret: Sanctã heroum noſtrorũ memoriam contumelioſiſſime exagitaret: nō priuatis parceret, non magiſtratibus, nō prin- cipibus: nullius deniq; ordinis. ne ipſius quidẽ Reip. omnem omnino rationẽ duceret: idipm interim vbiq; confirmans, omneis nos deſipe re, omnes delirare, omnes demẽtes eſſe: vnum ſe in rectam religionis viam ingreſſum, & re- cta ſolũ ſapere, & errare iam nullo modo poſ- ſe. Deinde quęcũq; a ſeditioſiſſimo quoq; iam olim turbulente excogitata eſſent, ea omnia vndiq; colligere, collecta impudẽter explicare, explicata quaſi diuinitus probata perdite de- dere atq; tueri inſtituit. Exiſtimans, opinor, ſi ſingulos inſigne aliquod & audax facinus no- bilitare potuiſſet, ſe quidem fore oĩm poſt ho- minũ memoriã factioſorum longe notiſſimũ, qui omnes vnus omnium ſeditionum cauſas tam lōgo interuallo repetitas audaciſſime re- tuliſſet. Quę q̃dẽ oĩa eo parũ diligẽter adhuc a nobis cōſiderata eſſe arbitror, q̃ ille animos

veſtros rerum præſentium odio iam per ſe nõ nihil commotos,feruidis ſuis etiam cõcionibus ita incenderit & inflãmarit, vt non quid ipſe de deo,de religione,de rep.de maiorũ noſtrorum inſtitutis ſentiret,ſed q̃ vehementer q̃ nõnunq̃ etiam vere iuſteq; in mores,in vitia,in tẽpora peroraret,ſemper animaduerteritis.Hoc enim habet aſperũ illud & in criminãdo volucre atq; incitatum & vibrans oratiõis genus,vt ſi in cauſam pręſertim principũ,quorũ neſcio quomodo ſemper grauamur imperia,aut etiam minime popularẽ & inuidioſam apud homines minime malos exerceatur,audientium animos facillime rapiat, plurimũq; illi & qui dicat, admirationis cõciliet, & quem contra dicatur, odij maleuolentięq; ſtatim cõcitet.Quod ipſum vobis hac in re vſu veniſſe profecto iam videtis. Eſt enim vt probe ſcitis, cum ipſe Martinus Luterus homo mire criminoſus,quiq; in dicendo verba celeriter multa voluens atq; profundens ſtomacho ſępe iracũdiaq; quaſi iuſta quadã idignatiõe efferueſcat, tum vero ea hominũ vbiq; fere iprobitas atq; ſacerdotum etiam multorum indignitas,vt q ſe in eorum acriter inſectãdis vitijs exerceat, is non modo flagitia ſua alienis criminibus facile tegat atq; occultet,ſed quadam etiam ſanctitatis ac religionis opinione vehemẽter probatus, eo potiſſimum nomine vulgo cõmẽdetur.Itaq; dũ Mart. Luterum nec ſine ingenio,

nec ſine cauſa,nec ſine cupiditatē,tū vero ſingulari quadā audacia,& vultu in primis atque amictu ad popularem concionem cōpoſitum, cum ciuitatis noſtrę morib⁹ ſolute & acerbe rixātem,dū quorundam in rep. principū turpitudinem & infamiam publico odio ſubijcientem,dum atrociſſimis verbis & contenta voce,de ariolis,de maleficis neſcio quibus mulierculis oſtenta facientem,attoniti miramini, dum vel in eū mirificas quaſdā pugnas,& tragicas ſuas cōmemorantē ſtrages ſtupefacti intuemini,vel ad certos eius cōmētarios in eandem fere rationē feruētiſſime cōſcriptos,quaſi ad ſaxa quædā adhæreſcitis:deniq; dum graui & cæco eorum qui reip.præſunt,odio ducti, in Luteri īpietatē editos a doctiſſimis optimisq; viris libros negligitis,aut ſi quādo in manus inciderunt veſtras,lente ac faſtidioſe,nec vllo eos ordine legitis:Sic ei⁹ quē vnum adhuc diligenter & attentis animis exaudiſtis,tum orationis impetu & nouitate, tū ſcriptorū aſſiduitate quotidiana capti,uincti,abducti fuiſtis,vt de ipſo exiſtimaretis ſctiſſime, qui de deo ac repub. Chriſtiana ſentiret peſſime, & eos auerſaremini quaſi ſceleſtos,quos ne ille qdē adhuc negarit eē chriſtiāos. A tq chriſtianū eē hoie3, hoc ē tū de deo tū de religiōe noſtra bñ exiſtimare,ſati⁹ ē etiā ſi nō ab oib⁹ hūanis vitijs plane ſis liber,q̄ ſi cū libidinis atq3 om̄is auaritię ſis expers,tñ de deo ſentias impie, de pſuaſio-

ne Chriſtiana loquare impure,de rep.ipſa cõ-ſilia ineas ſceleratiſſime. Verum anteq̃ ad conuellendam omnem Mart. Luteri diſputatiõis rationem aggrediamur,vos etiam atq; etiam admonitos velim ne hoc difficilius excolẽdos vos nobis ſanãdosq́; præbeatis, q̃ a vobis qui quidem hic eſtis oĩno pauci, alios item cõplu-res in ſententiã ſuã perduxiſſe ille videatur. Neq;.n.decet,neq; certe cõuenit vos,quos ego minime oĩm agreſtes eſſe ſcio,minimeq́; per-tinaces fore iudicaui,leuiſſime atq; perditiſſi-me ꝓuincię illius plebis multitudine temere cõmoueri:q̃ cũ oĩm rerũ & ſacrarũ in primis ſit imperitiſſima,tũ vero nihil habeat in optatis prius q̃ vt pręſens reip.ſtat⁹ quauis ſemper ra tione cõmutet. Hi enim ſunt iam olim deſcri pti & a ſapientiſſimo quoq; notati multitudi-nis mores:Laudare pręterita,odiſſe pręſentia: cupere futura:idq́; eos ipſum optare,etiam vt nulla melioris ſpes ſtat⁹ eis oſtendatur. Quid illam igitur non facturã vel auſuram certe cẽ ſendũ eſt,ſiquis infinitę licentię ac ſummę im punitatis ſpẽ,hancq́; ipſam quaſi deo authore vulgo afferat?Nam q̃ aliquot etiam nõ omni no peſſimos neq; poſtremę ſortis homines cũ Lutero facere, nulloq́; negocio ab eo ꝑſuaſos in iſtã ſententiã ꝑtinus iſſe admiramini: ego vero aliqñ ſum mirat⁹ tantũ in Chriſtianorũ hominum nõnullis ineſſe leuitatis,vt cũ tãta de re etiã atq; etiã deliberãdũ eſſet, ſtatim tñ

& temere pluris furioſi iſti⁹ nebulonis ſomnia & optata, q̃ perpetuũ reip. cõſenſum atq; iudicium faciũdum exiſtimarẽt. Verũ poſtea q̃ circũſpectis reb⁹ oĩbus atq; etiã repetita ex literarũ monumẽtis veterum ſeditionũ memoria, eoq; in primis mihi propoſito, qđ & Chriſtus ipſe & Legati eius de cõcordia ſanctę ciuitatis ſępius diſſoluẽda ſarciendaq; prędixiſſent: ipſe me collegi equidem: neq; rem ſecus adhuc cecidiſſe cognoui q̃ par fuerat, neq; aliũ atq; ciuiles ſuperiorum temporũ motus exitũ habuiſſent, partes iſtas finem habituras eſſe iudicaui, Etenim cũ hęreſes illę alijs atq; alijs temporibus non præfecturam modo aliquam vt hæc, aut etiã Prouinciã, ſed vniuerſum pene terrarum orbem ſummo plauſu peruagatæ eſſent: perfectum eſt tamen cum ampliſſimi collegij cõſtãtia, atq; ipſorũ Pontificum virtute, tũ bonorũ conſenſu atq; ſumma cauſæ ipſius ęquitate, vt oẽs tandẽ multitudinis quoq; iudicio dãnatę & ad nihil redactę prorſus extinguerẽtur. Quis Neſtoreo quodã tẽpore vulgo gratioſſor? quis Arrio aliqñ etiã potẽtior? quis Dioſcoro popularior? qs Mõtano ſectatorũ copijs munitior? quis Apollinari iuniore vel in diſſerẽdo acutior, vel in ſactorum librorũ lectiõe diligentior, vel principum in rep. virorũ amicitijs illuſtrior? Quid? an cæterarũ factionũ ducibus authoritatẽ initio & multitudinis cõſpirationem defuiſſe arbitramini? Floruerũt oẽs

opib⁹,floruerũt artibus,viguerũt ingenio,eloquentia,induſtria. Ab omnibus deniq; vel naturæ,vel fortunæ, vel ſtudiorum ornamentis inſtructiores illi cum fuiſſent & paratiores, q̃ Martinus ipſe Luterus quantumuis ambitioſus,hodie vel optare audeat,iacuerunt tamen ad extremum omnes,obſoletisq; & extinctis tãdem eorum partibus recuperauit ius ſuum reſpublica:atq; ita recuperauit vt ſummi Põtificis & ampliſſimi collegij decreta q̃ minime omnium popularia,ſed ſeuera & improbis triſtia,valerent tamen,eamq; inter mortaleis oẽs,quam etiam nunc habent authoritatẽ aſſequerẽtur & obtinerent. Et quia nõnullos veſtrũ repẽtina vnius aut alterius municipij imperitæ multitudinis defectio,quaſi diuinit⁹ facta religioſius cõmouere videtur: tantũ abeſt vt id bonis, diuinæ voluntatis ſignificationẽ det aliquã,vt etiã maleſuadæ noxæ fraudibus factũ eſſe iudicetur. An non videtis ita multitudinis ingenio comparatum eſſe, vt vulgus deterrima quæq; celerrime amplectatur:ad ea quæ ſint optima cũctantius ſemper & diffidẽtius accedat? Ecquid priſco illo deorum cultu turpius fuit,flagitioſius,ſceleratius? attamen mortales omnes extra Iudęos & paucos de cęteris gẽtibus ſapiẽtiores quoſdã,nulla neq; ſane cauſa adducti,neq; vi maiore coacti,eũ ſtatim cupidiſſime cõplexi quaſi legitimũ ac etiã de cœlo in terras demiſſum diu ꝑbauerũt. Ec

quid contra Chriſti Opt. Max.vel doctrina di uinius,vel vita ſanctius, vel potētia illuſtrius vnq̄ extitit?Ab eo tamen ipſo ex omni populo hebręo,cui qdē ille oīm vatū oraculis ꝓmiſſus eſſet & expectat⁹,vix duodecim quos ad diuinā cauſam adiūgeret, repertos eſſe viros nō ignoratis:atq; hos ipſos tam infirmie animatos vt vnius eorū perfidia proderetur, a reliqs metu deſertus & deſtitutus in ſceleratas ac crudeles hoſtium man⁹ miſerabiliter deueniret. Cōferte (quęſo) aliquādo Iouis hominis cōtaminatiſſimi, cōferte ſi lubet etiā Mahumetis impuriſſimi ſuperſtitiones cū ſacroſancta & diuina Chriſti Opt.Max.religione atq; pietate, deſinetis em̄ ſcio, iſtā deſertorū vel trāſfugarū potius multitudinē tātopere admirari, quę tn̄ ipſa ſi nobis q nō hūana & externa ſeditioſorū vocabula induimus,ſed vnū Chriſti nomē ſequimur, chriſtianiq; & dici & eē volumus:ſi nobis inquam multitudo iſta cōparet, ne exiguę qdē priuati alicui⁹familię rōnē ad celeberrimę ciuitatis frequētiā hr̄e repiet.Atq; vt iſtitutę orōnis exitū aliqn̄ expediā: q̄ties vobis ī mētē veniet Luterū paucis ānis populariū ſuorū multos ī ſentētiā iſtā adduxiſſe:facite vt eodē reſpiciatis tpe,primū qdnā hoim genus cū eoi Rēp.cōiurarit.occurrēt vobis.ſ. p̄ter eos q̄s hic bn̄ paucos honeſtiores video, caupōes tn̄, ſtabularij,muliōes,lanij,farctores,cupediarij,ganeones,helluōes,decoctores,fures,ſicarij,pcuſſo

res,latrones,ac reliqua iſtiuſmodi hoĩm turba atq; colluuio,& quaſi quoddã ſeditionũ ſemi- nariũ.quos quidẽ ille inſtitutis ſuis non ad bo nã frugẽ traduxerit(hoc em̃ & bonis oĩb⁹ optã dũ fuit,& ab eo certe qui ſe hodie Chriſtianæ virtutis ęmulũ vnum eſſe gloriaretur præſtã dũ)ſed ad omnẽ magis petulantiã,audaciã,im manitatẽ ſuis cõcionibus & ſcriptis inflãma- rit.Deinde vobis proponite q̃bus voluptatũ illecebris,quibus licentię & impunitatis polli- citationibus miſerã ac perditã illã plebis fecẽ allexerit,& hodie vinctã teneat homo apd ſo brios quidẽ & intelligentes rerũ exiſtimatores indocta arrogãtia ſtultiſſimus,ſed ad capiẽdos imperitę multitudinis,cõcitãdosq́ꝫ vulgi aĩos apprime eruditus,& lõge poſt hoĩes natos ve- terator improbiſſimus atq; audaciſſimus:Tũ vero cogitatote,turpiſſimas quaſq; ſeditioſo- rũ cauſas ſubitis incremẽtis quidẽ prouectas illas proceſſiſſe, ſed nullis omnino radicibus nixas,ad triſteis ſemp exitus atq; fœdiſſimos caſus properaſſe.Rei vero publicę & proceſſus initio tardos fuiſſe,& ſtatũ grauiſſimis ſępe tẽ peſtatib⁹ iactatũ multa diſcrimina ſubijſſe:ſed euẽtu tñ eiuſcemodi vt victrix ad extremum pietas,& victoriam de impietate iuſtiſſimam ſemper retulerit,& glorioriſſimũ ſuperisq; ho minibusq́ꝫ plaudentibus triumphum egerit.

Quatuor quæ ſubſecuturæ erant oratio- nes,immatura morte non abſoluit.

CHRISTOPHORI LONGOLII EPIST. LIB.I.

CHRIST. LONGOLIVS P. BEMBO S.

SIQVID hic eſſet qđ te ſcire oportere exiſtimarē, ſcriberem id ad te cum libenter, tū pluribus etiā verbis diligēter. Nūc omnino eiuſmodi res noſtræ ſūt, vt quid tibi literis meis ſignificē, plane nō habeā, Niſi illud fortaſſe ſcire vis, me ad hanc diem tuas ad tuos literas expectaſſe, vt Patauium proficiſcens, aliquod ſcribendi argumentum inde colligerem. Scripturus eras tu quidē Piſauro, ſed nihil adhuc illinc. Suſpicabantur tui cū has exararē: te iam Florentiā, ſi quidem Piſauro eo recta profectus eſſes, veniſſe. Ego autem has tibi Romæ redditum iri: vbi velim negocia noſtra ita cures, vt & ego ſemp ſperaui, & tu te facturū mihi recepiſti. Illud vero an epiſtola magnope dignū ſit, haud equidē ſcio, non mihi tamen prætereundū exiſtimaui: vt

cogno ſcas quo par ſit animo,tuos abſentiã tu am tuliſſe,cũ vel beſtias diſceſſum tuũ luxiſſe videamus. Scito Bembinum delitias tuas deſiderio tui pene extinctũ eſſe:certe dolorẽ quẽ ex abſentia tua cõtraxerat, nobis & bidui inedia, & perpetuo vlulatu diſcurſuq; teſtat⁹ eſt. Nunc etſi ad cibum,nondum tamen ad priſtinam illam ſuã alacritatem rediit,mœſtus ſemper,& ad contrectationes blanditiasq; noſtras ſubringens. Tu cura vt valeas. id enim & nos facimus:ac ſimul operam dabimus,vt ne fruſtra cõſuetudine,cõuictu,conſiliis tuis vſi vnq̃ videri poſſimus.Saluta mihi communes amicos:ſimul & illud quidnam ſit fac intelligam, q̃ me nonnulli cominiſcũtur de ingeniis Romanorũ interrogatum,reſpondiſſe,Non crepare montes.Ego enim cum id nunq̃ dixi,tum vero cuiuſmodi ſit intelligere non poſſum.Vale.] Venetiis proficiſcens.xiiij.Calend.Maii.

CHRIST. LONG. P. BEMBO. S.

LIteras quas ad me Florentia quinto Calend.Maii dediſti,accepi ad nonum Calend.Iu.perbreueis quidem illas,ſed mihi ſane longe gratiſſimas:vt cui nihil optati⁹ eſſet,q̃ de te,ex te ipſo aliquid tandem audire. Nam poſtq̃ Venetiis profectus eras,nihil neq; a te neq; de te in eum diem, ad me quidem perlatũ fuerat: neq; vero poterã tibi a nauigationis itinerũq; difficultatib⁹ nõ magnope timere, qui te cũ tuapte natura haud ita firmũ,

tum ex vetere illo & difficillimo morbo noñdum plane confirmatum,in viam dediſſes.Leuaſti itaq; tu me magna ſollicitudine : liberauit autem plane nuper frater tuus,qui te pridie Non.Mai. Romā ſaluū incolumēq; veniſſe affirmaret,quo plane nuncio tāta ſum lętitia affect⁹,quāta par eſt eū qui te cum naſcētis laudis ſuę fautorē agnoſcit,tū ſperatę dignitatis authorem fore confidit.Profecto niſi me fideliſſimis atq; amantiſſimis conſiliis tuis iuuiſſes(vt cętera diſſimulenī,quę & maxima & innumerabilia ſunt,tua erga me merita)nō modo is adhuc eſſem,qui anno ſuperiore erā,hoc eſt viæ qua ad bene dicēdi facultatem iter eſt, omnino ignarus, ſed ne ſperare quidem vllū mihi ſtudiorū meorū fructum vnq̄ licuiſſet. Quod eo quidem ptinet,vt intelligas q̄ mihi ſalus tua curę vel ſit,vel eſſe debeat:ſi modo is ego ſum vt plane ſum,qui officiū meū,memorēq; erga benemeritos animū libēter præſtare ſoleā. Bolducus hic aliquot dies nobiſcū fuit: nobiſcū inquam,q; domum noſtram familiariter vētitarit,horaſq; multas ſuauiſſimo ſermone nobiſcum cōſumere ſit ſolitus. Is cum me ſępe inuitatum,ad cœnā aliqñ tandē perduxiſſet,lauteq; ac ſplēdide accepiſſet:ad extremū a me etiā cōtēdit, vt opib⁹ ſuis perinde atq; tuis vterer.quod quidem vtrum ille ſua ſponte,an cōmēdatione tua adductus fecerit,haud equidem ſcio. Vtrocunq; modo,ſiue etiam vtraq;

de cauſa id fecerit, velim per literas tuas intel ligat, cum humanitatem, ſtudium, officiũq; il lud ſuum mihi fuiſſe gratiſſimum, tum vero me ſibi mirificas apud te gratias egiſſe. Pari li beralitate nobis & animum & domum ſuã pa tefecit Nauageri⁹ noſter: qui nos hic etiã Cal. Mai. viſit, atq; vt te ſuis verbis ſalutarem ma- gnopere rogauit. Proſequebatur Lud. Foſcarũ Vincentiam, eodem itinere Veronã profectu- rus: atq; ſi res ferret, illic cum Turrianis fratri bus ęſtatem conſumpturus. Ego vero cum ad Id. Mai. Venetias nauigaſſem, etſi Octauiani Grimoaldi hoſpitio ſum vſus, fui tamẽ domi tuæ, atq; apud te eſſe vt volum⁹, id eſt rectiſſi- me, omnia cognoui. de quo, etſi tuorum literis multorũq; nũcijs crebro ſis certior, putaui tã- men meatum eſſe partiũ ea de re aliquid ad te ſcribere. Dedi ad te epiſtolã Venetijs profi- ciſcẽs, ſub id fere tẽpus cũ tu Florẽtiã aut iam aduentaras, aut certe appropinquabas: ea tibi reddita fuerit nec ne, ſi ad me ſcripſeris, gratiſ- ſimũ mihi quidẽ feceris. Nos hic interea dabi mus operã, vt quã de nobis p̄dicatione tua cõ- citaſti expectationẽ, hanc ſuſtinere ac tueri ali quando poſſimus. Vale. Patauij. iiij. Cal. Iunij.

CHRIST. LONG. P. BEMBO, S.

PErpaucis dieb⁹ ad eas quas tu ad me Florentia literas dediſti, reſcripſerã, cum mihi alteræ abs te Roma ſunt redditæ: in qbus me illa mirifice de-

lectarũt,cum quę in eandẽ quidẽ cũ ſuperiori-
bus rationem, ſed multo me hercule ſubtiliꝰ
luculentiusq́ ſcripta erãt, tũ q̃ de amica Põt.
Maximi erga me voluntate ſignificabas. Illud
vero mihi tam gratũ fuit q̃ minime expecta-
tum,ꝙ eum meis verbis veneratꝰ eſſes. Nam
cum ad ipſum nihil om̃ino literarũ dare ſim
auſus,ne ſummas eius occupationes interpel
larẽ,cuperem autẽ me illi & gratum & memo
rẽ probare,nec qua id ratione aſſequerer mihi
in mentẽ veniſſet:reperiſti tu viã,immo ve-
ro confeciſti ipſe per te ex ſentẽtia mea nego-
cium,cum nihil facile minꝰ ſperarẽ, aut oĩno
iam cogitarem. Sed hoc plane tuum eſt mi Bã
be,non ita deniq; amicorum rationibus con-
ſulere ſi admoneare,ſed omneis eorũ cogitati-
ones officijs tuis præuenire atq; ſuperare. Nã vt
etiam pecunia ex Principis fiſco mihi ꝓroga-
retur,curaſti. quod quidẽ ipſum ſane ſum ad-
miratus,neq; tamen ex ea quã tu fortaſſe ſu-
ſpicaris,parte, ꝙ nihil huiuſmodi poſtularã,
etiam ſperaram:ſed quia nõ horũ eſt neq; tẽ-
porum neq; morum, æs alienum ad diẽ diſſol
uere,nedũ gratuitã penſionũ pecuniam præ-
ſentare. Pari te diligentia in ijs vſurũ eſſe con
fido,q̃ tibi de me cũ Io. Pino Regis Franci le-
gato ſunt cõmunicanda. Aderit ipſe vltro: ita
eñ pollicitus eſt. Incumbite(quæſo)in eã rem,
atq; inter vos cõmẽtemini,qua ratione fortu-
nã noſtrã ſubleuare, & põtificijs me beneficijs

ornare poſſitis. Ego enim ab omni alia cogitatiõe auerſus, curas, ſtudia, ſenſus deniq; omeis meos, ad excolendũ iis literis animũ te authore traduxi: in qbus ſi quicq̃ profecero, potero tua quidẽ ſententia, amicorũ meorũ nõ ſuſtinere modo gratiam ac tueri officia, verumetiam remunerare atq; illuſtrare bñficia: vt ego vero ſuſpicor mihi deſperandum non erit, quin eis tam magno ſim aliqñ ornamento q̃ ipſi mihi præſidio extiterint. Aduẽtu tuo refrigeratos eſſe iniquos leuiſſimorũ hominũ de me ſermones ex literis M. Antonij Michaelis nuper intellexerã: ex tuis hoc ampli⁹ cognoui, cuiuſmodi id tandẽ eſſet, qd̃ in me cõtuliſſent. Res plane ridicula: ſed meo tamen neſcio quo fato, ex iſtiuſmodi nugis tragœdiæ nobis iſtic quotidie excitantur. Atqui non tã ſum mirat⁹ homines ſui ſimillimos iſta aduerſum me cõminiſci, q̃ viros quoſdã plurimis atq; optimis artibus ornatos huiuſmodi rumorib⁹ cõmoueri atq; in me etiã incitari. Sedaſti tu qdẽ hoſce rumores tuo aduẽtu. ſed qd mi Bẽbẽ, ſi tu aut Romam oĩno nõ veniſſes, aut mihi parũ amicus eſſes? Iterũ, opinor, in inuidiam crimenq; abſens vocarer, vel indicta potius cauſa innocens dãnarer. Scis enim quod etiã apud te frequẽter ſum queſtus, fortunã cũ natura mea pugnare huiuſmodi ratione fieri, ne mihi cqq̃ aſſumã, qd iure poſſit, non dico boni, ſed oĩno maleuolẽtiſſimi cuiuſq̃ aĩm offendere. Illi⁹ ini

quitate mihi vſu venire, vt vitę meæ curſus, aut potius hic noſter ſeceſſus, q̃libet obſcur⁹, minime certe inuidioſus, maleuolorum obtre ctationibus facile pateat. Si Italos odiſſem, nũ q̃ profecto relicta domo, patria, breuiter meis oĩbus reclamãtibus huc properaſſem, vt cum Italis in Italia viuerẽ. Si de Romanis male ſen tirẽ, ciuis Roman⁹ neq; eſſe neq; numerari ſa ne vellẽ. Verũ qm̃ de his cũ eodẽ Michaele, eo conſilio nup pluríb⁹egi, vt eos meis verbis do ceret atq; cõmonefaceret, ne ſibi qcq̃ de me te mere pſuaderi ſinerẽt: ſuperſedeo ea ad te ſcri bere, q̃ mihi nũc in mentẽ veniũt: veniũt aũt mihi crede, q̃plurima: ſed nolo tibi moleſt⁹ eſ ſe. Tantũ te rogo, vt tuã in me defendẽdo con ſuetudinẽ mihi præſtes: & iſtorũ criminibus, quod te facturũ oſtẽdis facisq;, reſiſtas. Q̃d de P. Paccio ſcribis, id huiuſmodi ẽ, vt ea qdẽ vir ille noſtri amãtiſſimus dixerit, quę & ipſe for taſſe cupiat, & ex re mea fore exiſtimet, nõ au tẽ quid ego ſtatutum habeam. Statui autem (qd̃ quidẽ inter nos liceat dicere) niſi qd aliud accidat, hoc ipſo, cuius mihi poteſtatẽ Põt. Ma xim⁹ liberalitate ſua facit, ocio perfrui: idq; vel vt tibi morẽ gerã, q hoc noſtrũ iſtitutũ mihi probare ſemp es viſus, vel qa ipſe ego hui⁹ cõ ſilij maiorẽ i dies ſingulos, neſcio an frũctũ, vo luptatẽ certe pcipio. Hinc porro in eũ ſermo nẽ Pacciũ veniſſe opinor, q Mariano Caſtella no, vt Florentinorũ conditiones acciperem, a

me vehementer etiam atq; etiam petenti, per literas reſponderim, nihil me tanta de re priꝰ eſſe conſtiturũ q̃ affineis meos conſuluiſſem: iis autem rem aut non probantibus, aut etiã extrahentibus, me meo cõſilio eſſe vſurũ, atq; in amicorũ, quos mihi in Italia comparaſſem, poteſtate futurũ. Fac (amabo te) legas quã in hanc ſententiam ad Marianum epiſtolã ſcripſi. nam ad Pacciũ ea de re ne verbum quidẽ, quando nec ipſe ad me qcq̃. Videbis me eo cõmẽto vſum, vt ſi preciſe & ſine vlla exceptione quod petebatur negaſſem, ne illi me aut ſuperbũ, aut inſanũ ſuſpicarentur, qui tãta, eaq; amicorũ opera mihi cõfecta cõmoda pręmiaq; inſolenter repudiarẽ. Ad collegã tuum omnino ſcripſiſſem, niſi cõſtans fama iã multos dies hic percrebuiſſet, eũ ſimul atq; tu Romam veniſſes in prouinciã ſuam eſſe profectũ, cuiꝰ rei (ſi tibi nõ eſt moleſtum) velim me facias certiorem. Vale. Patauii. IIII. Id. Iun.

CHRISTO. LONG. P. BEMBO S.

EPIſtole argumentũ ad te nullum prorſus haberem, niſi id mihi Flauius noſter ſuis ad me literis ꝓbuiſſet. Ad hũc enim cum mihi omnino literę dandę eſſent, quę quidem niſi per te commode ei reddi non poſſunt: effecit ſane, vt ad te etiam eo nomine ſcriberem. Leue (inquies) argumentum. At qd ad te ſcribam aliud plane non habeo: niſi tu fortaſſe illud ſcire vis, vt certe vis, quo modo

hic æſtatem traducamus. Traducimus autẽ, mihi crede, ſumma cum voluptate. Diẽ enim ita conſumo, vt matutinas horas latinis lectiunculis tribuã, prandium trigonali pila condiam: nõ quo noſtræ eiuſmodi ſint menſæ, vt hoc condimẽti genere magnopere indigeant: nec enim multũ vel ſplendore vel lautitia veſtris cedunt, ſed ita valetudini noſtræ libẽter conſulimus. A cibo tempus varijs ſermonibus ducitur: poſtea dũ ſe calor frangat leuiter meridiamur. quietẽ græcæ, & interiores literæ excipiunt. Sub has eadẽ pila in cœnam exercemur, ſed meo ſane arbitratu, id eſt vſq; ad ruborem citra ſudorem. Reliquas diei partes veſpertinæ ambulatiunculæ, eæq; aut propter aquarum decurſus aliquos, aut ſpatioſis in cãpis lentæ ſibi vẽdicãt. Q? ſiquãdo maiore æſtus vi vrgemur, admiſſis equis concurſantes vrbẽ obimus. Simulac me in cubiculum abdidi, reputo ſtatim mecum, quid eo die memoria, quid ſcientia cõprehenderim. Noctẽ a prima ſtatim vigilia ſomno damus: cum ſole ad eaſdẽ vices ſacris operati redimus. Quid quæris? Vtor literis, quantum ſemper optaui: fruor ocio, quantum nũq̃ ſperaui. An vero tãtæ felicitatis fructus mihi conſtet, ni forte tam felix ocium ocij eſt fruct⁹ vberrimus, ſenties aliquãdo fortaſſe tu, quẽ mihi fortuna dedit ſtudiorum meorũ adiutorẽ, tanti ocii authorẽ, multarũ & clariſſimarũ amicitiarum cõciliatorẽ, deniq; nõ inimicorũ mo

ne Chriſtiana loquare impure,de rep.ipſa cõſilia ineas ſceleratiſſime. Verum anteq̃ ad conuellendam omnem Mart. Luteri diſputatiõis rationem aggrediamur,vos etiam atq; etiam admonitos velim ne hoc difficilius excolẽdos vos nobis ſanãdosq́; præbeatis,ꝙ a vobis qui quidem hic eſtis oĩno pauci, alios item cõplures in ſententiã ſuã perduxiſſe ille videatur. Neq;.n.decet,neq; certe cõuenit vos,quos ego minime oĩm agreſtes eſſe ſcio,minimeq́; pertinaces fore iudicaui,leuiſſime atq; perditiſſime ꝓuincię illius plebis multitudine temere cõmoueri:q̃ cũ oĩm rerũ & ſacrarũ in primis ſit imperitiſſima,tũ vero nihil habeat in optatis prius q̃ vt pręſens reip.ſtat⁹ quauis ſemper ratione cõmutet. Hi enim ſunt iam olim deſcripti & a ſapientiſſimo quoq; notati multitudinis mores:Laudare pręterita,odiſſe pręſentia: cupere futura:idq́; eos ipſum optare,etiam vt nulla melioris ſpes ſtat⁹ eis oſtendatur. Quid illam igitur non facturã vel auſuram certe cẽſendũ eſt,ſiquis infinitę licentię ac ſummę impunitatis ſpẽ,hancq́; ipſam quaſi deo authore vulgo afferat?Nam ꝙ aliquot etiam nõ omnino peſſimos neq; poſtremę ſortis homines cũ Lutero facere, nulloq́; negocio ab eo ꝑſuaſos in iſtã ſententiã ꝑtinus iſſe admiramini: ego vero aliqñ ſum mirat⁹ tantũ in Chriſtianorũ hominum nõnullis ineſſe leuitatis,vt cũ tãta de re etiã atq; etiã deliberãdũ eſſet, ſtatim tñ

& temere pluris furioſi iſti' nebulonis ſomnia & optata, q̄ perpetuū reip. cōſenſum atq; iudicium faciūdum exiſtimarēt. Verū poſtea q̄ circūſpectis reb' oībus atq; etiā repetita ex literarū monumētis veterum ſeditionū memoria, eoq; in primis mihi propoſito, qđ & Chriſtus ipſe & Legati eius de cōcordia ſanctę ciuitatis ſępius diſſoluēda ſarciendaq; prędixiſſent: ipſe me collegi equidem: neq; rem ſecus adhuc cecidiſſe cognoui q̄ par fuerat, neq; aliū atq; ciuiles ſuperiorum temporū motus exitū habuiſſent, partes iſtas finem habituras eſſe iudicaui, Etenim cū hęreſes illę alijs atq; alijs temporibus non præfecturam modo aliquam vt hæc, aut etiā Prouinciā, ſed vniuerſum pene terrarum orbem ſummo plauſu peruagatæ eſſent: perfectum eſt tamen cum ampliſſimi collegij cōſtātia, atq; ipſorū Pontificum virtute, tū bonorū conſenſu atq; ſumma cauſæ ipſius ęquitate, vt oēs tandē multitudinis quoq; iudicio dānatę & ad nihil redactę prorſus extinguerētur. Quis Neſtoreo quodā tēpore vulgo gratioſior? quis Arrio aliqñ etiā potētior? quis Dioſcoro popularior? qs Mōtano ſectatorū copijs munitior? quis Apollinari iuniore vel in diſſerēdo acutior, vel in ſacrorum librorū lectiōe diligentior, vel principum in rep. virorū amicitijs illuſtrior? Quid? an cæterarū factionū ducibus authoritatē initio & multitudinis cōſpirationem defuiſſe arbitramini? Floruerūt oēs

opib⁹,floruerũt artibus,viguerũt ingenio,eloquentia,induſtria. Ab omnibus deniq; vel naturæ,vel fortunæ, vel ſtudiorum ornamentis inſtructiores illi cum fuiſſent & paratiores, q̃ Martinus ipſe Luterus quantumuis ambitioſus,hodie vel optare audeat,iacuerunt tamen ad extremum omnes,obſoletiſq; & extinctis tãdem eorum partibus recuperauit ius ſuum reſpublica:atq; ita recuperauit vt ſummi Põtificis & ampliſſimi collegij decreta q̃ minime omnium popularia,ſed ſeuera & improbis triſtia,valerent tamen,eamq; inter mortaleis oẽs,quam etiam nunc habent authoritatẽ aſſequerẽtur & obtinerent. Et quia nõnullos veſtrũ repẽtina vnius aut alterius municipij imperitæ multitudinis defectio,quaſi diuinit⁹ facta religioſius cõmouere videtur: tantũ abeſt vt id bonis, diuinæ voluntatis ſignificationẽ det aliquã,vt etiã maleſuadæ noxæ fraudibus factũ eſſe iudicetur. An non videtis ita multitudinis ingenio comparatum eſſe, vt vulgus deterrima quæq; celerrime amplectatur:ad ea quæ ſint optima cũctantius ſemper & diffidẽtius accedat? Ecquid priſco illo deorum cultu turpius fuit,flagitioſius,ſceleratius? attamen mortales omnes extra Iudęos & paucos de cęteris gẽtibus ſapiẽtiores quoſdã,nulla neq; ſane cauſa adducti,neq; vi maiore coacti,eũ ſtatim cupidiſſime cõplexi quaſi legitimũ ac etiã de cœlo in terras demiſſum diu ꝓbauerũt. Ec-

quid contra Chriſti Opt. Max. vel doctrina diuinius, vel vita ſanctius, vel potētia illuſtrius vnq̄ extitit? Ab eo tamen ipſo ex omni populo hebręo, cui qdē ille oīm vatū oraculis ꝓmiſſus eſſet & expectat⁹, vix duodecim quos ad diuinā cauſam adiūgeret, repertos eſſe viros nō ignoratis: atq; hos ipſos tam infirmi animatos vt vnius eorū perfidia proderetur, a reliqs metu deſertus & deſtitutus in ſceleratas ac crudeles hoſtium man⁹ miſerabiliter deueniret. Cōferte (quęſo) aliquādo Iouis hominis cōtaminatiſſimi, cōferte ſi lubet etiā Mahumetis impuriſſimi ſuperſtitiones cū ſacroſancta & diuina Chriſti Opt. Max. religione atq; pietate, deſinetis eī ſcio, iſtā deſertorū vel trāsfugarū potius multitudinē tātopere admirari, quę tn̄ ipſa ſi nobis q nō hūana & externa ſeditioſorū vocabula induimus, ſed vnū Chriſti nomē ſequimur, chriſtianiq; & dici & eē volumus: ſi nobis inquam multitudo iſta cōparet, ne exiguę qdē priuati alicui⁹ familię rōnē ad celeberrimę ciuitatis frequētiā hr̄e repieẗ. Atq; vt iſtitutę orōnis exitū aliqn̄ expediā: q̄ties vobis ī mētē veniet Luterū paucis ānis populariū ſuorū multos ī ſentētiā iſtā adduxiſſe: facite vt eodē reſpiciatis tpe, primū qdnā hoim genus cū eo ī Rēp. cōiurarit. occurrēt vobis. ſ. p̄ter eos q̄s hic bn̄ paucos honeſtiores video, caupōes tn̄, ſtabularij, muliōes, lanij, farctores, cupediarij, ganeones, helluōes, decoctores, fures, ſicarij, ꝑcuſſo

res,latrones,ac reliqua iſtiuſmodi hoim turba atq; colluuio,& quaſi quoddā ſeditionū ſeminariū.quos quidē ille inſtitutis ſuis non ad bonā frugē traduxerit(hoc em̄ & bonis oib⁹ optādū fuit,& ab eo certe qui ſe hodie Chriſtianæ virtutis ęmulū vnum eſſe gloriaretur præſtādū)ſed ad omnē magis petulantiā,audaciā,immanitatē ſuis cōcionibus & ſcriptis inflāmarit.Deinde vobis proponite qbus voluptatū illecebris,quibus licentię & impunitatis pollicitationibus miſerā ac perditā illā plebis fecē allexerit,& hodie vinctā teneat homo apd ſobrios quidē & intelligentes rerū exiſtimatores indocta arrogātia ſtultiſſimus,ſed ad capiēdos imperitę multitudinis,cōcitādosq; vulgi aīos apprime eruditus,& lōge poſt hoies natos veterator improbiſſimus atq; audaciſſimus:Tū vero cogitatote,turpiſſimas quasq; ſeditioſorū cauſas ſubitis incremētis quidē prouectas illas proceſſiſſe,ſed nullis omnino radicibus nixas,ad triſteis ſemp exitus atq; fœdiſſimos caſus properaſſe.Rei vero publicę & proceſſus initio tardos fuiſſe,& ſtatū grauiſſimis ſępe tēpeſtatib⁹ iactatū multa diſcrimina ſubijſſe:ſed euētu tn̄ eiuſcemodi vt victrix ad extremum pietas,& victoriam de impietate iuſtiſſimam ſemper retulerit,& glorioſiſſimū ſuperisq; hominibusq; plaudentibus triumphum egerit.

Quatuor quæ ſubſecuturæ erant orationes,immatura morte non abſoluit.

CHRISTOPHORI LONGOLII EPIST. LIB. I.

CHRIST. LONGOLIVS P. BEMBO S.

SIQVID hic eſſet qđ te ſcire oportere exiſtimarē, ſcriberem id ad te cum libenter, tū pluribus etiā verbis diligēter. Nūc omnino eiuſmodi res noſtræ ſūt, vt quid tibi literis meis ſignificē, plane nō habeā, Niſi illud fortaſſe ſcire vis, me ad hanc diem tuas ad tuos literas expectaſſe, vt Patauium proficiſcens, aliquod ſcribendi argumentum inde colligerem. Scripturus eras tu quidē Piſauro, ſed nihil adhuc illinc. Suſpicabantur tui cū has exararē: te iam Florentiā, ſi quidem Piſauro eo recta profectus eſſes, veniſſe. Ego autem has tibi Romæ redditum iri: vbi velim negocia noſtra ita cures, vt & ego ſemp ſperaui, & tu te facturū mihi recepiſti. Illud vero an epiſtola magnope dignū ſit, haud equidē ſcio, non mihi tamen prętereundū exiſtimaui: vt

cogno ſcas quo par ſit animo,tuos abſentiā tu am tuliſſe,cū vel beſtias diſceſſum tuū luxiſſe videamus. Scito Bembinum delitias tuas deſiderio tui pene extinctū eſſe:certe dolorē quē ex abſentia tua cōtraxerat, nobis & bidui inedia, & perpetuo viulatu diſcurſuq́ʒ teſtat⁹ eſt. Nunc etſi ad cibum,nondum tamen ad priſtinam illam ſuā alacritatem rediјt,mœſtus ſemper,& ad contrectationes blanditiasq́ʒ noſtras ſubringens. Tu cura vt valeas. id enim & nos facimus:ac ſimul operam dabimus,vt ne fruſtra cōſuetudine,cōuictu,conſilijs tuis vſi vnq̄ videri poſſimus.Saluta mihi communes amicos:ſimul & illud quidnam ſit fac intelligam, q̀ me nonnulli cominiſcūtur de ingenijs Romanorū interrogatum,reſpondiſſe,Non crepare montes.Ego enim cum id nunq̄ dixi,tum vero cuiuſmodi ſit intelligere non poſſum.Vale.] Venetijs proficiſcens.xiiij.Calend.Maii.

CHRIST.LONG.P.BEMBO. S.

Literas quas ad me Florentia quinto Calend.Maii dediſti,accepi ad nonum Calend.Iu.perbreueis quidem illas,ſed mihi ſane longe gratiſſimas:vt cui nihil optati⁹ eſſet,q̄ de te,ex te ipſo aliquid tandem audire. Nam poſtq̄ Venetijs profectus eras,nihil neqʒ a te neqʒ de te in eum diem, ad me quidem perlatū fuerat: neqʒ vero poterā tibi a nauigationis itinerūq́ʒ difficultatib⁹ nō magnope timere, qui te cū tuapte natura haud ita firmū,

tum ex vetere illo & difficillimo morbo nondum plane confirmatum,in viam dediſſes. Leuaſti itaq; tu me magna ſollicitudine: liberauit autem plane nuper frater tuus,qui te pridie Non. Mai. Romā ſaluū incolumēq; veniſſe affirmaret,quo plane nuncio tāta ſum lętitia affect⁹,quāta par eſt eū qui te cum naſcētis laudis ſuę fautorē agnoſcit,tū ſperatę dignitatis authorem fore confidit. Profecto niſi me fidelissimis atq; amantiſſimis conſiliis tuis iuuiſſes(vt cętera diſſimulent,quę & maxima & innumerabilia ſunt,tua erga me merita) nō modo is adhuc eſſem,qui anno ſuperiore erā,hoc eſt viæ qua ad bene dicēdi facultatem iter eſt, omnino ignarus, ſed ne ſperare quidem vllū mihi ſtudiorū meorū fructum vnq̄ licuiſſet. Quod eo quidem ptinet,vt intelligas q̄ mihi ſalus tua curę vel ſit,vel eſſe debeat:ſi modo is ego ſum vt plane ſum,qui officiū meū,memorēq; erga benemeritos animū libēter præſtare ſoleā. Bolducus hic aliquot dies nobiſcū fuit: nobiſcū inquam,q̄ domum noſtram familiariter vētitarit,horaſq; multas ſuauiſſimo ſermone nobiſcum cōſumere ſit ſolitus. Is cum me ſępe inuitatum,ad cœnā aliq̄n tandē perduxiſſet,lauteq; ac ſplēdide accepiſſet:ad extremū a me etiā cōtēdit,vt opib⁹ ſuis perinde atq; tuis vterer. quod quidem vtrum ille ſua ſponte,an cōmēdatione tua adductus fecerit,haud equidem ſcio. Vtrocunq; modo,ſiue etiam vtraq;

de cauſa id fecerit, velim per literas tuas intel ligat, cum humanitatem, ſtudium, officiũq́ il lud ſuum mihi fuiſſe gratiſſimum, tum vero me ſibi mirificas apud te gratias egiſſe. Pari li beralitate nobis & animum & domum ſuã pa tefecit Nauageri⁹ noſter: qui nos hic etiã Cal. Mai. viſit, atq; vt te ſuis verbis ſalutarem ma gnopere rogauit. Proſequebatur Lud. Foſcarũ Vincentiam, eodem itinere Veronã profectu rus: atq; ſi res ferret, illic cum Turrianis fratri bus ęſtatem conſumpturus. Ego vero cum ad Id. Mai. Venetias nauigaſſem, etſi Octauiani Grimoaldi hoſpitio ſum vſus, fui tamẽ domi tuæ, atq; apud te eſſe vt volum⁹, id eſt rectiſſi me, omnia cognoui. de quo, etſi tuorum literis multorũq́ nũcijs crebro ſis certior, putaui tã men meatum eſſe partiũ ea de re aliquid ad te ſcribere. Dedi ad te epiſtolã Venetijs profi ciſcẽs, ſub id fere tẽpus cũ tu Florẽtiã aut iam aduentaras, aut certe appropinquabas: ea tibi reddita fuerit nec ne, ſi ad me ſcripſeris, gratiſ ſimũ mihi quidẽ feceris. Nos hic interea dabi mus operã, vt quã de nobis p̃dicatione tua cõ citaſti expectationẽ, hanc ſuſtinere ac tueri ali quando poſſimus. Vale. Patauij. iiij. Cal. Iunij.

CHRIST. LONG. P. BEMBO, S.

PErpaucis dieb⁹ ad eas quas tu ad me Florentia literas dediſti, reſcripſerã, cum mihi alteræ abs te Roma ſunt redditæ: in q̃bus me illa mirifice de

lectarũt,cum quę in eandē quidē cũ ſuperioribus rationem, ſed multo me hercule ſubtiliꝰ luculentiusq́ ſcripta erãt, tũ q̃ de amica Põt. Maximi erga me voluntate ſignificabas.Illud vero mihi tam gratũ fuit q̃ minime expectatum,ꝙ eum meis verbis veneratꝰ eſſes. Nam cum ad ipſum nihil om̃ino literarũ dare ſim auſus,ne ſummas eius occupationes interpellarē,cuperem autē me illi & gratum & memorē probare,nec qua id ratione aſſequerer mihi in mentē veniſſet:reperiſti tu viã,immo vero confeciſti ipſe per te ex ſentētia mea negocium,cum nihil facile minꝰ ſperarē, aut oĩno iam cogitarem.Sed hoc plane tuum eſt mi Bẽbe,non ita deniq; amicorum rationibus conſulere ſi admoneare,ſed omneis eorũ cogitationes officijs tuis præuenire atq; ſupare. Nã vt etiam pecunia ex Principis fiſco mihi p̃rogaretur,curaſti. quod quidē ipſum ſane ſum admiratus,neq; tamen ex ea quã tu fortaſſe ſuſpicaris,parte, ꝙ nihil huiuſmodi poſtularã, etiam ſperaram:ſed quia nõ horũ eſt neq; tēporum neq; morum, æs alienum ad diē diſſoluere,nedũ gratuitã penſionũ pecuniam præſentare.Pari te diligentia in ijs vſurũ eſſe confido,q̃ tibi de me cũ Io.Pino Regis Franci legato ſunt cõmunicanda.Aderit ipſe vltro: ita em̃ pollicitus eſt.Incumbite(quæſo)in eã rem, atq; inter vos cõmētemini,qua ratione fortunã noſtrã ſubleuare,& põtificijs me beneficijs

ornare poſſitis. Ego enim ab omni alia cogita tiōe auerſus, curas, ſtudia, ſenſus deniq; omeis meos, ad excolendū iis literis animū te autho re traduxi: in qbus ſi quicq̄ profecero, potero tua quidē ſententia, amicorū meorū nō ſuſtine re modo gratiam ac tueri officia, verumetiam remunerare atq; illuſtrare bñficia: vt ego verò ſuſpicor mihi deſperandum non erit, quin eis tam magno ſim aliqñ ornamento q̄ ipſi mihi præſidio extiterint. Aduētu tuo refrigeratos eſſe iniquos leuiſſimorū hominū de me ſermo nes ex literis M. Antonij Michaelis nuper in= tellexerā: ex tuis hoc amplius cognoui, cuiuſmo di id tandē eſſet, qd̄ in me cōtuliſſent. Res pla= ne ridicula: ſed meo tamen neſcio quo fato, ex iſtiuſmodi nugis tragœdiæ nobis iſtic quoti= die excitantur. Atqui non tā ſum miratus ho mines ſui ſimillimos iſta aduerſum me cōmi= niſci, q̄ viros quoſdā plurimis atq; optimis ar tibus ornatos huiuſmodi rumoribus cōmoueri atq; in me etiā incitari. Sedaſti tu qdē hoſce rumores tuo aduētu. ſed qd mi Bēbe, ſi tu aut Romam oino nō veniſſes, aut mihi parū ami cus eſſes? Iterū, opinor, in inuidiam crimenq; abſens vocarer, vel indicta potius cauſa inno= cens dānarer. Scis enim quod etiā apud te fre quēter ſum queſtus, fortunā cū natura mea pu gnare huiuſmodi ratione fieri, ne mihi qcq̄ aſſumā, qd iure poſſit, non dico boni, ſed oino maleuolētiſſimi cuiuſq̄ aim offendere. Illius ini

quitate mihi vſu venire, vt vitę meæ curſus, aut potius hic noſter ſeceſſus, q̃libet obſcur⁹, minime certe inuidioſus, maleuolorum obtre ctationibus facile pateat. Si Italos odiſſem, nũ q̃ profecto relicta domo, patria, breuiter meis oibus reclamãtibus huc properaſſem, vt cum Italis in Italia viuerẽ. Si de Romanis male ſen tirẽ, ciuis Roman⁹ neq; eſſe neq; numerari ſa ne vellẽ. Verũ qm̃ de his cũ eodẽ Michaele, eo conſilio nup pluri b⁹ egi, vt eos meis verbis do ceret atq; cõmonefaceret, ne ſibi qcq̃ de me te mere pſuaderi ſinerẽt: ſuperſedeo ea ad te ſcri bere, q̃ mihi nũc in mentẽ veniũt: veniũt aũt mihi crede, q̃plurima: ſed nolo tibi moleſt⁹ eſ ſe. Tantũ te rogo, vt tuã in me defendẽdo con ſuetudinẽ mihi præſtes: & iſtorũ criminibus, quod te facturũ oſtẽdis facisq;, reſiſtas. Q̃d de P. Paccio ſcribis, id huiuſmodi ẽ, vt ea qdẽ vir ille noſtri amãtiſſimus dixerit, quę & ipſe for taſſe cupiat, & ex re mea fore exiſtimet, nõ au tẽ quid ego ſtatutum habeam. Statui autem (q̃d quidẽ inter nos liceat dicere) niſi qd aliud accidat, hoc ipſo, cuius mihi poteſtatẽ Põt. Ma xim⁹ liberalitate ſua facit, ocio perfrui: idq; vel vt tibi morẽ gerã, q hoc noſtrũ iſtitutũ mihi probare ſemp es viſus, vel qa ipſe ego hui⁹ cõ ſilij maiorẽ i dies ſingulos, neſcio an frũctũ, vo luptatẽ certe pcipio. Hinc porro in eũ ſermo nẽ Pacciũ veniſſe opinor, q Mariano Caſtella no, vt Florentinorũ conditiones acciperem, a

me vehementer etiam atq; etiam petenti, per literas reſponderim, nihil me tanta de re pri⁹ eſſe conſtiturũ q̃ affineis meos conſuluiſſem: iis autem rem aut non probantibus, aut etiã extrahentibus, me meo cõſilio eſſe vſurũ, atq; in amicorũ, quos mihi in Italia comparaſſem, poteſtate futurũ. Fac (amabo te) legas quã in hanc ſententiam ad Marianum epiſtolã ſcripſi. nam ad Pacciũ ea de re ne verbum quidẽ, quando nec ipſe ad me qcq̃. Videbis me eo cõmẽto vſum, vt ſi preciſe & ſine vlla exceptione quod petebatur negaſſem, ne illi me aut ſuperbũ, aut inſanũ ſuſpicarentur, qui tãta, eaq; amicorũ opera mihi cõfecta cõmoda pręmiaq; inſolenter repudiarẽ. Ad collegã tuum omnino ſcripſiſſem, niſi cõſtans fama iã multos dies hic percrebuiſſet, eũ ſimul atq; tu Romam veniſſes in prouinciã ſuam eſſe profectũ, cui⁹ rei (ſi tibi nõ eſt moleſtum) velim me facias certiorem. Vale. Patauii. IIII. Id. Iun.

CHRISTO. LONG. P. BEMBO S.

EPIſtole argumentũ ad te nullum prorſus haberem, niſi id mihi Flauius noſter ſuis ad me literis p̃buiſſet. Ad hũc enim cum mihi omnino literę dandę eſſent, quę quidem niſi per te commode ei reddi non poſſunt: effecit ſane, vt ad te etiam eo nomine ſcriberem. Leue (inquies) argumentum. At qđ ad te ſcribam aliud plane non habeo: niſi tu fortaſſe illud ſcire vis, vt certe vis, quo modo

hic ęſtatem traducamus. Traducimus autē, mihi crede, ſumma cum voluptate. Diē enim ita conſumo, vt matutinas horas latinis lectiunculis tribuā, prandium trigonali pila condiam: nō quo noſtrę eiuſmodi ſint menſę, vt hoc condimēti genere magnopere indigeant: nec enim multū vel ſplendore vel lautitia veſtris cedunt, ſed ita valetudini noſtrę libēter conſulimus. A cibo tempus varijs ſermonibus ducitur: poſtea dū ſe calor frangat leuiter meridiamur. quietē græcæ, & interiores literæ excipiunt. Sub has eadē pila in cœnam exercemur, ſed meo ſane arbitratu, id eſt vſq; ad ruborem citra ſudorem. Reliquas diei partes veſpertinę ambulatiunculę, eęq; aut propter aquarum decurſus aliquos, aut ſpatioſis in cāpis lentæ ſibi vēdicāt. Q; ſiquādo maiore ęſtus vi vrgemur, admiſſis equis concurſantes vrbē obimus. Simulac me in cubiculum abdidi, reputo ſtatim mecum, quid eo die memoria, quid ſcientia cōprehenderim. Noctē a prima ſtatim vigilia ſomno damus: cum ſole ad eaſdē vices ſacris operati redimus. Quid quęris? Vtor literis, quantum ſemper optaui: fruor ocio, quantum nūq̄ ſperaui. An vero tātę felicitatis fructus mihi conſtet, ni forte tam felix ocium ocij eſt fruct⁹ vberrimus, ſenties aliquādo fortaſſe tu, quē mihi fortuna dedit ſtudiorum meorū adiutorē, tanti ocii authorē, multarū & clariſſimarū amicitiarum cōciliatorē, deniq; nō inimicorū mo

ne Chriſtiana loquare impure,de rep.ipſa cõ-
ſilia ineas ſceleratiſſime. Verum anteq̃ ad con
uellendam omnem Mart. Luteri diſputatiõis
rationem aggrediamur,vos etiam atq; etiam
admonitos velim ne hoc difficilius excolẽdos
vos nobis ſanãdosq́; præbeatis, ꝙ a vobis qui
quidem hic eſtis oĩno pauci, alios item cõplu-
res in ſententiã ſuã perduxiſſe ille videatur.
Neq;.n.decet,neq; certe cõuenit vos,quos ego
minime oĩm agreſtes eſſe ſcio,minimeq́; per-
tinaces fore iudicaui,leuiſſime atq; perditiſſi-
me ꝓuincię illius plebis multitudine temere
cõmoueri:q̃ cũ oĩm rerũ & ſacrarũ in primis ſit
imperitiſſima,tũ vero nihil habeat in optatis
prius q̃ vt pręſens reip.ſtat⁹ quauis ſemper ra
tione cõmutet̃. Hi enim ſunt iam olim deſcri
pti & a ſapientiſſimo quoq; notati multitudi-
nis mores:Laudare pręterita,odiſſe pręſentia:
cupere futura:idq́; eos ipſum optare,etiam vt
nulla melioris ſpes ſtat⁹ eis oſtendatur. Quid
illam igitur non facturã vel auſuram certe cẽ
ſendũ eſt,ſiquis infinitę licentię ac ſummę im
punitatis ſpẽ,hancq́; ipſam quaſi deo authore
vulgo afferat?Nam ꝙ aliquot etiam nõ omni
no peſſimos neq; poſtremę ſortis homines cũ
Lutero facere, nulloq́; negocio ab eo ꝑſuaſos
in iſtã ſententiã ꝓtinus iſſe admiramini : ego
vero aliqñ ſum mirat⁹ tantũ in Chriſtianorũ
hominum nõnullis ineſſe leuitatis,vt cũ tãta
de re etiã atq; etiã deliberãdũ eſſet, ſtatim tñ

& temere pluris furioſi iſti⁹ nebulonis ſomnia & optata, q̃ perpetuũ reip. cõſenſum atq; iudicium faciũdum exiſtimarẽt. Verũ poſtea q̃ circũſpectis reb⁹ oĩbus atq; etiã repetita ex litera rũ monumẽtis veterum ſeditionũ memoria, eoq; in primis mihi propoſito, qđ & Chriſtus ipſe & Legati eius de cõcordia ſanctę ciuitatis ſępius diſſoluẽda ſarciendaq; prędixiſſent: ipſe me collegi equidem: neq; rem ſecus adhuc cecidiſſe cognoui q̃ par fuerat, neq; aliũ atq; ciuiles ſuperiorum temporũ motus exitũ habuiſſent, partes iſtas finem habituras eſſe iudicaui. Etenim cũ hęreſes illę alijs atq; alijs temporibus non præfecturam modo aliquam vt hæc, aut etiã Prouinciã, ſed vniuerſum pene terrarum orbem ſummo plauſu peruagatæ eſſent: perfectum eſt tamen cum ampliſſimi collegij cõſtãtia, atq; ipſorũ Pontificum virtute, tũ bonorũ conſenſu atq; ſumma cauſæ ipſius ęquitate, vt oẽs tandẽ multitudinis quoq; iudicio dãnatę & ad nihil redactę prorſus extinguerẽtur. Quis Neſtoreo quodã tẽpore vulgo gratioſior? quis Arrio aliqñ etiã potẽtior? quis Dioſcoro popularior? qs Mõtano ſectatorũ copijs munitior? quis Apollinari iuniore vel in diſſerẽdo acutior, vel in ſacrorum librorũ lectiõe diligentior, vel principum in rep. virorũ amicitijs illuſtrior? Quid? an cæterarũ factionũ ducibus authoritatẽ initio & multitudinis cõſpirationem defuiſſe arbitramini? Floruerũt oẽs

opib⁹,floruerũt artibus,viguerũt ingenio,eloquentia,induſtria. Ab omnibus deniq; vel naturæ,vel fortunæ, vel ſtudiorum ornamentis inſtructiores illi cum fuiſſent & paratiores, q̃ Martinus ipſe Luterus quantumuis ambitioſus,hodie vel optare audeat,iacuerunt tamen ad extremum omnes,obſoletisq; & extinctis tãdem eorum partibus recuperauit ius ſuum reſpublica:atq; ita recuperauit vt ſummi Põtificis & ampliſſimi collegij decreta q̃ minime omnium popularia,ſed ſeuera & improbis triſtia,valerent tamen,eamq; inter mortaleis oẽs,quam etiam nunc habent authoritatẽ aſſequerẽtur & obtinerent. Et quia nõnullos veſtrũ repẽtina vnius aut alterius municipij imperitæ multitudinis defectio,quaſi diuinit⁹ facta religioſius cõmouere videtur: tantũ abeſt vt id bonis, diuinæ voluntatis ſignificationẽ det aliquã,vt etiã maleſuadæ noxæ fraudibus factũ eſſe iudicetur. An non videtis ita multitudinis ingenio comparatum eſſe, vt vulgus deterrima quæq; celerrime amplectatur:ad ea quæ ſint optima cũctantius ſemper & diffidẽtius accedat? Ecquid priſco illo deorum cultu turpius fuit,flagitioſius,ſceleratius? attamen mortales omnes extra Iudęos & paucos de cęteris gẽtibus ſapiẽtiores quoſdã,nulla neq; ſane cauſa adducti,neq; vi maiore coacti,eũ ſtatim cupidiſſime cõplexi quaſi legitimũ ac etiã de cœlo in terras demiſſum diu ꝓbauerũt. Ec

quid contra Chriſti Opt. Max. vel doctrina diuinius, vel vita ſanctius, vel potētia illuſtrius vnq̄ extitit? Ab eo tamen ipſo ex omni populo hebręo, cui q̄dē ille oīm vatū oraculis ꝑmiſſus eſſet & expectat⁹, vix duodecim quos ad diuinā cauſam adiūgeret, repertos eſſe viros nō ignoratis: atq; hos ipſos tam infirmie animatos vt vnius eorū perfidia proderetur, a reliqs metu deſertus & deſtitutus in ſceleratas ac crudeles hoſtium man⁹ miſerabiliter deueniret. Cōferte (quęſo) aliquādo Iouis hominis cōtaminatiſſimi, cōferte ſi lubet etiā Mahumetis impuriſſimi ſuperſtitiones cū ſacroſancta & diuina Chriſti Opt. Max. religione atq; pietate, deſinetis eñ ſcio, iſtā deſertorū vel trāsfugarū potius multitudinē tātopere admirari, quę tñ ipſa ſi nobis q nō hūana & externa ſeditioſorū vocabula induimus, ſed vnū Chriſti nomē ſequimur, chriſtianiq; & dici & eē volumus: ſi nobis inquam multitudo iſta cōparet, ne exiguę q̄dē priuati alicui⁹ familię rōnē ad celeberrimę ciuitatis frequētiā hře repiet. Atq; vt iſtī tutę orōnis exitū aliqñ expediā: q̄ties vobis ī mētē veniet Luterū paucis ānis populariū ſuorū multos ī ſentētiā iſtā adduxiſſe: facite vt eodē reſpiciatis tpe, primū q̄dnā hoim genus cū eo ī Rēp. cōiurarit. occurrēt vobis. f. ꝑter eos q̄s hic bñ paucos honeſtiores video, caupōes tñ, ſtabularij, muliōes, lanij, farctores, cupediarij, ganeones, helluōes, decoctores, fures, ſicarij, ꝑcuſſo

res,latrones,ac reliqua iſtiuſmodi hoı̃m turba atq; colluuio,& quaſi quoddã ſeditionũ ſeminariũ.quos quidẽ ille inſtitutis ſuis non ad bonã frugẽ traduxerit(hoc eñ & bonis oı̃b⁹ optãdũ fuit,& ab eo certe qui ſe hodie Chriſtianæ virtutis ęmulũ vnum eſſe gloriaretur præſtãdũ)ſed ad omnẽ magis petulantiã,audaciã,immanitatẽ ſuis cõcionibus & ſcriptis inflãmarit.Deinde vobis proponite qbus voluptatũ illecebris,quibus licentię & impunitatis pollicitationibus miſerã ac perditã illã plebis fecẽ allexerit,& hodie vinctã teneat homo apd ſobrios quidẽ & intelligentes rerũ exiſtimatores indocta arrogãtia ſtultiſſimus,ſed ad capiẽdos imperitę multitudinis,cõcitãdosq; vulgi aı̃os apprime eruditus,& lõge poſt hoı̃es natos veterator improbiſſimus atq; audaciſſimus:Tũ vero cogitatote,turpiſſimas quaſq; ſeditioſorũ cauſas ſubitis incremẽtis quidẽ prouectas illas proceſſiſſe,ſed nullis omnino radicibus nixas,ad triſteis ſemp exitus atq; fœdiſſimos caſus properaſſe.Rei vero publicę & proceſſus initio tardos fuiſſe,& ſtatũ grauiſſimis ſępe tẽpeſtatib⁹ iactatũ multa diſcrimina ſubijſſe:ſed euẽtu tñ eiuſcemodi vt victrix ad extremum pietas,& victoriam de impietate iuſtiſſimam ſemper retulerit,& glorioriſſimũ ſuperisq; hominibusq; plaudentibus triumphum egerit.

Quatuor quæ ſubſecuturæ erant orationes,immatura morte non abſoluit.

CHRISTOPHORI LONGOLII EPIST. LIB. I.

CHRIST. LONGOLIVS P. BEMBO S.

SIQVID hic eſſet qđ te ſcire oportere exiſtimarẽ, ſcriberem id ad te cum libenter, tũ pluribus etiã verbis diligẽter. Nũc omnino eiuſmodi res noſtræ ſũt, vt quid tibi literis meis ſignificẽ, plane nõ habeã, Niſi illud fortaſſe ſcire vis, me ad hanc diem tuas ad tuos literas expectaſſe, vt Patauium proficiſcens, aliquod ſcribendi argumentum inde colligerem. Scripturus eras tu quidẽ Piſauro, ſed nihil adhuc illinc. Suſpicabantur tui cũ has exararẽ: te iam Florentiã, ſi quidem Piſauro eo recta profectus eſſes, veniſſe. Ego autem has tibi Romæ redditum iri: vbi velim negocia noſtra ita cures, vt & ego ſemp ſperaui, & tu te facturũ mihi recepiſti. Illud vero an epiſtola magnope dignũ ſit, haud equidẽ ſcio, non mihi tamen pretereundũ exiſtimaui: vt

cognoſcas quo par ſit animo, tuos abſentiā tuam tuliſſe, cū vel beſtias diſceſſum tuū luxiſſe videamus. Scito Bembinum delitias tuas deſiderio tui pene extinctū eſſe: certe dolorē quē ex abſentia tua cōtraxerat, nobis & bidui inedia, & perpetuo vlulatu diſcurſuq; teſtat⁹ eſt. Nunc etſi ad cibum, nondum tamen ad priſtinam illam ſuā alacritatem rediit, mœſtus ſemper, & ad contrectationes blanditiasq; noſtras ſubringens. Tu cura vt valeas. id enim & nos facimus: ac ſimul operam dabimus, vt ne fruſtra cōſuetudine, cōuictu, conſiliis tuis vſi vnq̄ videri poſſimus. Saluta mihi communes amicos: ſimul & illud quidnam ſit fac intelligam, q; me nonnulli cominiſcūtur de ingeniis Romanorū interrogatum, reſpondiſſe, Non crepare montes. Ego enim cum id nunq̄ dixi, tum vero cuiuſmodi ſit intelligere non poſſum. Vale.] Venetiis proficiſcens. xiiii. Calend. Maii.

CHRIST. LONG. P. BEMBO. S.

Literas quas ad me Florentia quinto Calend. Maii dediſti, accepi ad nonum Calend. Iu. perbreueis quidem illas, ſed mihi ſane longe gratiſſimas: vt cui nihil optati⁹ eſſet, q̄ de te, ex te ipſo aliquid tandem audire. Nam poſtq̄ Venetiis profectus eras, nihil neq; a te neq; de te in eum diem, ad me quidem perlatū fuerat: neq; vero poterā tibi a nauigationis itinerūq; difficultatib⁹ nō magnope timere, qui te cū tuapte natura haud ita firmū,

tum ex vetere illo & difficillimo morbo nondum plane confirmatum, in viam dediſſes. Leuaſti itaq; tu me magna ſollicitudine: liberauit autem plane nuper frater tuus, qui te pridie Non. Mai. Romã ſaluũ incolumẽq; veniſſe affirmaret, quo plane nuncio tãta ſum lętitia affect⁹, quãta par eſt eũ qui te cum naſcẽtis laudis ſuę fautorẽ agnoſcit, tũ ſperatę dignitatis authorem fore confidit. Profecto niſi me fideliſſimis atq; amantiſſimis conſiliis tuis iuuiſſes (vt cętera diſſimulent, quę & maxima & innumerabilia ſunt, tua erga me merita) nõ modo is adhuc eſſem, qui anno ſuperiore erã, hoc eſt viæ qua ad bene dicẽdi facultatem iter eſt, omnino ignarus, ſed ne ſperare quidem vllũ mihi ſtudiorũ meorũ fructum vnq̃ licuiſſet. Quod eo quidem ptinet, vt intelligas q̃ mihi ſalus tua curę vel ſit, vel eſſe debeat: ſi modo is ego ſum vt plane ſum, qui officiũ meũ, memoremq; erga benemeritos animũ libẽter præſtare ſoleã. Bolducus hic aliquot dies nobiſcũ fuit: nobiſcũ inquam, q̃ domum noſtram familiariter vẽtitarit, horaſq; multas ſuauiſſimo ſermone nobiſcum cõſumere ſit ſolitus. Is cum me ſępe inuitatum, ad cœnã aliq̃n tandẽ perduxiſſet, lauteq; ac ſplẽdide accepiſſet: ad extremũ a me etiã cõtẽdit, vt opib⁹ ſuis perinde atq; tuis vterer. quod quidem vtrum ille ſua ſponte, an cõmẽdatione tua adductus fecerit, haud equidem ſcio. Vtrocunq; modo, ſiue etiam vtraq;

de cauſa id fecerit, velim per literas tuas intel ligat, cum humanitatem, ſtudium, officiũq; il lud ſuum mihi fuiſſe gratiſſimum, tum vero me ſibi mirificas apud te gratias egiſſe. Pari li beralitate nobis & animum & domum ſuã pa tefecit Nauageri⁹ noſter: qui nos hic etiã Cal. Mai. viſit, atq; vt te ſuis verbis ſalutarem ma gnopere rogauit. Proſequebatur Lud. Foſcarũ Vincentiam, eodem itinere Veronã profectu rus: atq; ſi res ferret, illic cum Turrianis fratri bus ęſtatem conſumpturus. Ego vero cum ad Id. Mai. Venetias nauigaſſem, etſi Octauiani Grimoaldi hoſpitio ſum vſus, fui tamẽ domi tuæ, atq; apud te eſſe vt volum⁹, id eſt rectiſſi me, omnia cognoui. de quo, etſi tuorum literis multorũq; nũcijs crebro ſis certior, putaui tã men mearum eſſe partiũ ea de re aliquid ad te ſcribere. Dedi ad te epiſtolã Venetijs profi ciſcẽs, ſub id fere tẽpus cũ tu Florẽtiã aut iam aduentaras, aut certe appropinquabas: ea tibi reddita fuerit nec ne, ſi ad me ſcripſeris, gratiſ ſimũ mihi quidẽ feceris. Nos hic interea dabi mus operã, vt quã de nobis ꝑdicatione tua cõ citaſti expectationẽ, hanc ſuſtinere ac tueri ali quando poſſimus. Vale. Patauij. iiij. Cal. Iunij.

CHRIST. LONG. P. BEMBO, S.

PErpaucis dieb⁹ ad eas quas tu ad me Florentia literas dediſti, reſcripſerã, cum mihi alteræ abs te Roma ſunt redditæ: in qbus me illa mirifice de

lectarũt,cum quę in eandẽ quidẽ cũ ſuperiori-
bus rationem, ſed multo me hercule ſubtiliꝰ
luculentiusq́ ſcripta erãt, tũ q̃ de amica Põt.
Maximi erga me voluntate ſignificabas.Illud
vero mihi tam gratũ fuit q̃ minime expecta-
tum,ꝙ eum meis verbis venerat⁹ eſſes. Nam
cum ad ipſum nihil om̃ino literatũ dare ſim
auſus,ne ſummas eius occupationes interpel
larẽ,cuperem autẽ me illi & gratum & memo
rẽ probare,nec qua id ratione aſſequerer mihi
in mentẽ veniſſet:reperiſti tu viã,immo ve-
ro confeciſti ipſe per te ex ſentẽtia mea nego-
cium,cum nihil facile minꝰ ſperarẽ, aut oĩno
iam cogitarem.Sed hoc plane tuum eſt mi Bẽ
be,non ita deniq; amicorum rationibus con-
ſulere ſi admoneare,ſed omneis eorũ cogitati-
ones officijs tuis præuenire atq; ſupare. Nã vt
etiam pecunia ex Principis fiſco mihi p̃roga-
retur,curaſti. quod quidẽ ipſum ſane ſum ad-
miratus,neq; tamen ex ea quã tu fortaſſe ſu-
ſpicaris,parte, ꝙ nihil huiuſmodi poſtularã,
etiam ſperaram:ſed quia nõ horũ eſt neq; tẽ-
porum neq; morum, æs alienum ad diẽ diſſol
uere,nedũ gratuitã penſionũ pecuniam præ-
ſentare.Pari te diligentia in ijs vſurũ eſſe con
fido,q̃ tibi de me cũ Io.Pino Regis Franci le-
gato ſunt cõmunicanda. Aderit ipſe vltro: ita
eñ pollicitus eſt.Incumbite(quæſo)in eã rem,
atq; inter vos cõmẽtemini,qua ratione fortu-
nã noſtrã ſubleuare, & põtificijs me beneficijs

ornare poſſitis. Ego enim ab omni alia cogita tiõe auerſus, curas, ſtudia, ſenſus deniq; omeis meos, ad excolendũ iis literis animũ te autho re traduxi: in qbus ſiquicq̃ profecero, potero tua quidẽ ſententia, amicorũ meorũ nõ ſuſtine re modo gratiam ac tueri officia, verumetiam remunerare atq; illuſtrare bñficia: vt ego vero ſuſpicor mihi deſperandum non erit, quin eis tam magno ſim aliqñ ornamento q̃ ipſi mihi præſidio extiterint. Aduẽtu tuo refrigeratos eſſe iniquos leuiſſimorũ hominũ de me ſermo nes ex literis M. Antonij Michaelis nuper in tellexerã: ex tuis hoc amplius cognoui, cuiuſmo di id tandẽ eſſet, qđ in me cõtuliſſent. Res pla ne ridicula: ſed meo tamen neſcio quo fato, ex iſtiuſmodi nugis tragœdiæ nobis iſtic quoti die excitantur. Atqui non tã ſum miratus ho mines ſui ſimillimos iſta aduerſum me cõmi niſci, q̃ viros quoſdã plurimis atq; optimis ar tibus ornatos huiuſmodi rumoribus cõmoueri atq; in me etiã incitari. Sedaſti tu qdẽ hoſce rumores tuo aduẽtu. ſed qd mi Bẽbe, ſi tu aut Romam oino nõ veniſſes, aut mihi parũ ami cus eſſes? Iterũ, opinor, in inuidiam crimenq; abſens vocarer, vel indicta potius cauſa inno cens dãnarer. Scis enim quod etiã apud te fre quẽter ſum queſtus, fortunã cũ natura mea pu gnare huiuſmodi ratione fieri, ne mihic qcq̃ aſſumã, qđ iure poſſit, non dico boni, ſed oino maleuolẽtiſſimi cuiuſq̃ aim offendere. Illius ini

quitate mihi vſu venire, vt vitę meæ curſus, aut potius hic noſter ſeceſſus, q̃libet obſcur⁹, minime certe inuidioſus, maleuolorum obtrectationibus facile pateat. Si Italos odiſſem, nũ q̃ profecto relicta domo, patria, breuiter meis oĩbus reclamãtibus huc properaſſem, vt cum Italis in Italia viuerẽ. Si de Romanis male ſentirẽ, ciuis Roman⁹ neq; eſſe neq; numerari ſane vellẽ. Verũ qm̃ de his cũ eodẽ Michaele, eo conſilio nup pluri⁹ egi, vt eos meis verbis doceret atq; cõmonefaceret, ne ſibi qcq̃ de me temere pſuaderi ſinerẽt: ſuperſedeo ea ad te ſcribere, q̃ mihi nũc in mentẽ veniũt: veniũt aũt mihi crede, q̃plurima: ſed nolo tibi moleſt⁹ eſſe. Tantũ te rogo, vt tuã in me defendẽdo conſuetudinẽ mihi præſtes: & iſtorũ criminibus, quod te facturũ oſtẽdis facisq;, reſiſtas. Qđ de P. Paccio ſcribis, id huiuſmodi ẽ, vt ea qdẽ vir ille noſtri amãtiſſimus dixerit, quę & ipſe fortaſſe cupiat, & ex re mea fore exiſtimet, nõ autẽ quid ego ſtatutum habeam. Statui autem (qđ quidẽ inter nos liceat dicere) niſi qd aliud accidat, hoc ipſo, cuius mihi poteſtatẽ Põt. Maxim⁹ liberalitate ſua facit, ocio perfrui: idq; vel vt tibi morẽ gerã, q hoc noſtrũ iſtitutũ mihi probare ſemp es viſus, vel qa ipſe ego hui⁹ cõſilij maiorẽ i dies ſingulos, neſcio an frũctũ, voluptatẽ certe pcipio. Hinc porro in eũ ſermonẽ Pacciũ veniſſe opinor, q Mariano Caſtellano, vt Florentinorũ conditiones acciperem, a

hic ęſtatem traducamus. Traducimus autē, mihi crede, ſumma cum voluptate. Diē enim ita conſumo, vt matutinas horas latinis lectiunculis tribuā, prandium trigonali pila condiam: nō quo noſtrę eiuſmodi ſint menſę, vt hoc condimēti genere magnopere indigeant: nec enim multū vel ſplendore vel lautitia veſtris cedunt, ſed ita valetudini noſtrę libēter conſulimus. A cibo tempus varijs ſermonibus ducitur: poſtea dū ſe calor frangat leuiter meridiamur. quietē græcæ, & interiores literæ excipiunt. Sub has eadē pila in cœnam exercemur, ſed meo ſane arbitratu, id eſt vſq; ad ruborem citra ſudorem. Reliquas diei partes veſpertinę ambulatiunculę, eęq; aut propter aquarum decurſus aliquos, aut ſpatioſis in cāpis lentæ ſibi vēdicāt. Q; ſiquādo maiore ęſtus vi vrgemur, admiſſis equis concurſantes vrbē obimus. Simulac me in cubiculum abdidi, reputo ſtatim mecum, quid eo die memoria, quid ſcientia cōprehenderim. Noctē a prima ſtatim vigilia ſomno damus: cum ſole ad eaſdē vices ſacris operati redimus. Quid quęris? Vtor literis, quantum ſemper optaui: fruor ocio, quantum nūq̄ ſperaui. An vero tātę felicitatis fructus mihi conſtet, ni forte tam felix ocium ocij eſt fruct9 vberrimus, ſenties aliquādo fortaſſe tu, quē mihi fortuna dedit ſtudiorum meorū adiutorē, tanti ocii authorē, multarū & clariſſimarū amicitiarum cōciliatorē, deniq; nō inimicorū mo

do meorũ vltorẽ, ſed etiã obtrectatorũ vindi‑
cem. vt alteros tandem ſtultitię ſuę puderet,
intemperantiæ ſuę alteros pœniteret. Laſciue
nimis. At certe aliter gaudiũ meũ gaudere nõ
poſſis, nec ego tibi laſciuiẽtis ocij ſpecimẽ prę‑
bere. Qꝫ ſi tu, ne hac quidẽ in ratione, exultãs
dicendi genus admittis: ecce ad illud veſtrum
me cõfero. Vellem de me ad Marinum Geor‑
gium diligẽtiſſime ſcriberes, hoc eſt me de me
liore nota ei cõmendares. Nec enim neſcis, cũ
quanta hic in ſolitudine verſer, qui cum pedẽ
domo extuli, quẽ de facie, aut omino nominẽ
norim, offendo neminem: tũ q̃ mihi propemo
dũ opus ſit, nõ modo expediat, vt in alicuius
pricipis authoritatis viri vel fide vel amicitia
eſſe exiſtimer. Q̃ q̃ enim vt dixi, a domeſticis
nemo plane eſt quẽ ego hic cognitum habeã,
eorũ tamẽ qui ſtudioſi numerantur, nemo fe‑
re eſt qui me nõ norit. Certe vix vnq̃ prodeo,
quin his mihi vocibus paſſim aures perſonẽt.
Hiccine Gallus ille, qui in Italiã? qui Romæ?
quem Pop. Rom. noſti cęteta. Diſſiparũt enim
egregij noſtri illi ciues, me ideo Patauij eſſe, ꝙ
mihi Romę tuto eſſe nõ liceat. Eo ſane fit, vt
in tanta gladiorũ licentia mihi interdum ti‑
meã, pręſertim cum aduerſus hominẽ Gallũ,
non minor ſolum ſit facinoris verecũdia, ſed
in mea iniuria popularis etiã quędã laus pro‑
poſita eſſe videatur. Equidẽ cũ hęc mihi ĩ mẽ
tẽ veniũt, euolare hinc nõnunq̃ cupio, atq; les‑

rinam cogito, vbi ſicariorum neq; facta videã, neq; nomen audiam: non qui ſalutem literis vnq̃ ſim dictur⁹ (ingraueſcit enim in dies ſtudium) ſed vt illic ocio nõ tantum honeſto & magno, verũetiam tuto perfrui nobis liceat. Eſt mihi quidem Marinus Georgius Venetijs proficiſcẽti & ſtudiũ & authoritatẽ ſuã pollicitus: verum ruſtico neſcio quo pudore deterritus, nõdum animum inducere potui, vt me ei offerrem. Itaq; mihi gratiſſimũ feceris: difficile eſt loqui, & ſcis qd velim: ſed dicat ſane. Vel lẽ is me ſua quaſi ſpõte accerſiret, atq; omnẽ in partem tuendum ſuſciperet. Quod quidẽ ille vnus omniũ maxime poteſt, vel iure & poteſtate, quã hic habet maximã: vel conſilio & authoritate, qua vbiq; valet plurimum. Collega tuus iſtic adhuc ſit, an vero (quod quidẽ audio) in prouinciam ſuam profectus, nondum me certiorem feciſti: cum id tamen vt faceres, a te ſuperioribus literis petierim, & me ſcire, mea plurimum interſit. Non enim ignoras, & quãti hominem faciam, & q̃ de me idẽ me ſit meritus. Vereor equidem ne a me literarum officium requirat: qđ quidem ille pro multis ſuis in nos beneficijs, ſtudiorumq; & cauſæ coniunctione deſiderare non debet. An idem tibi in rationibus noſtris cum Ioã. Pino Regis Franci legato complectendus ſit, tui eſt conſilij. Ego enim etſi eũ omnia mea cauſa & velle & cupere exploratum habeo, quid tamen hac

in rē valeat,neſcio.Sed nec certe quid vos in eo genere præſtare poſſitis, ipſe ſatis intelligo earum rerũ iam plane rudis, & in huiuſmodi actionum vſu minus q̃ nunc quidem velim, olim verſatus.Itaque quid efficere poſſitis,ve ſtrum eſt ſtatuere.Meum quodcunq; mea in tereſſe duxeritis, vos valde rogare:tametſi id forte nec humanitas tua expectat, nec facile amicitia noſtra patitur.ſimul enim atq; me ĩ fidem amicitiáq; tuam contuli,me non tuẽdum modo,ſed augendum etiam atq; ornan dum ſuſcepiſti. Atqui illud etiã atq; etiam videte,ne cum Principem habeatis cum omni um liberaliſſimum,tum vobis amiciſſimum, tum eũ etiam qui me beneficijs ſuis ornatum velit:ipſi vos mihi defuiſſe videamini.Extre mum illud eſt, vt omniũ quas ad te dedi,epiſtolarum exempla mihi cures. Rides? Atqui tam ambitioſus non ſum,vt eas in honorem adducere,aut volumina referre velim:ſed me hercule ſcire cupio,cum quid adhuc ad te ſcri pſi,tum ecquid meas ad te literas om̃eis acceperis.Scripſi autem pene ſemper non tã quic quid in mentem,q̃ quicquid in buccam veniſſet.Quod quidem ipſum vſu mihi etiam nunc venit:nã cum initio nihil omnino haberem quod ad te ſcriberem,dum tecum libẽter quaſi colloquor,iuſtum pene volumẽ meo rum ad te ſermonum conſcripſi.Vale.Patauij Pridie Id.Iul.

CHRIST.LONG.P.BEMBO, S.

GRatiſſimæ mihi fuerunt tuæ literæ, quas Patauij paucorū dierū interuallo accepi eodem exemplo binas. Vidi eñ quantopere laborares, vt epiſtolæ ad nos perferrētur tuæ. niſi me fortaſſe ſchedula illa tua adductum eſſe putas vt credam, eo te conſilio vſum, ꝙ ſuperiorū genus tibi non ſatis ꝓbaret. Mihi vero ita placuerant, vt ex poſteriori bus nihil nouæ voluptatis ꝑciperē, niſi ꝙ me quaſi repetita ipſarū lectio haud mediocri voluptate afficiebat: ſed hāc ex cęteris quoq; tuis literis cōmuniter capio. Oñes eñ per ocium accuratius relegere ſoleo, ductꝰ nimirū incredibili quadā earum ſuauitate atq; elegantia: quibus q̄ me afficias nō dici poteſt. Nā ꝙ ſtudioꝝ meorū rationes ita ꝓbas, vt nos etiā de iis vehemēter laudare videaris, agnoſco humanitatem tuā. Ego enim, quod ad te proxime quoq; ſcripſi, ne fundamenta quidē tanti operis mihi adhuc ieciſſe videor: nedum in abſoluenda adornandaq; ſuperficie occupatus adhuc non ſum. q̄q̄ in eo potius laboro vt veteris eloquētiæ ſpeciem aliquam aut colorem, ſcriptis noſtris illinam, q̄ vt neruos eius ac vires in lucem reuocem, præſertim hoc tempore, nulla Rep. ſublato prorſus latine loquendi vſu. De aduentu tuo quod ſcribis, eſt ille quidē in expectatione hic maxima, neq; mihi ſane non gratiſſimus futurus: vt qui me ſperē te adiu-

tore id poſſe conſequi,quod te authore vellē cœpi. Sed vide per fortunas,num quid prius quàm iſtinc te commoueas de nobis confici poſſit. Nam cū profectione tua omnem ſpem meam debilitari,vel potius concidere video: niſi quid in Io.Pino & collega tuo præſidij fore ſperas,quod ego plane deſperaui.nam ad alterum ea de re nūquam ne verbum quidem: alter q̃ parum efficax ſit,vides.Q: mihi de Nicolai Leonici familiaritate gratularis, potes id tu quidem iure optimo,quippe qui ſuauiſſima hominis doctiſſimi,& mehercule optimi conſuetudine perfruar.Is tibi ſalutem per me referri voluit plurimam.Tu cōtra velim meis verbis ſaluere iubeas Alexādrum Capellam: quem non modo ex tuis literis,verum etiam ex Leonici noſtri collocutionib⁹ cum noſtri eſſe ſtudioſum cognoui,tum etiam virum bonum & eruditum,& multo tractādæ Reipub. vſu Senatui Veneto apprime gratum. atque hoc ipſum a me tibi ſcriptum eſſe, i ſermone, ſiquando res feret,ei ſignificabis.Quid etiam? Quid?apud te eſt vt volumus, & migrationē hanc tibi tuisq; bene & feliciter euenire optamus. Erogauit Flaui⁹ noſter in puerū meum octingentos,puto,ſeſtertios nummos:eos ſi a te petierit, cures ei q̃primum meo nomine. Nec enim ignoras vnde eos ad Calend. Mai. poſſis auferre.Vale.Venetijs Calend.Apr.

CHRIST. LONG. P. BEMBO. S.

PErgratũ mihi feciſti, ꝙ puerum meũ via
tico proſecutus es: neq; id vero ipſum tã
pueri cauſa, quem plane perditũ video,
& iſtic adhuc eſſe audio, ad me quidem nondũ
venit: q̃ ꝙ in eo quanti me faceres re oſtendi-
ſti. Verum ne impenſam cũ opera perdidiſſe ri
deamur: age, amabo te, cũ Fr. Beraldo, vt pecu
niam, qua puerũ ab eo ſpoliatũ ſcribis, tibi re-
ſtituat. Sin erit in eo durior, ſcis vnde tibi ad
Cal. Maias octingẽtos ſeſtertios nũmos aufer-
re poſſis. Tũ enim decretę nobis a Pont. Ma-
ximo in annuũ ſumptũ pecunię dies cedit, in
qua exigenda, quod adhuc feciſti velim mihi
operã naues tuã. Q; ſi lõgius tibi interuallũ
videbitur, interim per me quidẽ verſurã faci-
as licet: niſi quis modo iſtic eſt, vt certe Bẽbus
noſter eſt, a quo mea fide gratuito poſſis ſume
re: numeraturũ confido, ſpero quidẽ certe, Ex
tremũ illud eſt, vt has literas non epiſtolæ, ſed
nominis cautioniſq; vi habere exiſtimes. Nã
quo ſit erga nos animo puer, nõ valde laboro.
Multũ quidẽ in eo tuẽdo diligẽtię poſitũ vo-
lui, nõ quo is de me ita eſſet meritus (ſcis em̃
in iſtã vel ętatẽ vel fortunã nihil huiuſmodi
cadere) ſ; ne cũ a Io. Pino, cui illũ diligẽtiſſime
cõmẽdatũ tradiderã, me inſciẽte diſceſſiſſet, p-
ditiſſimorũ hominũ cõſuetudine exceptꝰ iſtic
corrũpatur. Id enim ad fidẽ exiſtimationemq;
meã pertinere ſum arbitratus. Sed quãdo offi

cio noſtro perfuncti ſumus,operaq́ꝫ a nobis vt ne quid ei deeſſet, data eſt:abijciamus iam omnem de eo curam atq́ꝫ ſollicitudinem:quicquid peccauit ſibi peccarit:me quidem neque laudatore,neq́ꝫ adiutore poſthac vtetur. Vale. Venetijs.Cal.Apr.

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS HIERONYMO FVNDVLO S.

LEgi epiſtolam tuã ſtomachi & querelarum plenam,in qua multis mecũ verbis expoſtulas,ꝙ ita ceſſationẽ meã puſilla quadam epiſtola apud te purgarim, vt ſcriptorũ tuorum rationi interea non pepercerim.In extremo autẽ me ad literas tuas reijcis, iubesq́ꝫ vt pro ingenio meo iudicẽ , ecquid in illas pręter inaneis voces & ieiuna quædam verba cõieciſſes. Ego vero mi Fundule,nihil vnq̃ huiuſmodi me neque ad te ſcribere,neq́ꝫ in epiſtolis tuis notare meminí:genus earum ſemper probaui, pure enim loquebãtur,officij,diligẽtię, humanitatis plenę.vt mihi nũc quidẽ mirũ ſit,tibi homini nõ inepto in mentẽ veniſſe ſuſpicari , iccirco me tibi rarius ſcribere ꝙ literas tuas quibus reſpõdeam indignas exiſtimem.Ipſe de te q̃ tu bene ſentias,neſcio: me quidem parũ noſti , qui te a me contemptum putes.At enim dixi,literas tuas nullã mihi ſcribendi materiam attuliſſe.hoc ipſum illud eſt ſcilicet,qđ tibi ſtomachũ fecit, qđ tãtũ bilis cõmouit, Equidẽ cũ ad

ſingulas tuas epiſtolas cuperē, ſed vel neceſſe non eſſet, vel quid reſponderem non ſatis occurreret, deſideraui nonnunq̄ in eis plenior ē reſcribendi ſententiam. ſed quæ tandē tua in eo culpa? non vlla profecto magis q̄ mea, qui me argumenti penuria excuſarim, præſertim cū tu me negligētię tā grauiter accuſares. Non audeo equidē tibi homini occupatiſſimo oneris quicq̄ imponere: ſed ſi quid puſillæ illi meæ & veteri epiſtolæ commiſi diligentius attendes, videbis nihil cauſæ fuiſſe, cur tu verba mea durius q̄ vel animi mei ſimplicitas, vel naturæ tuæ moderatio poſtularet, interpretarere. Qz ſi eorum quæ tum tibi miſi non ſum plane oblitus, culpam profecto omnem literarum mearum ſilentij in me vnum contuli, tantum a te petij, vt ſi crebriores a me vel vberiores etiam velles elicere, ipſe tu mihi iſtinc aliquod ſcribendi argumentū ſuppeditares. In quo ſi tam grauiter, q̄ quidem literę tuę oſtēdunt, offendi: quid iam mihi faciundū ſit, non ſane habeo. Taceam? at eo tu me nomine accuſas. Excuſem? at tu non modo excuſationē meam non accipis, ſed de eo ipſo peracute quereris, q me purgem. Expoſtulationi tuę reſpōdeam? at vereor, ne ſatisfactione mea offendare, qui tā facile indigneris morem tibi ſtatim non eſſe geſtū. Omnino ignoſci mihi abs te, vel in aliena culpa, peterem, niſi id ſuperioribus literis fruſtra tentaſſem. Sic igitur puto

faciam. obiurgabo ipſe te, qui prudentiæ hu-manitatis tuę oblitus, hominis tibi amiciſſi-mi animum ſine cauſa abs te alienes. Sed pro-fecto non alienabis. Qua enim ſum in tuen-dis amicitijs conſtantia, querelas iſtas, vel deli cias potius tuas omneis humaniter feram: nec ſi tu iniquior in me eſſe perges, ego te amare, ea re deſinam. tantum vicem meam dolebo, qui cum te tanti faciam quanti haud ſcio an neminem, iniuſtiorem te tamen q̃ mea erga te beneuolentia mereatur experiar. Dolenter hæc ad te magis (mihi crede) q̃ iracunde ſcri-bebam, cum ecce tibi a P. Bembo literę, quib⁹ ille me de tuis in nos ſtudijs & officijs certiorē faceret. ſimul & iuberet vt gratias tibi per lite ras agerem, ꝙ Io. Pinum currentem quidem ſua ſponte illum, ſed tuo etiam iudicio tribu-entem plurimum, ad complectendam cauſam noſtram incitaſſes. Itaq; mihi gratiſſimum fu-iſſe officium tuum ſcito: idq; vt ipſe tu aliquan do intelligas, operam me daturum tibi velim perſuadeas. Sed non faciam, vt tibi gratias am bitioſius egiſſe hic videar, quàm vel tua expe ctet humanitas, vel noſtra patiatur amicitia. Tantum habeto, præſtaturum me tibi re me lius quàm verbis memoriam beneuolentiam que quam debeo. Impertire meis verbis mul tum ſalutis & Quint. Lælio Maximo, & Fur. Mario Molſę noſtro. Vale. Patauij. XII. Calend. Mai. Obſignata iam diu epiſtola atq;

propter repentinum Bembi noſtri ab vrbe diſceſſum, multos a me dies in manibus habi ta, accepi literas tuas ad. iiij. Calē. Mai. Romæ datas: in qbus q̄ te ſcribis de P. Briſſoo noſtro eiuſq; aduentu mirifice delectatum eſſe, equidem valde gaudeo. Q: autem eum communibus etiam amicis notum commendatūque eſſe voluiſti, in eo vero mihi tam gratum feciſti, q̄ quod eſt gratiſſimum. Spero em̄ & mihi tanti viri amicitiam iſtic amplam fore: & illi ipſi veteres noſtras neceſſitudines, quæ a nobis tantopere celebrarentur viſum iri non indignas. Tu quas ad eum Hiero. q; Alexandrinum do literas, ſtatim reddendas curabis: ſimul & Pino noſtro de iſta fortunæ dignitatiſque acceſſione meis verbis gratulabere. Iterum Vale.

CHRISTOPHORVS LONG. PETRO BRISSOO S.

QVanta me lætitia affecerint Fūduli noſtri literę, quibus ille te Romam ſaluū veniſſe ſcriberet, tu ꝑ veteri noſtra & arctiſſima ſtudiorū animorumq; coniunctione exiſtimare potes. Ego certe qcquid ex iucūdiſſima alteri⁹ cōſuetudine fructus percipi poſſit, id omne ex humanitate tua & olim ꝑcepi, & me poſthac etiam laturū confido. Sed tu' tñ mi Briſſoe, huic tanto meo gaudio nonnihil moleſtiæ aſperſiſti, qui vt aliorum pri⁹ literis q̄ tuis de aduētu tuo fierē certior, cōmiſeris. Si

hoc ipſum tu facillime apud me purgaris, ſi quid ad nos ſtatim ſcripſeris, aut ipſe potius veneris. Venies enim, mihi crede expectatus. Exponerem hic tibi omnem ſtatus noſtri rationem, niſi te ex Funduli, Bembiq; noſtri ſermone ea iam omnia cognoſcere exiſtimarem. De tuis autẽ rebus, quando nihil niſi ex tuis literis certo ſcire poſſum, velim tu de iis ad me diligenter accurateque perſcribas. Vale. Pataui. Calend. Mai.

CHRIST. LONG. P. BEMBO, S.

CVm ante diẽ tertium Id. Apr. Patauium veniſſem, redditæ mihi ſunt a te literæ, & cum iis etiam exempla tum codicillorum, quibus nos Pont. Max. Francorum Regi commendaſſet, tum epiſtolæ quam tu de me ad Gul. Budæũ ſcripſiſſes. Quid quæris? nõ potuit amicius quidẽ agi, nec ſtudioſi⁹ q̃ actũ eſt a te de cõmodis noſtris: ſed quo me tamen in genere Pont. Max. liberalitate cumulatum potius, q̃ ipſius commẽdatione ab alio quouis auctum iri ſperabam. Nã in gallicis rebus, quas ego non tam benignas nobis, q̃ copioſas eſſe perſpexeram, nihil vnq̃ ſane ſpei ponendum exiſtimaui. Noui eius gẽtis prĩcipum ingenia cum literis noſtris ſua ſponte parũ tribuentia, tum vero mihi, q̃ relicta Gallia in Italiã me contulerim, parum amica. vt multo ſcilicet maiorem ex tuis erga me officiis voluptatem capiam, q̃ ex illius Regis liberalitate fructum

expectē: pręſertim cum ad eam quam tu mihi oſtēdis ſpem, parati nihil om̄ino videā. Equidē cum de complectendo in cauſa noſtra Io. Pi-no tecum commentabar, id videlicet agebā, vt ab vtroq; veſtrum res noſtræ Pont. Max. nō Regi Gallorū cōmendarentur. Neq; enim neſciebam q̄ ſtultū eſſet, me quicq̄ ab eo pete re, cui operā ipſe denegaſſem meā. Quid enim nobis ab ipſo Rege? quid ab eius tādē matre, ad quā etiā de me Pont. Maximum ſcripſiſſe ais? Quid ab iis ipſis inquā nobis ſpei iniectū non eſt, quo nos vel apud ſe vel etiā in Gallia retinerēt? Atq plurís apud me fuit, & eſt me-hercule etiā nunc, earum ad quas tu me voca-bas literarum cōſcientia, q̄ omnis Regia illa fortuna. Hoc tibi (credo) notū non erat mi Bē be, cū pontificios codicillos in eam ſentētiam conſcribendos curares. Sed ea quidē mea certe culpa eſt, qui rē tibi non plane aperuerim. Tu vero nimio quodam noſtri ſtudio atq; amore prolapſus es, qui me, ſaltē de ratione codicillo rum, non conſulueris. Potuiſſes enim, in mea pręſertim cauſa, nonnihil a me cōmoneri, quo artificio (neq; enī ſatis erat pugnare conſilio) ea in re nobis vtendū eſſet. Nunc commiſſum eſt, nō modo vt tu in eo fruſtra elaboraſſe, ſed vt ego iis ad quos miſſi ſunt, & ridiculus, & im pudens videri poſſim. Equidem mihi eorū ſer mones audire iam videor, qui me hoc biēnio nihil niſi Pont. Maximi bn̄ficentiā, nihil niſi

P.Bembi in me ſtudia magnifice iactantē au-
diſſent.Sed quando nihil nobis in eo iam in-
tegrū eſt(Mutari enim res nō poteſt:)da(quæ-
ſo)operā,vt qđ eſt,quodq; tuis ad Budæū lite-
ris veriſſime cōmiſiſti,hæc me inſciēte omnia
a vobis cōfecta eſſe intelligant.ſic enim profe
cto,& illuſtriorē induſtriæ tuæ laudē retuleris
quaſi quæ tu ad meptinere arbitrarere,ea tua
ſpōte feceris: & me magna ſane moleſtia libe-
raris,qui nō mediocriter vereor,ne illi me iā
conſiliorum meorū turpiter pœnitere exiſti-
ment,cū ego me in hac inſtituta vitę ratione
magis magiſq; in dies ſingulos confirmem,
vel etiam oblectem.Atq; in his cū mihi ſint
omnia mi Bēbe cariſſima,ea tu & pro tua pru
dentia ſapienter conſiderabis,& in eam partē
quā ſūma vel mea in te obſeruātia vel tua er-
ga me beneuolentia poſtulat,accipies. Scripſi
ex tuis literis Hieronymū Fundulum,idē fa-
cturus ad Io.Pinum,& Albertum Carporum
principē,cū tibi maturū videbitur:iubes enim
nequid feſtinē.Nā ꝙ etiā ad Antoniū Pratia-
nū dādas nobis eſſe cēſes literas.poſſit ille qui-
dē magno rebus noſtris eſſe adiumento: & eſt,
vt quidē audio,nō alieno a nobis animo.pro-
baſſe eñ illi conſiliū noſtrū aliquādo tandē vi
demur.ſed vide nū ex dignitate noſtra ſit,me
ſupplicem ad eū nunc accedere,cuius ego neq;
voluntati,neq; promiſſis ceſſerim,cū ipſe mi-
hi de ſe prolixe polliceretur omnia, ſi depoſi-

to profectionis conſilio mallem apud meos in Gallia q̃ in Italia vobiſcũ viuere. ſed nihil cer te mihi conſuetudine veſtra, literiſq; veſtris fuit antiquius, quibus omne meum ita do ſtu dium, vt mihi in mente nihil veniat minus q̃ cuiq̃ horum inuidere. Sed quid eſt quod in extrema tua epiſtola iacis obſcure? ad eam quę nobis a Pont. Maximo in annuũ ſumptũ de creta eſt, pecuniam, acceſſurum quiddã. Idcu iuſmodi ſit, aueo ſcire: ſiquidem res eſt in ma nibus. Sin minus incumbe tamen in eã curã. vt a te non ſtudiorũ modo meorum, ſed etiam fortunarũ omniũ ornamenta profecta eſſe o mnes intelligãt. Nec enim eſt q̃ te primus iſte conatus deterreat, quaſi non ex ſententia nõ ſtra proceſſerit. Nam & ego falli poſſum. eſt em̃ fortaſſe tam diligens commendatio maximi apud Regẽ ponderis futura, hoc pręſertim tẽ pore, cũ is maiorẽ Pont. Maximi q̃ noſtri ra tionẽ habeat neceſſe eſt: & tu aliã facile nobis viã munieris, qui apud Principẽ iſtũ, pontifi ciáq; cohortem omnem tanta vel gratia vel authoritate polleas, quantum te iſta doctrina, virtute, ſplendore virum poſſe atq; valere par eſt. Vale. Patauij. xij. Calend. Maij.

CHRISTO. LONG. P. BEMBO S.

EAdẽ mihi nũc ad te ſcribẽdi cauſa eſt, quę ꝓxime fuit: hoc eſt vt literas, quas iſtic do, illis q̃bus aſcriptę ſunt ſtatim reddendas cures. Neq; vero eſt, q̃ me in eo vel

patiētia tuā vel felicitate abuti exiſtimes:quā-
do id certe nō facio,vt aut oneris aliquid tibi
imponā,qui id nutu conficere potes:aut ea in
in re opera tua libenter vtar,quę parum ex di
gnitate tua eſſe videatur, ſed vt omni tēpore
tecum quoquomodo ſim,quādo aliter conſue-
tudine tua frui non poſſum.Equidem tum er-
ga te cū meo amori ſatisfacere,tum etiam offi-
cio fungi mihi videor, cū ad te, quocūq; dato
vel etiam quęſito argumento,ſcribo. quod q-
dē in eam te partem accepturum eſſe confido,
quā & ſumma tua humanitas,& iam plane cō
firmata amicitia noſtra poſtulat.In rebus no-
ſtris nihil eſt ſane noui, niſi q me ceruicis ri-
gor(τίτανον appellāt)aliquod dies exercuit: idq;
cū pauloante ex pleniore iteſtino laboraſſem,
ſed non tā grauiter, vt a literis omnino abdu
cerer.Sic enim me tuis monitis atq; pręceptis
illarū ſpe,ad laudem vocaſti,vel inflāmaſti po
tius,vt ſi in illis vita mihi ponenda ſit,pclare
mecum actū putem.Omnino in hoc vno ſum
totus,vt neq; tu,neq; collega tuus quicq̄ de
me cęteris vel temere polliciti,vel fruſtra re-
cepiſſe videamini. Q; ſi fidem in eo veſtrā pla
ne liberare non potuero,ſtudio quidē certe,o-
pera,aſſiduitate ſingulari perficiā,vt nobis for-
tunā potius inuidiſſe,q̄ meum laborē autho-
ritati veſtrę defuiſſe, ęqui & iniqui aliquando
intelligant.Menſe proximo ſum partim Ve-
ronæ, partim Vincentiæ,animi cauſa quidem

ſed non ſine libellis noſtris futurus. Quare ſi forte longius interuallum literarum mearum fuerit, id ne ſis admiratus. Nauagerium noſtrum vna nobiſcum venturum ſpero. Sed ſi res feret, faciam te anteq̃ hinc proficiſcar de tota itineris noſtri ratione certiorem. Vale. Pata uij. Cal. Aug.

CHRISTOPHORVS LON. IO. AVRELIO AVGVRELLO S.

IVcundiſſimę mihi fuerunt tuæ literę, idq́ ipſum ſane multis de cauſis. Primũ ꝙ tuæ, hoc eſt viri omnium ſentẽtia optimi atq́ doctiſſimi: deinde ꝙ elegantiſſimis numeris, verſibusq́ cõtextæ eſſent: poſtremo ꝙ mirificã quãdam tuæ erga me volũtatis ſignificationem habebant. Addo etiam, ꝙ defenſionum noſtrarũ librũ in iis ita laudares, vt me eo plurimum aſſecutum putarem, qui te ſola illius lectione, ad cauſam adiunctum eſſe perſpicerem. Neque vero adhuc conſtitutum habeo, quid mihi inter hæc ampliſſimum fuiſſe putem. Nam ꝙ tu, qui in hac ſumma virtutis doctrinæq́ fama viuas, ad me prior ſcripſeris, eſt id omnino magnum: ſed non eo ſane maius, ꝙ ſingulare quoddam literarum genus in conſtituenda amicitia noſtra tibi vſurpandum duxeris. Illud autem, in mea præſertim cauſa, quanti? ꝙ nihil reueritus iniquorum ſermones: & victoriam nobis tam amice gratulari, & res noſtras graui tuo teſtimonio iudi-

cioq; adornare es auſus? Ego vero mi Aureli, etſi te ea eſſe intelligo cum natura, vt diſſimulare quicq̃ nolis: tum fortuna, vt tibi ſimulare neceſſe non ſit: cum tamen ipſe me ab eo longe abeſſe ſentiam vt tuis etiam nunc laudibus reſpondeam, facile in eam ſententiam adducor, vt me non tam illis tuis verſibus laudare volueris, q̃ ad ſuſtinendam illam quam de me excitatam vides expectationem amanter fideliterq; cohortari. Id ſi ita eſt, q̄d quidẽ ex ętate tua meaq; mihi facile perſuadeo: bene velim de me ſperes. Dabit enim a nobis opera, vt neq; tu quicq̃ de me falſo prędicaſſe, neq; ego tantam videar opinionem fruſtra cõcitaſſe. De mutuo meo erga te amore nihil eſt q̄d hic ad te pluribus verbis ſcribam. Eſſem enim iis literis ſtudiiſq; quibus me a pueritia dedi, om̃ino indignus, & plane inhumanus, niſi tibi in eo non reſponderem modo, ſed etiam cumulatu ſatiſfacerem. quod etſi q̃ difficile ſit video, id me tamen exitu tibi præſtaturum confido. Tu me, vt inſtituiſti, fac diligas ac valeas. Patauij. xiiij. Calend. Septemb.

CHRIST. LONGOLIVS HIERONYMO ALEXANDRINO. S.

LITERæ quas te ante. xvi. diem Calend. Ian. ad me dediſſe ſcribis, redditæ mihi ſunt Venetijs ad. iij. Non. Apr. quod quidem te iccirco in primis ſcire volui cum ne tu longius huius epiſtolę interuallum negligẽtię

meæ aſſignares,tũ vero vt quibus literæ recte darẽtur,poſthac videres. Nam ꝙ ceſſationem tuã tã religioſe excuſas,facis tu quidẽ humaniter:ſed nihil ſane,vt te mihi purgatum velles,opus fuit,qui mihi negligẽtię nomine ſuſpectus nunq̃ fueras. Nihil em̃ eiuſmodi iſtic accidiſſe ſcio,quod a te mihi perſcribi mea intereſſet,niſi quod de Alexãdri fratris tui obitu ſignificas:ex quo quantũ doloris traxerim, tu pro mea erga tuos oẽs,ſed illũ in primis beneuolẽtia iudicare poſſis. Verũ quid agas? recuſandũ nobis non eſt,quominus iure ſuo natura in nos vtatur. Dederat illa fratrem tibi ſingulari quidem & ingenio & virtute adoleſcentẽ:ſed ea profecto lege dederat,vt ſuo arbitratu eum a nobis repeteret. Repetijt,citius qdẽ q̃ expectaramus,ſed non q̃ illi licitũ eſſet maturius. Feramus igit̃ queãdmodũ gratos minimeq; ſtultos homines decet,placate,quod neque accuſare,neq; vitare quiſq̃ poteſt. Equidẽ de Rubemõtio hoīe de me tam bene merito, mihi tã amico,tuli vt debui: idem tibi etiam de Volumnio faciundum cẽſeo,quos vno die ambos nobis ereptos eſſe ſcribis. Nam de Gõzaga noſtro quod iſtic auditum eſt,falſum eſt. Philippi cuiuſdam nobiliſſimi adoleſcẽtis Mãtuani miſerabilis cædes fabulæ locum dedit. Qz de Alcyonio & Stathio ſcribis, ego vero cum altero nullas vnquam inimicitias geſſi: cũ altero,qđ ad me quidem attinet, bona fide

in gratiã redij. Sciſcitat⁹ ſum autẽ per literas de Lęlio Maximo, cuias is eſſet, q̄ ſe Romanũ diceret, multi negarẽt. ego interrogatus de eo quid reſponderẽ non habebã. Reſcripſit quidẽ mihi Lælius Calabrũ eũ eſſe: quod etiã ipſe de te mihi audiſſe videbar. ſed quoniã nõ deſunt, qui in diſceptationẽ id adhuc reuocent, tu me velim, ſiqd exploratius habueris, facias certiorem. Turpe eñ mihi duco, non poſſe me alienos a ciuib⁹ meis diſtinguere. Gratularer hic tibi de noua iſta honoris acceſſione, ſi q̄ laut⁹ quoq; ſplendore ſis eques ad me ſcripſiſſes. Sic eñ huc affertur, cõplures iſtic eſſe nudos equites, eoſq; ipſos prius equeſtri cẽſu exhauſtos q̄ in iſtũ ordinẽ receptos. Qua qdẽ certe de cauſa, Lęlio Maximo nondũ ſum eo nomine gratulatus. Si quãdo intellexero q̄ ſit in iſto ordine dignitas, q̄ vobis in eo tuẽdo facultas, tum quidem ea de re ad vtrũq; accuratius ſcribam. Sed hoc iocati ſumus: illud ſerio. Iſtam vobis emptionem bene ac feliciter euenire volo, veſtrumq; in ea re iudicium vehemẽter probo. Vale. Patauij iiij. Calend. Mai.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO, S.

AVdio Bapt. Egnatium, quęcunq; ipſe loca in ſcriptis noſtris animaduerſiõe digna iudicaſſet, ea tibi cũ ſuis ad me literis notata deſcriptaq; iampridem tradidiſſe. cuius quidem rei authorem habeo Romulum

Amazæum, qui id ſe de eodem Egñatio iſtic audiſſe diceret. Quod ſi ita eſt, ſatis mirari nõ poſſum ea ad me nondum eſſe perlata, pręſertim cum tuam in me vel fidem vel diligentiã nunq̃ deſiderarim. Equidem cum multa mihi quæ verear, in mentem hoc loco veniũt: tum nihil æque metuo, ac ne illa animaduerſionũ ratio in alienas manus peruenerit. quod non accidiſſe, q̃ mea interſit, non ignoras. Tota de re ſi me certiorem q̃primum feceris, & me magna ſane moleſtia liberaris, & mihi tam gratũ q̃ quod gratiſſimũ feceris. Saulius noſter Genuam proficiſcitur ad fratrem, aqua ſubter cutem fuſa grauiter laborantem. Reditus ſui ſpẽ nobis facit ad hyemẽ proximam. Ego redițurum non puto. Vale. Patauij. Cal. Maij.

CHRIST. LONG. GVL. BVDÆO, S.

ETſi cum Iacobi Sadoleti literis, meas quoq; nuper ad te dedi: tamen cũ Nicolaus Deius Samarobrinus iſtuc proficiſceretur, homo tibi quidem minime not⁹, ſed tui tam cupidus q̃ ſtudioſus mei, nõ potui ei, id etiam atque etiam a me vehementer petẽti, nihil ad te literarum dare: q̃q̃ mehercule quod ſcribam nõ ſatis occurrit, niſi tu hoc mihi permittis, vt te pro incredibili meo erga te amore, ad eam quam de virtute tua concitaſti, ſuſtinendam tuendamq; expectationẽ iterum cohorter. Neq; enim vti ceſſes, iam tibi aut integrum, aut omnino poſtulandum eſt,

quí cauſam tua ſponte ſuſceperis,ac tē reip.iri veterem dignitatem libertatemq; vindican dæ principē,bonis omnib⁹ profeſſus ſis. Neq; vero,eo fides tua liberata eſt,q̄ ille ad recuperandam libertatem exercitum comparaſſe videatur.Comparauit enim copias,numero q̄dem magnas illas, ſed genere & vſu exiguas, id eſt tyronū & collectitias,haſq; ipſas leuibus prælijs q̄ ſtatariæ pugnæ aptiores. Iam ſi, vt nunc quidem eſt, bellum ducendum fuerit, eum tu ſumptui in rem militarem faciendo parem fore putas,qui ne rem quidem familiarem ære ſuo tueri poteſt? Q; vt animo ad cōferenda ſigna paratus venerit,nō tamen ignoras,quantum in acie tyroni committendum ſit,eo præſertim duce, qui neque ſcientiæ rei militaris,neq; authoritatis, neq; ſane felicitatis ſatis attulerit.p̄rſus vt hoc nomine hominē laudare poſſim⁹,q̄ nec de Rep.deſperarit, & ad afflictæ auxilium,magna cum ſpe,ac voluntate optima acceſſerit:in eo fortaſſe nonnihil rep̄hendere,q̄ neq; viribus,neq; facultatibus ſuis,neq; rei magnitudine difficultateq;,ſatis explorata, in ſpecioſis quibuſdam honorū nominibus,& nudo bonę mentis animo ſatis eſſe pręſidij exiſtimarit. Sed nō propterea cuiq̄ ſtomachum facere,aut te ab inſtituto opere abducere debuit. Id enim pinde ſit,ac ſi tu grauiter ægrotanti amico,ea re opem afferre nolis,q̄ alius quiſpiam vel cūctatione tua of-

fenſus, vel diutina abſentia inuitatus, morbo, quem tu nondum omnino depuliſſes, mederi fruſtra tentarit. Poſſis huic forte ſuccenſere, ꝙ eam in qua non ſatis ſcientię habeat, artem exerceat: miſero illi propterea deeſſe non poſſis, cui etiã hoc te maturius ſuccurrere decet, ꝙ iã perſpectũ habeas, niſi tu medicinam vnus feceris, illi ſtatim pereundũ eſſe, idq́ꝫ medicorũ partim inſcitia, partim iracundia: quorũ vtrũ crudelius ſit, tibi dijudicãdum relinquam. Quę ſi de prouincia, quam necdum obiſti, & in qua tibi ſummo bonorũ omnium conſenſu imperium prorogatum eſt, homini nobiſq́ꝫ iratus, eo deceſſurus es, ꝙ eam ille ſibi tecũ eſſe cõmunem putarit, nec quę geſſiſti omnia cõprobarit, vide ne eandẽ in te animi ęquitatẽ deſideremus, quã tu anno ſuperiore in Eraſmo Rhoterodamo requirebas. Meminiſti q̃ tu illũ grauiter ab te obiurgatũ eſſe volueris, ꝙ nõ ſatis placate Iac. Fabri ſententiam (qua ille eũ tanq̃ de religione male exiſtimantem corriperet) tuliſſe videretur: cum tu nunc tam acerbe feras, auſum eſſe aliquẽ nõ de ſumma rei quidẽ illũ, ſed de bellli gerendi ratione a te paulũ diſſentire. An tibi in cauſam ingrediẽti, illud in mẽtẽ nõ veniebat, nequaq̃ defuturos homines, q partim maleuolẽtia partim imperitia res tuas inique ęſtimarẽt, ac te in eo potiſſimũ damnarẽt, in quo induſtriã tuã nemo ſatis neqꝫ laudare, neqꝫ ſane admirari poſſit: hoc ſi neſciebas

& tuam profecto, & imperatorum omniũ cauſam ignorabas. Verum quod ad rem pertinet, tantũ abeſt, vt ille de laude tua quicq̃ delibarit, vt eo quidẽ facto, & ſtultitiã ipſe ſuam prodiderit, & virtutem tuam, claram illam omnino & ſua ſponte nobilem, ſed illuſtriorẽ tamẽ reddiderit. Sic enim omnibus perſuaſum eſt, illa tua proxima victoria, immo vero glorioſiſſimo triumpho, in Rom. Pop. ærarium iam plane tot ſeculis exhauſtum, illatas eſſe abs te omnes omnium fere gentium opes, idq́ꝫ nulla cuiuſq̃ iniuria aut omnino querela. quo qd vel admirabilius, vel certi⁹ dici poſſit nõ ſane video. Reſtat bellũ aliud: quod ſi ex ſententia vt ſpero & opto, confeceris (eſt eñ abs te iampridem inchoatum, & vt vere dicam affectũ) debebit tibi Pop. Rom. ciuitatem ſuam, non maximis modo opibus beatam, ſed optimis etiam legibus & inſtitutis fundatam atq́ꝫ ſtabilitam. Hic tu mihi delicias facis, quaſi ea exceptione operam tuam reip. ſis pollicitus, vt ne alius quiſq̃ manus operi admoliretur. Id ſi ita eſt, & (vt inuerſionibus tuis tecum agam) te initio vnum huiuſce ædificationis redemptorem, vel dominum potius fuiſſe contẽdis: cur non aut illi nouum opus ſtatim nunciaſti aut interdicto, quod vi aut clam cum eo ad reſtituendũ opus experiris, potius q̃ ipſe nunc boni viri officio nõ fungaris? Plane ſi pro fiduciæ formula, inter bonos bene agier oportet,

ac tu id nobis bona,nec aliena fide recepiſti:ſat ctum etiam tectum opus nobis præſtes oportet.Nec enim, vt ille ſe expromiſſorem vltro obtulerit illud certe planum feceris,populum illius fidem ſequi maluiſſe q̃ tuam.Nam quę tu mihi narras prædia, ea optimo eſſe iure omnes negant:ſed nec prædes omnino locupletes eſſe,cenſores ipſi contendũt.Equidē neminem conueni,(conuenio autem quotidie plurimos)qui non & illi hanc operam libēter remittat,& te vnum eſſe fateat,qui poſſis extrema cum primis cōtexere:addo etiam,qui non te hac de re multum accuſet, mecumq́ quaſi tecum expoſtulet, q̀ hominum expectationē tā diu ſuſpēſam teneas, in eo præſertim exoluendo nomine, cuius cum optima iā pars ſit abs te expuncta,tum reliqua tibi expeditu eſt facillima. Quid multa?iuſtas eorum querelas ſuſtinere iam non poſſum,'qui te non dico appellant,ſed plane flagitant,idq́ ſuo iure.quando fidem ipſis tuā priore expeditione obſtrinxiſti.poſteriore etiam confirmaſti.te ad aſſem exoluturum eſſe, quicquid vnq̃ Populo ſpopondiſſes . Et re vera ſatius eſſet nihil initio mouiſſe,q̃ tanta excitata expectatione,nō modo hominū opinioni non reſpondere, ſed etiā ſui diſſimilem euadere,fidemq́ ſuam nulla de cauſa labefactare:ne quid hic dicā,q̃ ſupbū ſit tot hominum deſideria aſpernari : q̃ ſtultum cū id nullo poſſis negocio, nolle de Rep.,ſum-

ma cũ tua laude optime mereri:in cuius qui-
dem adminiſtratione,ſi te ille nonnihil inter-
pellaſſet,atq; adeo offendiſſet, eſſet tamen tuæ
cum prudentiæ,tum etiam modeſtiæ atq; hu
manitatis,maiorem omnino Reip.q̃ priuata-
rum ſimultatum rationẽ ducere. O mi Budee
ſi vera ſunt quę de ceſſatione illa tua ſcripſiſti,
& in ea quã mihi ſignificaſti ſententia permã-
ſurus es parũ te ſcilicet noſti, qui de alijs tam
ſapienter iudices.Tu iſtam igitur ſpem,immo
vero hanc quã in manibus habes gloriam, ti-
bi vel turpiter eripi ,vel turpius etiam perire
ſines:Non ſines,opinor, ſi tuos ſenſus bene co
gnitos omneis habeo. Scio enim & q̃ officio
conſtantiæq; tuæ deeſſe nolis , quibus nomen
tuum virtutibus atq; ornamentis immortali
tati commendare velis . Noui animi tui gra-
uitatem, noui altitudinẽ, quę nec ad inferen-
dã iniuriã vllo modo poſſit adduci,neq; ad re-
ferendã facile impelli. Qđ ſi illius odio in nos
durior eſſe perges,vide ne probabilẽ nacti ſer-
monis materiã homines, vt cuiq; commodũ
fuerit,dicant.aut tibi bonam mentẽ,iracũdiæ
tumore ablatam eſſe,aut te non quidem iudi-
cio vigiliam tuã alij tradidiſſe, ſed metu terri-
tum relicta ſtatione fugiſſe,aut(vt optime te-
cum decidat) ſocium laudis ferre nõ potuiſſe.
Cupio eñ te,ꝓ ea quã mihi tecũ itercedere vo
luiſti neceſſitudine,non omni modo culpa,ſed
omni etiã iniquorũ crimine carere. Qđ ſi cau-

ſu;ſuadendoq́ parũ ꝓficim⁹, iam vero precib⁹ & gratia cõtẽdimus,vt vel noſtra,vel tua,vel ipſius reſp.cauſa,exitus principiis conſentire velis:id eſt,vt cuius magna ex parte ſalutem per te recuperauimus,eiuſdem per te quoq; & ornamenta & iura aliqñ recepta cõſpiciamus. Sic enim certe fiet,vt Po.Ro.intelligat, Gallos olim nunq̃ tam hoſtili animo vrbem diripuiſſe,q̃ iidem nũc ſtudio ad eã ipſam quã alij euerterũt, inſtaurandã reſtituendãq́ incũbũt. Tu modo caue vt qđ tãta tua,tãta patrię tuę laude opus facere cœpiſti,id inchoatũ & rude iis ꝑficiẽdũ expoliendũq́ relinquas,quos forte vt fabros aliquis, nemo certe vt architectos ad iſtiuſmodi ędificationem adhibeat. Tuũ eſt hoc munus,tuæ partes:a te hoc oẽs qui vel rẽ pub.ſaluã eſſe volũt,vel dignitati tuę fauent, vel ocio ſuo cõſulũt,nõ expectant ſolũ,ſed etiã poſtulant.q̃q̃ eñ tãtas reb⁹ ſuis tũ fortunæ tũ dignitatis acceſſiones conſilio virtuteq́ tua factas eſſe fatẽtur,quãtas in mentẽ venerat optare nemini:tñ cõtẽti non ſunt,atq; cũ ꝓ illa qua quõdã florebãt,gloria rerum omniũ maxima,tũ pro opũ animiq́ & beneficij tui magnitudine incredibili,abs te maiora deſiderãt.nec quicq̃ eſſe tantum ſibi perſuadent,quod non a te perfici atq; facillime præſtari poſſit. Qꝫ vero in Gallia natus es,non tam eo iam quidem vulgo mouentur,q̃ bonis omnibus perſuaſiſſimũ eſt,Romanos eos eſſe & numerari debe-

re omneis, q nec ſermone, nec aio, nec religio
ne, nec legibus a Po. Romano diſſideant. Ex-
tremũ illud erit, vt ſi nobis in eo morẽ gerere
nõ poſſis: velle eẽ te certo ſcio: officiũ meum
arrogantiæ ne condẽnes, ꝙ iiſdem de rebus, &
verboſius fortaſſe q̃ par fuiſſet, & vehemẽtius
q̃ tua meaq́; patiatur ętas tecum agere ſim au
ſus. Verũ alterius cauſam, meus erga te amor
ſubſtinebit: cuius teſtificãdi gratia, magis q̃ vt
prudentiã tibi oſtẽtarem meam, ſępius in ean
dem ſententiã ad te ſcribo. Alterius cupidita
tem, rerũ abs te geſtarũ pręſtantia tuebit̃: qua
rum equidẽ ſtudio incẽſus, facere non poſſum
quin vt de reliquo optime ſpero, ſic tibi inter-
dum ſuccẽſeam, ꝙ cũ nobis tantam felicitatẽ
tam diu inuideas, tũ nõnullis hanc ligurienti-
bus laudẽ tam facile cõcedas, q̃ tibi me hercu-
le totã vni & deberi, & reſeruari integrã ſum-
mopere cupio: vt idẽ tu nobis remp. in priſti-
nũ ſtatũ reſtituas, qui primus in ſpem liberta
tis ingreſſus ſis, vnuſq; tanti operis & funda-
menta ieceris, & princeps eius authorq́; exti-
teris. Qui ſit rerum mearũ ſtatus, etſi ex pro
ximis meis ad te literis cognoſcere potuiſti,
ex hoc ipſo tamẽ qui tibi has reddidit, planiꝰ
omnia & vberius intelliges: in primiſq; illud
cur vicena illa quina in annos ſingulos ſeſter
tiorũ nũmũ millia, quibus me Pop. Florẽtinus
inuitat, non tanti faciam quanti multorum
opinione fiunt: Cur cõmẽtationes noſtras de

animaliũ,plantarum,mundiq́ꝫ & cæli natura, quas ſuperiore hyeme in apertũ proferre conſtituerã,in aliud tẽpus repoſuerim: quib⁹ me literis tum Pont.Maximus,tum S.P.Q.Roman⁹ in ciuitatem accerſierint: tũ vero quod nam ſecutus conſilium huc me contulerim. Quid quæris? in tota vitæ noſtræ ratione nihil ſane eſt,cuius te is certiorem facere nõ poſſit:ita eſt homo & prudens & rerum noſtrarũ curioſus:ea porro doctrina atq; animi magnitudine,vt cum ipſum iureconſulti principatu ſtudioſæ iuuentutis abeuntẽ,omnibus ſui ordinis inſignibus ornãdum,ob rẽ in eo magiſtratu pręclare geſtam,decreuiſſent, non ante illo ſibi honore vtẽdum duxerit, q̃ tyrocinio ſuæ in iure & ſcientiæ authoritatem conſtituiſſet,& memoriæ fidẽ apud omnes feciſſet: Vt iam nõ poſſis hominẽ multis nominibus cõmendatum non habere, ſed illo maxime,q; tũ tui,tũ ſcriptorũ tuorum tanto teneatur ſtudio,vt in eo quidẽ vix mihi concedat,qui me huiuſce rei principatum obtinere arbitrabar. Sic tamẽ velim vt eũ honoris mei cauſa om̃i tua humanitate beneuolẽtiaq́ꝫ cõplectare,atq; ad id q̃d ipſius cauſa velle debes,cumulũ mee cõmendationis adiicias. Hoc ſi feceris,erit mihi tã gratũ q̃ quod gratiſſimũ. Salutẽ Ludouico Ruzęo,& Fr.Deloino:quorũ alterũ citerioris Gallię prætorẽ expectabamus,alterũ offenſiore in nos animo eſſe audiebamus: q̃ res pla-

ne fecit, vt ei literis obſtrepere non ſim auſus. Placa mihi quæſo hominẽ, quem minime omniũ velim habere iratũ. Ita eſt de me meritus, vt nihil ei meo nomine abs te pollicendũ nõ cenſeã, quo qdẽ volũtatem ei⁹ recuperem⁹. Quicqd promiſeris, bona id ego fide pſtabo, modo ne me iſto reuocetis. Vale Ex vrbe Patauio pridie cal. Septembr. Obſignaturo epiſtolam, mihi venit in mentem, te admonere, quanto meo periculo, huiuſmodi literæ, niſi abs te diligenter reconderẽtur, in alienas manus peruenturę eſſent. Quare tum has, tũ eas quas ad te proxime dedi, ſi modo ſalus mea tibi curę eſt, ſtatim conſcindes, aut ita certe, nequando emanent, cõprimes. Vix credas q̃ hic oĩa mea ſcripta, dicta, facta in ſuſpitionẽ veniant: tanq̃ id vnũ mihi ſit operis, vt de Italiæ dignitate, q̃ poſſum plurimũ detraham: cũ ſi qs vnq̃ de noſtris hoĩb⁹ huic natiõi fauit, ego & faueã multũ, & tribuã mehercule plurimũ. Non temere hoc ſcribo, qui ſingulari quodam hac in re ſum fato. Nec enim neſcis, quas mihi Romæ turbas concitarit illa noſtra de Gallorũ laudibus declamatio. Quã itẽ a me abalienarit Eraſmũ Rhoterodamũ epiſtola quædã, de vobis ad Iac. Lucam conſcripta: quã etiã (ſi deo placet) idẽ Eraſmus, cũ nec ab ipſo, nec ad ipm miſſa eſſet, in volumina referendã & vna cum ſuis edendam curauit. Pari temeritate prolatus eſt in Italia, ab amicis quidẽ noſtris illis,

ſed me nō conſulto tamen,defenſionū mearū libellus:Valētiæ aūt quædā mea in iuris prudē tię laudem Oratio.cum quicquid huiuſmodi nugarū cōmentor,id non ad ingenij doctrinæ ve famā:cuius quidē illę capaces non ſunt,ſed vel ad pręſentē modo vſum,vel ad comparan dā aliquam dicendi facultatem mihi perſcri- bam.Equidem non facile dixerim, iſta ne me ſcripſiſſe pœniteat iā magis an pudeat:tamet- ſi nō tam mea infantia, q̄ iſtorū qui & contra voluntatē & pręter opinionē meā nugas illas in apertū protulerunt, culpa traducit. Atqui facilis ſit huiuſce exiſtimationis iactura: illud omnino non ferendū,ꝙ me vulgo hominum opinio ex ſcriptis meis in crimen inuidiamq; adhuc vocat. Itaq; niſi me ſtili pœnas his da- re vis: neq; enim obſcurū eſſe poſſit,ad quem ἀλληγορίαι illę noſtrę pertineāt:inſcindes vtrāq; epiſtolam,aut ſic eas aſſeruabis, vt nunq̄ exeāt q̄q̄ enim nulla equidem maleuolentia in ho- minem ſuffuſus hęc ad te ſcripſi, qui ſane ab ingenio eius nec ſtudio nec voluntate abhor- reo, & egregium illum ac præclarum ad ius ci uile nobis reſtituendum animum cum lau- do magnopere,tum mehercule etiam exoſcu lor:ea tamen mea hic eſt cauſa,vt mihi vel de cuiuſuis ingenio libere pronunciare ſolutum non ſit, neque adeo interrogato tacere inte- grum.Si laudo,blandiri:ſi vitupero, odiſſe: ſi taceo, inuidere me ſuſpicantur. Cur te igitur

inquies,ad nos non recipis:apud quos tibi vel plane tacere,vel etiã aperte quę ſentias,dicere liceat.Primũ,quia etſi imperitam multitudinem partim obſcurius iniquam, partim non diſſimulãter infeſtam experior, tñ oẽs omniũ fere ordinum principes ad cauſam adiunctos habeo. Deinde eorum hic mihi & iã facta eſt, & vt ſpero fiet,gręcorũ librorũ poteſtas:ſine q bus inſtituta a nobis opera nunq̃ neq; ex ſententia,neq; ex dignitate noſtra abſolui potuiſſent.Poſtremo,ne quid hic de P.Bembi & Iac. Sadoleti erga me voluntate dicã,qui ſibi nullum mei ornãdi finem faciunt: A Põt.Maxi. honeſte diſcedere qui poſſum:cũ me is non ſolum in illa tẽporũ meorũ nouitate,ſua authoritate ſaluum & vrbis cõpotẽ prę ſtiterit, ſed etiam nunc ociũ meũ liberaliſſime tueat,polliciturſe fortunã meã ſuis quoq; beneficijs honeſtiſſime ornaturum,ſi in eas toto pectore literas incũberem, quarũ ſpe ad ſummã laudẽ, omnium expectatione,me vocari ipſe ſibi perſuaſiſſet. Sed hęc ſubtilius cum magis vacabit.Illud te vehementer etiam atq; etiam rogo, vt Ruzæi noſtri animum mihi recolligas atq; reſtituas:ſimul & vt in omnibus tuis epiſtolis quas ad Bembum aut ad Sadoletũ mittes, legitima quædam neq; ea vulgaris noſtri commendatio accedat·q̃q̃ enim mea cauſa nihil non vltro facturi videantur, tamen rebus meis multum conducere arbitror, vt per lite-

ras tuas me meaqꝫ omnia tibi curæ eſſe intel‑ligant. Id ſi feceris, & ex intima tua arte mirificum quoddam commendationis genus deprompſeris: faciam vt aliquando intelligas te officium tuum apud hominem memorē minimeq́ꝫ ingratum poſuiſſe. Iterum Vale.

CHRIST. LONG. P. BEMBO. S.

Pollicitus ſum tibi ſuperioribus literis, quod commendatione tua profectum eſſet, id primo quoqꝫ tempore ad te ſcribere. Nihil igitur, vt nunc quidem eſt, adhuc profecimus: neqꝫ id ipſius tamen culpa, qui ſe nihil tua cauſa non facturum Bobdulco recepit, ſed mea quodammodo ignauia. qui nondum hominem conueni, veritus primū, non accerſitus ad eum qui occupatiſſimus eſſet accedere, deinde ne ſi literis tuis fretus, quas ille a me non accepiſſet, vltro accederem, contrà atqꝫ inter nos conuenerat, idqꝫ ipſum neqꝫ loco neqꝫ tempore facerem. Poſtremo metui, ne me multam græcis literis operā aliquādo dediſſe, alicunde reſciſſet. Eſt enim eo in græcos animo, quo ille qui ad villā ſuā gręca via vt iretur, animum inducere nunquam potuit. Iocari me putas? ſerio tecū ago, ſiquidē vera ſunt quę audio. Audio aūt hominē ſibi perſuaſiſſe. vt quiſqꝫ optime gręce ſciat, ita eſſe nequiſſimū. nequiſſimū aūt (immo vero etiam indoctiſſimum) Itaqꝫ ſi commendationē tuā renouandam eſſe mea cauſa putabis, velim eū com

moneſacias, nihil me minus q̃ optime græce ſcire. Q d̄ ſi diligẽter feceris, & verũ mehercu le ſcripſeris, & me magna inuidia liberaris. At qui nec te itẽ illud lateat velim, qd̄ mihi hoc ipſo in genere perq̃ ridiculũ accidit. Poſtridie eius diei q̃ Bolducus literas tuas illi reddide rat, deſcendebã in forũ & ſpei & animi plenus: cũ ecce tibi incurro in Prętorẽ ipſum & vrbis p̃fectũ, purpuratos ambos, ac magno comita tu ad eã quã incolimus vrbis regionem profici ſcentes. Ego qui me cum ea ſpõte illi antea ſa tis eſſe cõmendatũ arbitrabar, tum vero cõmẽ datione tua gratioſiſſimũ ĩã eſſe iudicabã, ſta tim ſuſpicat⁹ ſum eos ad me, quo vel beneuo lentiam ſuam erga nos teſtatiorẽ, vel cõmẽda tionẽ tuã illuſtriorem facerẽt, officioſe venire. tamen cũ neq; pudor meus ferret, vt cũ tantis viris temere cõgrederer: & mihi etiã honorifi centiſſimũ fore ducerem, vt ij domum meam ventitaſſe dicerent: de via paululũ ad leuã de flecto: M. Antoniũ Flaminium, qui mihi vnus comes hęrebat, idẽtidẽ nũ quonã illi, rogitãs. quo negãte. Quin igit, dũ hi cum toto abſunt comitatu curiã ſpectatũ imus, nondũ a me p ociũ viſam? Id eo conſilio cõmentabar, vt ibi fabulę exitum expectarem. Redeũt illi tandẽ: ego me in litigantium turbam conijciens ab do: iam enim me & meæ ambitionis pudebat, & q eis domi præſto non affuiſſem, pœnite bat. Quo ad ædes noſtras accedebam propius

eo magis tacitus mirari, neminem nobis occurrere,qui rem tantam nunciaret. Ingredior ſolitum vbiq; ſilentium.percunctor: nullum de Prætore verbũ. Quid multa? cœpi ipſe aliquando mecum & ſtultitiam meam ridere, & quod erat ſtatim conticere: nihil illi minus q̃ res meas eſſe curæ.quod quidẽ pro animi noſtri facilitate ęq boniq; fecimus,& res ſi coget, poſthac etiam facturi videmur. Paucis anteq̃ has ad te darem diebus,rumor hic erat, te rẽ tuam bene geſſiſſe:ſed is etiam raucus factꝰ eſt, & ad me non ſatis conſtanter perlatus. Tu ſi quid erit,quod amicis tuis iucundũ fore iudicabis,aut ſcribes ipſe,aut aliorum certe literis id nobis quoq; ſignificandum curabis,& valebis.Nos enim ita vt cum maxime & valemus & ſtudemus.Cum has ad te ſcriberem,cogitabam Venetias animi cauſa, vnde ad te literarum aliquid fortaſſe dabimus. Ex vrbe Patauio.Idibus Octobr.

CHRIST.LONG.FVRNIO MARIO MOLSÆ S.

EXercebar trigonali pila domi cum M.Antonio Flaminio, cũ Nicolaus Machęlus ſalutem vtrique noſtrum tuis verbis attulit. Quem cum rogaſſem,ecquid a te aliud? Nihil ſane, inquit, Aderit enim propediem ipſe. Sic tamen literarum aliquid a vobis interim expectat. Quid ita inquam, ſi quidem continuo con-

greſſuri ſumus,nec ille pręter ſalutem quicq̃?
Hic cũ ille cõticuiſſet:ego ad M.Antoniũ. Tu Flamini quid tibi ſit licitũ videris.Ego ad iſtũ ſcripturus nõ ſum,qui neq; me literis ſuis dignum vnq̃ iudicauit,& accuſatoris noſtri nomen immortalitati commẽdauit. Scripſi has tamẽ ſtatim cum paulũ a luſione reſpiraſſem mi Furni: ne vel tu id a me ſerio dictũ exiſtimares,vel ego te in eo imitarer de quo te potiſſimũ ſubaccuſare ſoleo.q̃q̃ mehercule,quod ſcriberem nihil plane erat,niſi nobis aduẽtum tuũ in ſumma eſſe expectatiõe: cuius quidem rei me primum ſuis literis certiorem fecit Fl. Chryſolinus,deinde Q.Lælius Maximus:quẽ Quinti p̃nomẽ ſecutũ eſſe arbitror ꝙ Quintię alicuius,vt tu Furnię,cõſuetudine iſtic teneat.Sed hæc & noſtro more iocati ſumus, & corã liberius ridebim⁹.Tu mõ fac venias:veni es eñ expectat⁹,nõ mihi mõ,q q̃ libẽter multas horas tecũ ponam atq; ſuauiter traducam, ipſe meminiſſe potes:ſed familiaribus etiã noſtris oĩbus, in primiſq; St.Saulio & M. Ant. Flaminio,quoꝝ alter p me ſalutẽ tibi aſcribi, alter referri voluit. Tu ſi ante quintũdecimũ cal.Nouẽb.diem ad nos exieris,fac oĩno Venetijs iter facias. Nos eñ ibi offendes:qui cras,ad ſummũ perẽdie,illo animi cauſa cogitabam⁹. Vale.Ex vrbe Patauio:prid.Cal.Octobr.

CHRIST.LONG.DIONYSIO MONACHO LERINENSI. S.

VTinā eius eſſent generis meę literę, vt te, queādmodū ſcribis, delectare poſſēt: crebras omnino, nec eas ſane minus lō gas q̄ optare videris, a me acciperes. Verū cum nec ipſe tu, quanta ex ſermonis latini paupertate laborem, ignores, & egomet mihi plane ſim conſcius quanta difficultate præſertim ad homines doctos tuiq; ſimiles ſcribam: ne miſere ſi vel rariores vel breuiores q̄ expectas a me tibi reddātur. Nam etiam cum nihil vnq̄ fere eſt quod tibi mittā, niſi te a me fieri pluri mi, ſed de quo ipſe nō dubites: tum vero ſi qd aliqñ eſt, deeſt pene ſemp cui id recte dari poſſit. Sodales igitur tui, quoties iſtuc proficiſcentur, eius me rei certiorem faciant neceſſe eſt: & ipſe tu ſcribendi argumētum aliquod nobis præbeas oportet, ſi modo meas elicere voles. His enim ad tuas beneuolētia magis erga te mea adductus reſpondi, q̄ quid reſponderē occurreret: niſi forte in eo epiſtolæ materiam a nobis quæſitam eſſe putas, vt me tibi tum de præterito, tum etiam de futuro ſilentio excuſarem. Vale Patauio. iiij. Cal. Iun.

CHRIST. LONG. GREGORIO CORTESIO S.

QVod poſteaq̄ in Italiam redii, nihil ad te literarū dedi, id pfecto neq; obliuione tui factū eſt, qui etiam ſi velim tui tamen obliuiſci nō poſſim, ita frequens & iucūdus nobis hic eſt de te quotidie ſermo: neq;

ſané quin eſſet qđ per literas tecum agere vel-
lem,ſed qđ ea erãt in manib⁹, q̃ nec literis,nec
cuiuis recte cõmitti poſſent.Rem tenes, gen⁹
tabellariorum noſti. Nunc aũt cũ ratione ad te
tuto ſcribendi inierim,ſcito mihi magis ma-
giſq; quotidie de rationib⁹ tuis cogitanti,non
iam placere ad rem,ea quã tibi iſtic oſtẽderam
via aggredi:ne ſi quid offendatur,iniquorum
ſermonibus detur locus, quos vel minima re
ad deridendũ contentos fore video:Sin vt vo-
lo & opto cadat, ne rem mali exempli inſti-
tuiſſe, nec tam doctrinæ ſtudio, q̃ religionis
odio eo cõfugiſſe exiſtimemur.Quinetiã non
poſſint multorũ ſuſtineri cauſæ,ſi tibi qđ po-
ſtulas a Pont.Max.vni cõcedatur: nec tu non
temere de iudicio principum tuorum aut iudi-
caſſe aut deſperaſſe,qui rẽ tã honeſtã ab eis nõ
petendam eſſe duxiſſes.Huc accedit grauis il-
la inter vos & Pont.Maximum controuerſia,
vt ne ſi exploratum quidem ſit illius nos com
potes fieri poſſe, tamen velim hoc tempore,
ne ordinem deſeruiſſe,vel etiã data occaſione
turpiter transfugiſſe poti⁹ q̃ ſtudiis noſtris p̃-
ſidium quęſiuiſſe vllum videamur.Equidem
cum noſtra plurimũ intereſſe arbitror, graui-
tatem vt tueamur,neq; tam docti q̃ boni vi-
ri hoim opinione habeamur:tũ vero te non oĩ
ſolũ cupiditate,ſed oĩ etiã cupiditatis ſuſpiciõe
carere velim.Nec eñ neſcis, tametſi volũtatẽ
ea in re tuã quaſi ambitioſam & inanẽ bonus

nemo rephẽdere poſſit, q̃ nõ difficile ſit his p̃ſertim morib⁹ cõſiliorũ noſtrorũ rationes vulgo probare. Atq; ſi Romę nũc eſſem, ipſe tibi negociũ nullo maiore negocio per me conficerẽ: operã quidẽ ꝑfecto, ſtudiũ, cõſiliũ, fidẽ, rẽ deniq; meã in eo tibi diligenter nauarẽ. Abſens rẽ tãtã per interpretes moliri ſine periculo qui poſſum? Itaq; ne per Sadoletũ quidem noſtrũ quicq̃ mihi conandum arbitror, præſertim cũ crebris amicorũ & ipſi⁹ maxime Sadoleti literis Romã vocer: quo ſi me aliquãdo cõtulero, omnes vias perſequar, quib⁹ ad id quod cupis peruenire poſſe putẽ. Sed audi caſum plane diuinũ: ſcribente me hęc ipſa anxie, repẽte nuncius rẽ in cõuentu veſtro ex ſentẽtia noſtra cõfectã eſſe: habere iã te omnium munerũ vacationẽ: tantũ ſodalitatis tuę ſtudioſis omnibus ocij publico patrũ decreto impertitũ, quãtũ tu vix vel per nos, vel a Pont. Maximo conſequi potuiſſes. Quid quęris? Suſtuli manus, meq; a cõſilio & deliberatione ad gratulationẽ totũ cõuerti: ꝑſertim qui eã rẽ non mõ facultatẽ apud tuos habuiſſe, quod vel ipſum plane deſperabã, ſed ſummo etiã totius cõuẽtus aſſenſu cõprobatã fuiſſe ꝑſpicerẽ. Quapropter fruere iſto mi Corteſi ocio: quo nihil neq; tibi accommodatius, neq; ſodalitati tuę ornatius, neq; nobis amicis tuis iucundius cõtingere potuiſſe iudico. Vale. Ex vrbe Patauio. iiij. Cal. Iun.

Chriſtoph. Long. Aug. Grimoaldo Põt. S.

QVod magnum, cum tuæ in Chriſtianã religionem pietatis, tum in optimarũ artium ſtudia animi, Lerina tua priſcę dignitati reſtituta, id eſt doctiſſimis atq; ſanctiſſ. viris dicata, fructũ ceperis: nec ſpe quidem dubito, & pro mea erga te obſeruantia valde etiam lætor & gaudeo. Nunc enim deniq; nõ fortunam quidem ipſam, quæ nihil hiſce in rebus iuris haberet, ſed Ieſum optimum maximum optatis tuis reſpondiſſe video Qz quidem tu, quaſi ita futurum prȩuidiſſes, cœperas etiam(vt audio) ad amœniſſimas illas fontiũ ſcaturigines magnificũ opus facere, loco, mea quidem ſententia, ſtudioſorum hominum habitationi perq̃ accommodato: hanc quoq; ædificationem bene tibi ac feliciter euenire cupio, ſed non mea minus q̃ tua cauſa, qui mihi illic nonnihil loci atq; ocij ad recolenda ſtudia noſtra abs te aſſignatum iri ſperem. Literæ quas ad Gr. Corteſium do, eius ſunt generis, vt eas in alienas manus peruenire nolim: qua plane de cauſa cum tuis complicatas, & in tuarum faſciculum coniectas obſignaui, veritus vt ſi illi nominatim deſcriptæ eſſent, ne quem ſodalium eius ad lectionem ſui inuitarent. Itaq; mihi gratiſſimum feceris, ſi eas ipſe tu illi reddideris: quod vt facias te vehementer rogo. Mitto ad te defenſionum noſtrarum librum, non quo hæ mihi magis probentur illis quas tibi iſtic legendas tradidi, ſed

vt intelligas quid acerbæ illi aduerſariorum meorum accuſationi reſponderim, qua me abſentem & iam Roma profectum in crimen inuidiamq; apud Pont. Maximum vocaſſent. Vale. Ex vrbe Patauio. iiij. Cal. Iun.

CHRISTO. LONG. STATHIO. S.

VArie ſum hodie tuis literis affect⁹, qua enim officia in me tua cõmemorabas, fuerunt mihi non inſuaues: qua vero ad te eſſe allatum ſignificabas, mihi epiſtolam neſcio quã tuã non ſatis probari, haud mediocrem moleſtiã mihi attulerũt. Illud aũt in eis odioſiſſimũ, neq; mediusfidius vel pudore vel ætata tua dignum fuit, ꝙ prope minitabundus me ad inimicitias vocare ſis auſus. Ego Stathi, quod ſcribis te tum iſtic tum in Gallia probitatem doctrinamq; noſtram prędicare ſolitum, q̃q̃ id nunc primum audio, tamen facile credo, atq; de eo tibi gratiã etiam habeo. Q; autẽ iniqui cuiuſdã mihi hominis, eiuſq; quẽ tu vel indignatione tua indignũ ꝓfiteris, ſermonibus adductus inimicitias mecum gerere non recuſas, in hoc plane modeſtiam tuam requiro. Nam prudentiam quidem aut conſtantiam dicere non auſim, quando nihil huiuſmodi in hanc ętatem cadit. Fuerat tñ tuę iſtius ꝑclarę indolis: primum hominis qui illa in me conferre, ęſtimare ingeniũ: deinde naturæ noſtræ moderationem: deinde ecquid de te in eo quidem genere detrahi poterat: poſtremo non

ſtatim tibi in animũ inducere, te mihi diſplicere, ſi epiſtola quędã tua mihi nõ ita placuiſſet. At cognoſce expoſtulatiõis tuę ęquitatẽ: fac me dixiſſe illud vnum, de quo quereris, illã tuã in Salmoniñ Macrinũ epiſtolã viſam eſſe mihi ſatis neq; elegantẽ neq; copioſam. An hæc tibi tandem iuſta ſuſcipiendarũ inimicitiarum ratio videtur? At erat (inquis) tui officij me admonere. Quaſi vero tu eam mihi legendam tradideris, aut vt ea in re operam tibi nauarẽ meã vnq̃ poſtularis. Vide q̃ inania ſint, & q̃ tu temere ea quę ad te delata ſũt, credideris. Ego enim, neq; elegantiam neq; copiã in ijs literis me deſiderare tum dixi, q̃q̃ vtrũq; deſiderabam: ſed humanitatẽ tuam, qui nulla iniuria laceſſitus ſimultates tibi vel vſq; trãs alpeis cum homine vtriq; noſtrum amico gerendas putares. Quod quidem ſi a me ne communis concordię quidem cauſa dictum oportuit, tibi in communem amicũ gratis ſcribere qui licuit? Sed nolo tecum accuratius agere, neq; ſane quæ mihi in mentem aduerſus te veniunt, ea hic perſcribere: multo vero min⁹ illa tibi commemorare, quæ te non modo in literas ſed in mores etiã meos iſtic in dies ſingulos euomere audio, purgare me tibi tantũ hoc tẽpore volui, non te accuſare. q; de me temere crediderris, atq; tam nulla prorſus de cauſa, non Romano quidem (vt tu arbitraris) ſed plane gladiatorio more, inimicitiæ ac amici-

tię teſſeram contẽptim mihi propoſueris, ad-
iectis quoq; inſolentiſſimis illis verbis, quibus
te mihi acerbiſſimũ infeſtiſſimũq; hoſtẽ fore ꝓ
nuncias, niſi te mihi amicũ deligerẽ. Quid ſi
nolim? Atqui ea ſane tua eſt cũ ętas, cui facile
ignoſci poſſit, tũ rerũ humanarũ imperitia, vt
multa poti⁹ miſericordia, q̃ vllo inſigni odio
dignus videare, ea autẽ noſtra humanitas, vt
iſtiuſmodi ineptias facile cõcoquamus: is aĩus,
vt minas fortiter cõtẽnam⁹: ea religio, vt ini-
micitias fugiamus, & iniuriarũ facillime obli-
uiſcamur. Quare amicitię teſſerã libens acci-
pio, atq; te interim ꝓ inſtituta inter nos ami-
citia moneo, vt neq; in laceſſendo poſthac ſis
tã ꝓcax, & cęcũ hunc aĩ impetũ, ſi oĩno tollere
nõ potes, certe refrenes atq; cohibeas. Nec eñ
tibi mecũ ſemꝑ erit negociũ, ꝙ cũ meę facili-
tatis rõnẽ libẽter habeo, tũ etiã indoli tuæ plu
rimũ faueo, cuius ſi ardorẽ nõ ad ſuſcipiendas
vel gerẽdas inimicitias, qđ plane barbarũ eſt, &
hoĩe chriſtiano indignum, ſed ad bonarũ artiũ
ſtudium traduxeris, ſpero te non tibi mõ, ſed
ciuibus etiam tuis magno aliquãdo ornamen
to futurũ. Hæc ad te paulo quidẽ triſtius atq;
ſeuerius q̃ mea natura ferat, ſed fideliter me-
hercule & amanter ſcripſi: non ꝙ amicorum
meorũ iudicio, literæ tuæ tam contumelioſæ,
tã minaces, dignę eſſent, ad quas tam humani
ter reſcriberem, aut oĩno reſpõderẽ: ſed ne me
tu tibi iratũ exiſtimares, ſi in eo quo me ad re-

ſcribendũ inuitaras, morẽ tibi non geſſiſſem. Qđ quidem etiã mea ſponte facturus fueram, tum vt animũ tibi aperirẽ meum, tũ vt te mo nerem, videres etiam atq; etiam diligenter, qd tibi expediat, quid te deceat: aut ſi per te ipſe id perſpicere non poſſis, adhiberes in cõſilium viros probos & homines amãtes tui, quorum ex ſententia nihil tibi facile minus licebit, q̃ vt cũ ætate, dignitate, fortuna, noſtra denique erga te beneuolentia depugnes. Q; ſi aliter ti bi faciendum ipſe ſtatueris, non tamen perfi- cies. vt te omnino oderim. Illud fortaſſe aſſe- queris, vt cũ operam dederim, ne mihi quicq̃ cõſilia tua noceant, in vtram partẽ noſtrum de te iudiciũ accipias, nõ magnope laborẽ. Vale.

CHRIST. LONG. P. BEMBO S.

AMoris erga me tui veſtigia, nullis opi- nor literis vel plura vel illuſtriora im- primi potuerũt, q̃ iis quas abs te proxi- me accepi. Sic enim quocũq; me verti, leniſſi- mis atq; amantiſſimis verbis expreſſa appa- rent, vt etiam cum me obiurgas, magnã quã dam tuę erga me voluntatis ſignificationem perſpiciam. Illud vero q̃ non iam ſignificat, ſed me meaq; omnia tibi curę eſſe plane decla rat, q; tot ac tantis, quas tu copioſe quidem & elegãter collegiſti, ſcribendi difficultatibus af- fectus, tamen tibi ad me ſcribendum duxeris. At quas literas? q̃ vberes? q̃ ſuaueis? q̃ ſubtili- ter luculenterque omnia quæ ad nos pertine-

rent,explicantes:vt facillime animaduerterẽ, quantũ in eo mea cauſa laboraſſes,qui maiorẽ meæ omnino q̃ tuæ quietis rationem habuiſſes. Atqui nolim vir optime mihiq; chariſſime Bẽbe,tãtũ mihi poſthac tribuas,aut omnino quicq̃ meo nomine in ſcribendo induſtrię ponas,ſiquidem interim tibi cum huiuſmodi literarum ſatietate,vel etiã (qđ minime oĩm velim)cũ valetudine tua pugnãdũ eſſe cognoſces.Mihi quidẽ certe ſatisfactum putabo,ſi ex literis tuis,meas tibi redditas eſſe intellexero. Neq; eñ dubiũ mihi eſſe poteſt, quin ſi eas legeris,pro ea quam mihi tecũ eſſe voluiſti neceſſitudine,mandata etiã noſtra diligenter curaris.itaq; te omni iſta accuratius ſcribẽdi moleſtia libero,q̃q̃ mehercule in literarũ tuarum lectione,quaſi in aureæ illius ætatis ſpecula quadam libenter acquieſco.Verum nõ id mihi ſumo,vt voluptatem meã cõmodo tuo anteponi velim.Q; aũt te negocia noſtra cũ Io. Pino,regis Franci Legato procuraturum ſcribis,de eo ſic velim ipſe ſtatuas, vt oĩa tibi putes ex re & tẽpore cõſtituẽda,neq; verbũ a me in poſterum hac de re expectandũ eſſe.Primũ quia nihil certi,ad quod literas meas accõmodem habeo.Deinde quia ſi qđ in his prouideri poteſt,vos id melius.Quare velim quidem a vobis factũ egregiũ aliqđ prius audire q̃ id futurũ ſperarim. ſed qñ id nõ tam in veſtra q̃ fortunæ ipſius manu poſitum video,nõ equi-

dem ipſe vos ne mihi deſitis rogabo, ſed deũ potius immortalem ne ſtudio diligentięq́ ve ſtrę deſit, cõprecabor. Illa porro mea tuorũ in me beneficiorũ commemoratio, non eo quidẽ ſpectabat, vt vel auribus tuis aliquid darem, qui ſum vnus omniũ (vt noſti) minime blandus: vel locũ mihi apud te quęrerẽ, qui me fratris habes loco, vel te in me amando confirmarem, qui de conſtantia tua nunq̃ dubitaui: ſed quo me tibi memorem atq; gratum probarem, tametſi iſtuc mihi modice, vel intra modũ potiꝰ & raro videor feciſſe, q nullum eiuſce rei locũ ſine nefario ſcelere potuerim prætermittere. Sed quando ea es animi moderatiõe, vt tibi ne gratias quidem ab amicis agi velis: erit mihi poſthac tua volũtas officio meo antiquior, pręſertim cũ ineptum ſit, me, qui tibi vix re ſatisfacere poſſum, verbis gratiam referre conari. Q; autẽ me ad oẽm abiiciendum timorẽ, graui illa tua diſputatione cohortaris, atq; interea etiam amãter ſubaccuſas, quaſi ſaluti meę diffidere hic deniq; incipiam, qui Romæ tã fortiter atq; intrepide imperitę multitudidinis ipetũ ſuſtinuiſſem: Ego vero mi Bẽbe non tam magno animi motu perturbatus ſum, q̃ aut tu quidem exiſtimas, aut pars etiã quędam mearũ ad te literarum ſignificare videbaẽ. Sic aũt tecũ egi, vt mecũ interdũ ſoleo, cũ illa mihi propono, quę homini, cuiꝰ ea ſit quę mea eſt cauſa, accidere & poſſunt & ſolent

Equidē ad neminē, pręter te, in eam rationem ſcripſi, cū domeſticis ne verbū quidē feci. Neq; tamē magna iuſti metus cauſa non fuit. Nā ſi ad vos vndiq; proferunt omnia, audiſtis ſcilicet aliquid de indigna illa quorundam ex Gallia procerū, nōnullorū item ex ſtudioſa iuuentute adoleſcentium cęde, quo hic per eos quibus illa ad te ſcripſi dies crudeliter trucidatos eſſe conſtabat. Accedebat eodem, ꝙ ex nequiſſimis illius Sinonis noſtri gregalibus emiſſitij quidam, partim me literis minaciſſimis cōtumelioſiſſimiſq; ad inimicitias vocarent, partim non bellos de me rumores diſſiparēt, alij Lazarū noſtrū iniquis ſermonibus in me incitare conarentur. Quibus equidē rebus cōmotus, non ego quidem, vt meæ firmitudinis eſſem oblitus, ſed certe vt te improbitatis iſtorū facerē certiorē, ſcribēdum ad te putaui: idq; magis vt me tuis conſilijs aduerſus impendētia mala munirē, q̄ pręſentibus, quę caueo magis q̄ timeo, perterrefierē. Solut⁹ enī ab omni grauiore cura tū erā, cui qdē rei argumēto vel epiſtola illa mea eſſe poſſit, quā ſummā animi mei lętitiā, nō modo trāquillitatē, optima ſui parte prę ſe tuliſſe non ignoras: etſi mehercule non eadem hic eſt temporum meorū ratio, quę anno ſuperiore iſtic erat. Tū enī cōſilio & authoritate de iure publico diſceptabāt, eoq; mihi forte parcebatur, ꝙ aduerſarii noſtri victoriam ſibi deſpondiſſent. Nunc vero nō ea ſo

lum ipſe deturbati,ſed etiam turpiſſime victi.
ad extrema cõſilia deſcendunt,nec ex iure ma
nu conſertum , ſed pilis & gladijs rem repeti-
tum veniunt.Iã mihi iſtic cum Po.Romano
erat negociũ,qui me iudicio & legib⁹,q̃ vi atq;
oppreſſione vinci maluiſſet . Hic mihi res eſt
cum portentis neſcio quibus, quos neq; S . P.
Q. ipſius Romani iudicium,neq; pudor vllus
neq; ius aliquod ad æquitatem animi tradu-
cat:ſed ſuus furor,ſua immanitas ad latronum
gladiatorumq́; conſilia præcipites agat. Eo ſa-
ne factum eſt,vt non ad te modo & M. Anto-
nium Michaelem pluribus verbis ſcripſerim,
ſed Venetias etiam ipſis obtrectatoribus meis
in eandẽ ſentẽtiã reſcripſerim. Nec enim aliã
profecto,quemadmodũ me ab iſtorũ calumnia
vindicarem,rationem inire potui: niſi tu for-
te a me nullum meæ in nomen Italum bene-
uolentiæ ſignum datum velles,ne tum quidẽ
cum me iſti in crimen inuidiamq́; iterum vo
carent . Atqui ocium tuum huiuſmodi cogi-
tationibus perturbari nollem . Sapienter hoc
tu quidem & amiciſſime præcipis: verum non
me tam ſollicitum ea res habuit q̃ tu tibi ꝑ-
ſuades.Ita enim vitam meã iam pridem inſti
tui,vt mihi nihil magnopere metuẽdũ. neq;
adeo in malis numerandũ quod quidẽ a cul-
pa abſit exiſtimem . A qua culpa,cum abſim,
hac certe in re,q̃ qui lõgiſſime, non tam mole
ſte iſtorum calumnias accipio,q̃ tibi nonnun

q̃ videor ferre. Omnino eo ſum animo, quo tu eſſes, ſi te in eum fortuna caſum demiſiſſet: vt aut iniuriam ferendo impius, aut crimen diluendo timidus querulusq́ haberere. Quæ ſane cauſa fuit, vt iſtos de me impune concionari nollem. Equidem in cæteris cauſis facile tacere poſſum: ſimulac vero quis voluntatem meam, tanq̃ a vobis alienã, atq; (vt iſtorũ verba ponam) Italiæ infeſtam, populari odio ſubijcere conabitur: non diſſimulabo contumeliã: neq; ſane cõmittam, vt taciturnitatem meam iniquus interpres conſcientiæ aſſignet. Quid enim ſiquis me quaſi de religione male ſentiẽtem, publicæ inuidię obijciat, tacendum mihi putabis? Nõ putabis opinor, quare nec iſti, cum me contra Italiæ dignitatem omnia tum facere tum dicere calumnientur, id quidem tacitum tulerint. Scitum eſt enim illud iureconſultorum, Qui tacet, fatetur: confeſſus pro iu iudicato habetur. Purgatũ me tibi quidẽ, immo vero ne in ſuſpicionẽ omnino neq; apud te neq; apd̃ tui ſimiles vnq̃ veniſſe, certo ſcio. Sed non aliter tamen exulceratis cęterorum animis mederi poſſũ, q̃ ſi aut falſa ea eſſe oſtendam, quæ in me conferuntur: aut iſtos qui ſe Italiæ dignitatem atq; Po. Ro. maieſtatem aduerſum me tueri gloriãt, oĩ cura diuturnaq́ ſollicitudine liberaturus Lerinã commigrem. Quocirca a te peto, vt te meo vel dolori, vel ſi mauis timori, ęquum iudicem p̃beas: ſi & me

olim Romæ temeritatis damnare ſolebas, ꝙ imperitæ multitudinis minas inſidiasq́ꝫ forti ter contemnerem:& ea noſtra eſt cauſa, vt piũ meũ ſilentiũ in contrariã partẽ facillime rapi poſſit. Neqꝫ tamen eſt, vt ſupra ſcripſi, ꝙ ſtudia mea his contentionibus interpellari metuas: quando nullã in eo iacturã, nõnihil etiã forte lucri, in exercendo ſtylo fecimus: cuius ego te rei teſtem laudare poſſum, ſi modo vera ſũt. q̃ de acceſſionibus in ſcribendo noſtris epiſtolæ tuę conſignaſti. Qꝫ ſi me nõ tã pſenti iudicio q̃ reliqui tẽporis expectatione adductus, ad ſũ mã cohortari voluiſti, tñ mihi bene ſperandũ eſt. vt enim illa literarũ tuarũ particula, qua te mihi fortitudinis pceptorẽ pberes, omnẽ animi mei metũ, ſi timidus eſſem, abſtergere potuiſſet: ita admonitio & adhortatio illa tua ταύτην τὴν γραμμὴν vrget, rem non habere modo facultatẽ, de quo quidẽ dubiũ mihi diu fuit ſed nobis etiã vt volumus & optamus aliquãdo pceſſurã oſtendit atqꝫ pollicetur. De Mariano Caſtellano qđ feciſti, eſt id mihi tã gratũ q̃ qđ gratiſſimũ. Sed maximo me certe gaudio cumularis, ſi hominẽ mea cauſa, omni humanitate comitateqꝫ tua q̃ honorificẽtiſſime cõplectendũ ſuſceperis: id eſt re, verbis, vultu deniqꝫ expreſſeris. & quanto tibi ſtudio dignitatẽ eius corã cõmẽdarim, & q̃ tu illũ meis etiã literis habeas cõmẽdatũ. Pari velim liberalitate Lęliũ Maximum cõprehẽdas, virũ mihi &

familiariſſimũ, & illa meorũ temporũ nouitate probatiſſimũ:de quo tecũ hoc breuius,cum ꝙ de hoīe tibi non prorſus ignoto ſcribo,tum ꝙ ſi quo ſum in hoībus amicisꝗ; deligendis iudicio,confido eũ ſe tibi ſua ſpõte ſatis eſſe cõmendaturũ,vel iã potius eſſe cõmendatiſſimũ. Qđ ſi ita eſt,peto a te,vt ad id qđ ipſius cauſa iam vis,addas cumulum cõmẽdationis meæ: ſin autem tibi aut propter verecundiã ſuã,aut propter occupationes tuas,nondũ ſatis eſt cognitus,ſic eũ tibi commendo,vt virũ optimũ, hoiem honeſtiſſimũ,eũdẽꝗ; neq; a ſtudiis noſtris abhorrentẽ,neq; amicitia tua indignũ,ab hoīe ꝑneceſſario cõmendari par ſit. Cũ has ad te dabã:& conſiliũ peregrinatiõis,de qua ad tẽ antea ſcripſi depoſuerã,neq; Marinũ Georgiũ adhuc cõueneram,quẽ tñ ex Bolduci oratiõe, nihil nõ tua cauſa in rem meã facturum intelligo. ſed id erit alterius epiſtolę argumẽtũ. Flauio noſtro & Fũdulo literas,quas in eundẽ cũ tuis faſciculũ cõieci,reddẽdas curabis,& me is verbis ſaluere cõmunes amicos iubebis. Vale.Ex vrbe Patauio.xvi.Cal.Octob.

CHRIST.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

CRebras aduentus tui expectatiões Lazarus Bonamicus nobis commouit,qui te quotieſcunq; iſtinc rediſſet(redibat autem ſeptimo quoq; fere die)huc animi cauſa propediem exiturum

nunciabat. Qua quidem opinione, me iuſtum iam menſem Patauij continuiſſi, Venetias ſtatim cogitantē: nūc vero cū tu minus ad nos, nos ſcilicet accurremus ad te calendis, aut poſtridie. tu fac ſint omnia ad eum diem parata: ſed non vt antea, cum te morū magiſtro atq; etiā medico vtebar. Iā em̄, ſi neſcis, & morbū olim depulimus, & in aduerſarij noſtri Epicuri caſtra tranſiuimus: explorator, an trāsfuga, nondū habeo dicere. Sed tñ hoſpitem expecta qui tibi domi tuę nihilo minore indulgentia tractandus ſit, q̄ Vibius Paccius M. Craſſum Cirmanis tēporibus in ſpelunca deliteſcētem accepit. Rides? Atqui certe ſpero hoſpitiū tibi noſtrum nō minus glorioſum aliquādo fore, q̄ illi, qꝫ exulem ſuſcepiſſet Craſſum, fructuoſum fuiſſe ſuſpicamur. Hoc aſperſi, vt me Epicuri epiſtolas quoq; perfidenter imitatū intelligeres: qui ad Idomenęū regis Perſarum p̄fectum græce quidem, ſed in hanc ſententiam ſcripſit. Si gloria tangeris, nobiliorem te epiſtolæ meæ reddent, q̄ omnia iſta quę admiraris, & propter quę te vulg⁹ ſuſpicit. Sed vt ad id qđ inſtitui redeam, decreui paucis iſtis, quibus tecum futurus ſum dieb⁹, omni prorſus abiecta literarū cura, animiq; ſolicitudine depoſita, cum natura in gratiam redire: id eſt genio, quē quinq; ipſos menſes miſere defraudaui, aliqñ tādē indulgere. quod me ita demū ex animi mei ſententia facturum confido, ſi tu

nobis q̃ libenter cœnas facere ſoles, tam diligenter etiam lauteq; cubile inſtruas. Sed hæc coram liberius, liceat modo iſto venire. Vale. Ex vrbe Patauio. v. Cal. Octobr.

CHRIST. LONG. HIERONYMO FVNDVLO S.

QVod nihil ad te iam diu ſcribo, caue id aut obliuione tui fieri putes, qui mihi hæres in medullis: aut cõtemptu, quẽ virum eſſe bonum & doctũ ſemper iudicaui: ſed vel certa mea pigritia, quam in hoc ocio cõtraxi, vel nimia inter nos familiaritate, qua me pluſq̃ mihi ꝓ te qdẽ liceret, vſum perſpicio: vel certe ꝙ eius generis tuę ſũt literæ, vt nullum mihi epiſtolæ argumentum ſuppeditent. Equidem eo ſum ingenio, vt non temere literis vtar, niſi quid eiuſmodi mihi occurrat, quod aut mea aut ipſius ad quem mitto, ſcribi interſit. Itaq; cum de pueri mei diſceſſu certiorem me feciſſes, ſtatim quidem reſcripſi: ad cæteras tuas non item, ꝙ nullam mihi re ſcribendi materiã aut ſentẽtiã attuliſſent, neq; vero in rebus meis quicq̃ eſſet noui. Atq; tuas equidem lego libentiſſime: ſed me plane pudet, meas ad te inanes remittere præſertim plebeis & quotidianis verbis contextas. Sic tñ quod minus amice a me factum quereris, id mihi abs te amice ignoſci velim. Non cõmit tam poſthac vt in hoc genere officiũ meũ deſideres: Tu modo da operã, vt qđ ſcribã ſemꝑ a

vobis habeã. Hinc em̃ nihil expectes, q̃d ſit aut ſcriptione aut lectiõe magnope dignũ. Vale.

CHRIST. LONG. G. BVDÆO S.

QVam ſis occupat⁹, etſi tu nihil ea de re ad me ſcripſiſſes, id tamẽ profecto vel tuarum literarum breuitas, vel locus ipſe vnde illa mitteres, mihi ſatis ſignificaſſet. Memini enim q̃ multis mecum ſis agere ſolitus, ſiq̃n ociosus ex Marliano tuo aut etiã Pariſiorum Lutetia ad me ſcriberes. Itaq; velim ipſe quidẽ occupationũ tuarũ rationẽ habere: ſed nondũ mihi plane iudicatũ eſt, gratu let ne tibi genus iſtud vitę, an artiũ poti⁹ noſtratũ, ſtudioſorũq; vicẽ doleã. Eodẽ em̃ tempore, & tibi p̃clarũ eſſe video, ſingularẽ iſtam tuã tum virtutem tum doctrinam nõ iam latere in tenebris, ſed illuſtri & excelſo loco ſitam in luce Galliarum ac regni clariſſimi oculis auribusq; verſari: & literis noſtris multum præſidij ornamentiq; detrahi, cum te ab iis auerſum ad gerẽdã rẽp. traduci intelligo. Poteris tu quidem, qua es apud principem tuũ vel authoritate vel gratia, doctos aliquot & literatos homines ſubornare: ſtudia noſtra, q̃ p te illuſtratum iri ſperabamus, non item certe tueri poteris. Sed q̃n nec quidnã potiſſimũ ſecutus, regiam fortunam literarum cõſcientiæ prætuleris, nec q̃d iſtic muneris ſuſtineas, nec q̃diu in regio comitatu ſis futurus adhuc ſcio: erit hęc nobis alterius epiſtolæ argumentum diſ-

putatio. Facere tñ nõ poſſum quin gaudeam, te talẽ virum a tãto Rege in amicorũ cohortẽ eſſe accerſitũ. Spero eñ vel confido potius te, qui cum natura ipſa ſis prudẽtiſſimus, tũ etiã doctrina multa atq; optimarum artiũ ſciẽtia egregie eruditus,& liberis tuis cõſulturũ, & dignitatẽ tuã apud iſtũ obtẽturũ eſſe. Nã de animi tranquillitate atq; illo cui a pueritia aſſueuiſti ocio, nihil facile auſim affirmare, niſi forte per principẽ ipſum artẽ tibi deſinere aliquãdo licebit. Enuero, ſi bene te cognitum habeo, non ſane poſſis etiã vt velis, ſine literis viuere: quarũ cũ nobis vberrimos fruct⁹ ꝑferre cœpiſſes. Sed tũ demũ ad te de meo ſenſu perſcribã, cũ tu me hoc de gñe toto, & iſtius tui inſtituti rõne certiorẽ feceris: nõ equidẽ, vt ipſe tibi cõſiliũ dẽ, quo tu plane abũdas, qđq; tibi ſapiẽtiſſime captũ eſſe ſcio, ſed q̃a mihi tũ deniq; tecũ eſſe oĩo videor, ſi aut literas tuas lego, aut aliquid ipſe ad te ſcribo. Interea quod iter nos agi, & ex ſentẽtia mea (vt ſpero) p te cõfici põt agã. Fr. Rubrius miſſus a Rege Francorũ ad Venetos Legatus Principi ſuo cõcinnãdas curauit tabulas, q̃bus via iſtinc Byzãtiũ vſq; dõcte deſcripta, egregieq; depicta cõtineret. id eo fecit, opinor, conſilio, vt ille quẽ Grçciç Regã a Ponti. Maximo appellatũ eſſe cõtẽdit, regionum illarũ quaſi cõſpectu admonitus, Grçciã ſibi prouinciam aliquanto maturius, q̃ id futurum ſperetur, decerneret. Res eſt quidem, vt

quos cæteri vel natura tardiſſimi, non impi-
gri modo & humaniſſimi reddũtur,ſed nullo
etiam maiore negocio ad aſſentationẽ nonnũ
q̃ erudiuntur. Atq; id in ipſo eo magis ſum mi
ratus, ꝙ cum vna Romæ eſſemus,præclaras
illas,quas tu in Aſſe tuo iſtiuſmodi hominum
generi deſcripſiſti leges ita probabat, ita te de
ijs laudabat,ita nunq̃ de manibus ponere atq;
cõterere, vt ad earũ omnino pręſcriptum iſtic
victurus videretur. Ego certe eũ præcepta illa
tua iam explicare,atq; ita expromere arbitra
bar,vt te,quo tum magiſtro vtebatur,diſcipu
lũ redderet.Extra iocũ mi Budęe, aut tu de ra
tionibus eius ad me aliquid mittas oportet,
aut facias quidẽ vt ipſe queadmodũ rẽ ſuã ge-
rat nobis ſignificet. Cũ enim a te diſceſſi, quẽ
iſtic pluris faciã habeo plane neminẽ.Ille por-
ro epiſtolarũ tuarũ nuper editus liber, quantũ
me diligis,vel potius quãtũ te a me ſcis obſer-
uari,tãtũ q̃ſo cura , vt ad nos primo quoq; tẽ-
pore perferatur.Caue ſumptui eã in rẽ parcas.
Ego enim cũ quicquid tabellario dari iuſſeris
numerabo , tũ vero etiã magnũ abs te benefi-
ciũ me accepiſſe iudicabo.Io.fratris tui filium
atq; huiꝰ ipſius cõſobrinũ Mauriciũ Buliodũ,
non expectabo dũ vel tu vel parẽtes eorũ mi-
hi cõmẽdẽt:diligũtur a me propter ſummam
eorum humanitatem & obſeruantiam.Budęꝰ
etiam ꝙ earum literarũ ſtudioſus eſſe cœpe-
rit,quas tu maxime probas,hoc eſt græcarum,

nec id ipſum tamē meo hortatu, aut iis horis quas iuris prudētię ſtudium ſuo ſibi quaſi iure vēdicat,ſed tū ſua,mihi crede, ſponte,tū eo tēpore,cū cęteri feriātur & ceſſant.Verit⁹ eſt,credo,maximi & plane ingenui animi adoleſcēs, ne tu vnus fuiſſe dicerere, qui nouū hoc dec⁹ in familiā tuā intuliſſes,in familiā aūt?immo vero in ciuitatē,atq; adeo Galliā vniuerſam. Nā quin primas omniū ſentētia omnē in partē referas,nulli iā neq; integrū eſt,neq; dubiū. Ambos igitur omi ratione hic tueor; & ſi qd opus erit eorumquoque tenuitatem facultatū mearū anguſtia ſuſtētabo.Hoc te iccirco latere nolui,vt parētes eorū per te ſciāt,me bene uolētiā memoriāq; quā ipſis debeo,liberis eorū pſtare.Volo.n.mi Budęe,ſi qs ali⁹,& eſſe & haberi gratiſſim⁹.Val.Ex vrbe Patauio.No.Dec.

CHRIS.LONG.ANT.MARCILIO S.

INſtitueram Feralibus ad te ſcribere, cum mihi in mentem ſtatim venit, eum diem etiam maioribus noſtris religioſum fuiſſe. q̄q̄ me hercule, ne tum quidem quod ſcriberem;occurrebat,niſi te mihi eſſe chariſſimum, quod te,vel tacente me, certo ſcire non dubito.Scribebam tamen, idq; eadē omnino qua etiā nūc de cauſa,vt vel in eo quod tibi iſtinc proficiſcēs ſum pollicitus fidē meā liberarē: ſū aūt pollicit⁹ſimulatq; Patauiū appuliſſem,me aliqd literarū ad te daturū. Vel te q̄q; ad exolutionē promiſſorū, qbus te mihi obſtrinxiſti

cohortarer:nõ quo de cõſtãtia tua dubitẽ (ſcio
ẽm te hominẽ eſſe certiſſimũ)ſed qa incredibi
li cupiditate ardeo eiuſce rei,quã tu mihi & tã
topere cõmẽdaſti,& te ex animi noſtri ſentẽtia
cõfecturũ affirmaſti. Venies igit̃ ad conſtitutũ,
neq̃ prius tñ q̃ mandata noſtra iſtic diligẽter
curaris,immo vero quod agis perfeceris. perfi
cies aũt,ſi cũ quãti te faciã memineris,tũ vero
tãtũ in eo induſtrię quãtũ mihi corã recepiſti,
poſueris.quod vt facias,nõ es tu mihi qdẽ ve
hemẽter rogãdus,q te omnia mea cauſa & vel
le & cupere exploratũ habeo. Illud tñ tibi ve-
lim pſuadeas,ſi te mihi in eo morẽ geſſiſſe itel
lexero,te inde nihilo minorẽ q̃ ipm me volu
ptatẽ eſſe capturũ. Oĩno ſi officia in me tua cu
mulo iſto auxeris,& me plane bearis,& hoiem
gratiſſimũ tibi deuixeris. Cura vt valeas:nos
ẽm ita vt cũ maxime & valem⁹ & in ſtudia no
ſtra incũbim⁹. Ex vrbe Patauio.iiij. No. Nouẽb.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO
GRIMOADO S.

ETſi ſtatuerã nihil ad te literarum dare,
niſi tu mihi epiſtolę argumentum ali-
quod ipſe præbuiſſes, tamẽ cũ ad Ant.
Marciliũ,hominẽ vtriuſq̃ noſtrum ſtudioſiſ-
ſimum,ſcriberem,putaui aliquid etiam ad te
literarum eſſe dandũ,ne ſi nihil tibi miſiſſem,
pluris a me inſtitutam nuper cum eo amiciti-
am fieri exiſtimares,q̃ tuam:haud ita multis
quidem annis illam,ſed innumerabilib⁹ certe

tuis erga me officijs cõfirmatã. Itaq; breuitati mearum literarũ ignoſces,& ſi pleniores elicere voles, ſcripto me aliquo laceſſes. ſum enĩ eo ingenio, vt ipſe multo libẽti⁹ faciliusq; reſcribã,q̃ alios appellem. quod quidẽ & iſtic & per literas me tibi teſtari memini. Saluta meis verbis Io. Maclinienſem gemmariũ, atq; vt ſignatoriũ annulum, quem ei faciendũ locaui, q̃ primum mihi curet, commonefacito. Vale.

CHRIST. LONG. BEMBO S.

IAm pridem nihil ſcribo, q; multo auidius nummorum aliquid iſtinc expectem, q̃ vos vllas hinc literas. ſed quando deſideriũ tui diutius ferre non poſſum, quod quidem mihi tum deniq; lenire videor, cum ad te ſcribo: nec tu quicq̃ tam longo interuallo ad me: ego ſcilicet ad te aliquid mittam. Fui Venetijs dies ampli⁹ quindecim, quos ipſos partim cũ Octauiano Grimoaldo in vrbe partim cũ Andrea Nauagerio noſtro Murani ſumma cũ voluptate traduxi. Huius in ſuburbano, cũ hort⁹ ipſe grato nobis ſpectaculo fuit, ita demẽſus & deſcriptus vt oẽs tũ pomarij tũ ſeminarij arborũ ordines in quincũcem dirigantur,& exquiſitiſſimo ambulationũ topiario opere latera eius decumaniq; limitis camerę cõueſtiãtur: tũ vero oẽm expectationẽ meã vicerũt mali aſſyrię plurimæ, ſuis quęq; iteruallis diſcretę,& in certum quoq; ordinẽ digeſtæ: quas eũdẽ Nauagerium noſtrũ paucis ante menſib⁹ ſeuiſſe audie

bam, atq; incredibili quadã celeritate ſolertiaq; ad frugẽ perduxiſſe, fructu mehercule lætiſſimo: etem̃ cuius aſpectu nihil ſit pulchri⁹, odore ſuaui⁹, guſtatu iucũdius, varietate aũt atq; magnitudine admirabili⁹. Delectatur em̃ etiã agricolarũ voluptatib⁹, ſed his honeſtiorib⁹: & qua diligẽtia artes noſtras colit, eadem ꝓfecto cũ horto ſuo rationem habet. Sed vt ad cõiũctiora nobis veniã, ſcito vt primũ Patauiũ veni, ꝑſpexiſſe me, quãtũ vel gratia vel authoritate apđ Marinũ Georgiũ valeres. Accerſiuit em̃ ille me ſtatim honorificẽtiſſime, opesq; ſuas in tuẽda vel ſalute vel dignitate noſtra oẽis mihi pollicitus eſt liberaliſſime. factur ũ puto, nã de te mirifice & ſentit & loq̃, neq; a ſtudijs inſtitutisq; noſtris tã abhorret q̃ vulgo hominũ opinione exiſtimaẽ. Amoris erga me ſui argumẽta non obſcura cũ iã dederit, tum certe ab intimis & neceſſarijs ei⁹ ita obſeruor, vt & me amari putẽ, & ipſius merito hic tibi gratias omnino acturus fuerim, niſi oẽm ex noſtra neceſſitudine gratiarũ actionẽ ſublatã eſſe voluiſſes. Velim tñ illũ certiorẽ facias, cũ mihi officiũ ſuũ fuiſſe gratiſſimũ, tum me etiã ſibi gratias apud te egiſſe diligẽtiſſime. Atq; ne tu quicq̃ rerũ mearũ ignores, eadem hic nunc eſt vitæ ocij noſtri ratio, q̃ æſtate proxima fuit: niſi qꝑ aliquot noctis horas aſſumim⁹, ac per anni quidẽ tempus iam & liberalius exercemur, & in ſtudia noſtra acrius incũbim⁹. quæ quidẽ

ſtudia,quo etiã alacrius tueri poſſim⁹,da(quæſo)operã vt pecunia nobis curet, aut certe vt intelligam,quare ad eã Flauius nondum peruenire potuerit. Iam quartam hãc epiſtolam ad te do,cum tu adhuc ne ſchedulam quidẽ.quinta ſi te oppreſſerit,nę mihi longi tẽporis vſuram longiore epiſtola dependes. Vale.Ex vrbe Patauio.Cal.Decembr.

CHRI.LONG.BERNAR.SANDRO S.

SI vales bene eſt:ego quidem valeo.Pluribus verbis tecum agam cum plus ocij nactus fuero.Nũc Nicolao tuo ſatisfacio,qui mihi literas tuas hodie reddidit. Is eñ ſimul atq; nobis opera ſua nihil iã eſſe opus intellexit,iſtuc ſe ſtatim recipere velle oſtendit,cum in ipſum plane ſtudiorũ meoꝝ curſum incidiſſet,quem quidem vt ſcribũdis literis interpellarem nulla vnq̃ ratione adduci potui. Nã,ſi neſcis,ita ocij mei rationẽ inſtitui,vt ſeptimo quoq; demũ die exarãdis dictãdisve epiſtolis latinis vacẽ,reliquũ tẽpus omẽ, gręcis & grauioribus literis conſumã.Itaq; epiſtolę noſtrę breuitatẽ ne ſis admiratus,multo vero minus inelegãtiã:qñ neq; accurate ſcripta eſt,& plæbeio ſermone tecũ agimus. Quare aũt Nicolaus cõmẽdatione tua apud me vti non potuerit,ex ipſo cognoſces. Reliquũ eſt cũ vt ſalutẽ meis verbis referas plurimã & Fr.Bragadeno,& ceteris cõmunib⁹ amicis, tũ vero vt has ſtatim ab earum lectione conſcindas,aut certe ne cõ

mittas, vt a quoq̃ legi poſſint, qui de ingenio doctrinaq; ſtudioſorũ ex vnius alicuius epiſtolę lectiũcula pronũciare ſoleant. difficile eſt loqui, & iam ſuſpicari potes quos ſignificem. Vale. Ex vrbe Patauio. Non. Nouemb.

Inſcribendę epiſtolę, qua tu ad me vſus es, mihi quidem nõ ſatis probatur ratio, etiam ſi ea Alcyonium noſtrum perſępe vſum eſſe exploratum habeo. Sed hæc coram.

CRIST. LONG. LÆLIO MAXIMO S.

FECerunt P. Bembi literę, quo minus te mei prorſus oblitũ eſſe exiſtimarem. Salutẽ enim mihi tuis verbis attulerunt. Tu ne vero, qui vſq; in vltimam Britanniã, anno ſuperiore literas ad me ſępe dabas, iã gratiaris aliquid mihi mittere: idq; cũ ego Venetijs iterũ diligenterq; ad te ſcripſerim, & nũc in ipſis pene incunabulis tuis viuam? Equidẽ poſtq̃ in Italiam redij, nihil a te, vel etiam de te, pręterq̃ ex P. Bembi, & Hier. Alexandrini literis accepi. Quod ſi noſtri obliuione cõmiſſum eſt, curabo vt prius iſtuc aduolem q̃ totus tibi excido. Sin te ſcribẽdi argumẽtũ aliud deficit, perſequere res vrbanas, non illas quidẽ quę ad Pont. Maximum, aut pontificij Senatus aliquẽ pertineãt (multorũ enim literis, nũcijs, rumore deniq; ipſo ea nobis haud obſcure nũciantur quotidie) ſed plane ciuium Rom. & eorum qui docti iſtic numerẽtur, actiões pſcri-

be.Nec enim neſcis q̃ ſim curioſus,q̃q; omni⸗
bus peregrinãtibus iucundũ ſit.etiam mini⸗
ma,quę domi gerantur,cognoſcere Ante mē
ſes quinq; legit mihi quidem binas tuas ad ſe
literas Hier. Alexandrinus,gręcas alteras,alte⸗
ras latinas:in quibus cũ alia de rerum tuarũ ſta
tu diligentiſſime ſcriberes, tũ tibi duas a me
Venetijs redditas eſſe epiſtolas ſignificares. Ve
rũ id ad me ſcribi oportuit,cuius maxime in⸗
tererat de rebus noſtris abs te certiorē,fieri.tũ
pręſertim cum Marianus Caſtellanus mihi dê
plomata illa qbus in ciuitatē aſciſcebar,mitte
ret.Sed plane ad inimicos olim noſtros,nunc
meos defeciſti ac prodita cauſa, quã tãta cõtē⸗
tione egeras, ex patrono factus es accuſatorũ
ſubſcriptor.quod cũ alijs indicijs multis facile
perſpicio,tũ vero q; adhuc tã pertinaciter ta⸗
ceas,& delatoris noſtri mortē lachrymis carmi
neq; tuo adornaris.Sed iã ſatis iocati ſum⁹.Illđ
ſerio vehemēterq; a te peto.facias ſciã,qd iſtic
rerũ agatur, quã tu rationē vitę tuę inſtitue-
ris,quod ſane ſine ſumma ſollicitudine neſcire
nõ poſſum,Nã de me ex P.Bēbo cognoſces,q
cũ ſenſus meos tenet omnes, tũ a me de rebus
meis q̃ ſępiſſime fit certior.de te vero,quē hic
rogē,habeo plane neminē.Saluta mihi Cory
tiũ,cui qđ qdē potui in hac defenſionũ mearũ
editiōe teſtimōiũ dedi.Val.& me,vt facis,ama.

CHRIST. LONG: FLAVIO CHRY-
SOLINO, S.

SAlutem mihi hodie tuis verbis Fr. Capoliſtius dixit: ſimul & q̃ multi, q̃q; illuſtres de me ſermones ſumma mea cũ laude abs te iſtic habiti eſſent commemorauit. Id ego enim cum ſumme nobis eſſe voluptati oſtendiſſem, neq; tamen aut nouum tibi, aut inexpectatum mihi eſſe ſignificaſſem, vt tu de me amãtiſſime vel ſentires vel honorificẽtiſſime loquerere, egit idem mecum vt ſibi officij ſui teſtimonium aliquod apud te darem: Qua quidem in re quando ei morem a nobis geſtum eſſe vides, velim contra illum ſcire ex te, me id diligenter feciſſe. Nam ad exiſtimationem noſtrã magnopere ꝑtinere arbitror, vt homines me vel minimis in reb⁹ & memorem eſſe & gratũ intelligãt. Quod vt facias, te vehemẽter etiã atq; etiã rogo. Vale. Patauij. Non. Feb.

CHRIST. LONG. FL. CHRYSOLINO S.

VEllẽ ęque facile ex meis literis, quanti apud me ſis perſpicere poſſes, atq; ego ex tuis q̃ me valde amares cognoui. cõplecterere, quod ipſe quidẽ de te feci abſentem animo: hãc vero epiſtolam etiã exoſcularere. Nec enim eo es ingenio, vt aut in amore te vinci velis, aut quãdo amicum coram non potes, animũ certe eius cogitatione complecti nolis. Equidem exponere tibi non poſſum, quantũ voluptatis ex literarũ tuarum lectione cepe ri: neq; id vero, ea ſola de cauſa, ꝙ ſupra oẽm

expectationem meam facetę elegantesq́ mihi viſę ſunt: q̃q̃ tam felix in ſcribendo induſtria, tuum erga me ſtudium vehementius cõprobauit: ſed ꝙ etiam illam morum tuorum ſuauitatem ita expreſſerunt, vt mihi tecũ eſſe & collocutionum tuarũ humanitate præſens ipſe frui plane viderer: ſimul & ꝙ in mentem eodem tempore veniebant innumerabilia tua in me vel præſentem vel abſentẽ officia: quorum quidem memoria mihi adhuc tam iucũda eſt, q̃ ea ipſa cum ibidem tum Venetijs grata extitiſſent. Atqui huius neq; eſt loci neque temporis, q̃ ipſe de me bene ſis meritus commemorare. tñ habeto, nullas mihi iſtinc redditas eſſe literas, neq; gratiores tuis, neq; iucũdiores: in quibus cũ ceſſationẽ tuã apud me tã multis excuſas, perinde, ſane facis acſi te mihi eo religioſe purgares, ꝙ mihi gratias tum nõ egiſſes, cũ ego abs te beneficiũ accipiebã. Equidẽ niſi mihi perſpecta eſſet animi tui ſingularis cũ ſimplicitas tũ moderatio, putarem me abs te huiuſmodi excuſatione accuſari negligẽtię, quaſi ipſe officio functus nõ eſſem, q nullũ prorſus grati animi argumẽtũ tibi adhuc ꝓbuiſſem. qđ ipſum, quominus adhuc p literas prę́ſtiterim, id quidẽ cauſę fuit, ꝙ cũ occupationibus tuis libẽter fauebã, tũ amicitia noſtra indignũ eſſe ducebam, vt tu pro opera, a me verba acciperes. Tãetſi amicitia noſtra, paucis vt tu quidẽ ſcribis, mẽſib⁹ iſtic inſtituta, ſed mehercule

cule & multis tuis in me bñficijs & incredibili meo erga te amore confirmata,facile pati poſſit,apud alterum plus officij reſidere,modo ne alter neq; tuendæ amicitiæ voluntate,neq; accepti beneficij memoria vincatur: quorum ſane neutrum vt in me deſideretur,perficiam. Qđ autem mihi de defenſionum noſtrarum libro gratularis,facis id tu quidẽ amice, & ego mehercule ipſe mihi plurimũ eo nomine gaudeo:ſed nõ propter eam facile, quam tu fortaſſe ſuſpicaris cauſam, ꝙ doctorum hominũ iudicio plurimum oratoriæ tum elegantię tum dignitatis præ ſe ferãt: id enim ipſe mihi vix perſuadeo, quando ne mihi quidem in eis ſatisfacio, qui tamen ſcripta mea aſpernari nõ ſoleo: ſed ꝙ eius libri editione partim certorum hominum improbitatem fregimus, partim exulceratos multorũ animos ſanauimus, partim bonos & doctos omneis ad cauſam adiunximus, atque adeo vti ais, nobis deuinximus.Quod ſi ita eſt,eſt quod ipſe mihi plane gratuler, nec minoris tanta talium virorum ſtudia q̃ Romanam ipſam ciuitatem faciam: qua quidem quo me nõ eſſe indignum demõſtrarẽ,illas ipſas defenſiones plane conſcripſeram.Donati ſunt quidem alij ciuitate multi: qui vero tanto bonorum omnium conſenſu, tanto doctorum hominum iudicio,ea dignus habitꝰ ſit,alterũ non ſane reperies.Atqui hoc in genere,ea mea cauſa eſt,vt quid ipſe ſentiã,

liberè èxponere nō poſſim. Quare quod ad te attinet, illud tibi perſuadeas velim atq; exiſti mes, habere te fortaſſe multos aut beneficiorum magnitudine, aut aſſiduitate, aut vetuſta te tecum coniunctiores q̄ me: ſtudio, beneuolentia, amore neminem: idq; non tam ꝑpter tuas quas ad me tum humaniſſime tū honorificētiſſime ſcripſiſti literas, q̄ q̄ plane ingratus ſim & mei diſſimillimus, niſi te mea ſponte amē plurimum: qui cum me ſemper feciſti plurimi, tum nihil ad excolendam confirmandamq; amicitiam noſtram reliquiſti. Cura vt valeas. Patauij. pridie Idus Iul.

CHRIST. LONG. IAC. SADOLETO S.

MIſſurus tibi Gul. Budęi epiſtolam, facere nō poſſum quin ipſe quoq; dem aliquid ad te literarum: q̄q̄ quod ſcribā non ſatis occurrit, niſi hic tibi fortaſſe vis tua in me beneficia vt commemorem. Atqui huius cōmemorationis te, vt puto, iam cepit ſatietas: me quidem iā pudet, in ea toties habenda gratia elaboraſſe, quā ne cogitatione quidē vlla conſequi poſſum. Simul & illud vereor, ne hoc tibi nomine in aſſentatiōis ſuſpicionē veniam, quaſi frequēs hęc tuorum erga me meritorū prædicatio, non officio ſed tempori tribuatur. Non cōmemorem? quid igitur ſcribā? aut qua me tibi nunc quidem via memorem gratumq; oſtēdam? Sic ſcilicet faciam: poſthac

tum deniq; ſcribam,ſiquid erit,cuius te certio rem per me fieri oporteat.Nam quin tibi ſtu- dium,beneuolentiam,obſeruãtiam quam de- beo vel abſens præſtem , te non dubitare cer- to ſcio. Scribo equidem ad nonnullos iſtic,eti- am cum nihil eſt opus,ſed ad eos omnino q- buſcũ mihi aut domeſtici vſus,aut familiarita tis aliquid intercedit. Te iſta grauitate,digni- tate,doctrina virum,iſtis occupationum qua- ſi fluctibus obrutum hominem crebrioribus literis interpellare non audeo ; Tu modo fac me ames & valeas : nos enim ita vt maxime tum te amamus & obſeruamus,tum vero va lemus & literis noſtris vtimur,eo etiam ſane conſilio vt tibi ocij noſtri rationem per ociũ aliquando reddamus.

CHRIST.LONG.P.BEMBO. S.

QVod ſuperioribus literis futurum præ dixeram,id nunc ſcilicet accidit:quin- ta te iam epiſtola oppreſſit.nec tu lite ram adhuc,aut omnino nummum. Atqui ad te ſcribendi nuper mihi in eo prora (vt aiũt) & puppis fuit, vt aliquid vel literarum elice- rem,vel pecuniæ exprimerem. Nunc quando vtrũq; adhuc deſidero,quo hic me tandẽ ani- mo eſſe cenſes?præſertim qui neq; vtrũ literas meas acceperis,neq; de pẽſione Cal. Nouemb. quid actũ ſit ſciã. Verũ poſtremum hoc leuius ferendũ:illud mihi nullla ratione diſſimulan- dum, q hac tua ſcribendi intermiſſione de ſa

lute tua ſollicitus eſſe cœpi.quæ quidem ſalus qua mihi pecunia non antiquior.Vale:& ſi me amas,cura vt me Flauius quemadmodum te cum agatur,primo quoq; tẽpore faciat certiorẽ.Reſcripſit iam tandem Budæus ad collegæ tui literas.eius epiſtolam ad te mitto:fac vt ea Sadoleto noſtro q̃primum reddatur.Salutem Colæ noſtro.Lazarus Bonamicus,quo Steph. Saulius tum in latinis tum in græcis literis vno vtebatur, migrauit Bononiam : ſtudiorũne cauſa,quod quidẽ ipſe affirmat: an vero vt Laurentij Campegij liberos inſtituat,nõdum plane exploratum habeo. Hic mihi tu velim memineris eorũ quæ ad te.xvj.Cal.Octob.ſcripſi:non quo quicq̃ timeam:confirmaſti enim tu me,& plane ſum cum animo magno, tum etiam ſpe bona,præſertim cum firmiſſima domeſticorũ noſtrorũ beneuolẽtia muniti ſim⁹: ſed vt me id nõ temere tum ſcripſiſſe cognoſcas.Illud item fac cogites,annum quidẽ iã fere eſſe,cum monitis tuis atq; præceptis adductus,earũ literarũ ſtudioſus eſſe cœpi,quas tu maxime probas:ſed me q̃d profecerim om̃ino neſcire. hunc laborẽ alteri delegare nõ poſſis. Itaq; longiores tuas expectabo,vel exigã poti⁹ cũ te valere & vacare intellexero. Iterũ Vale. Obſignabã epiſtolã hanc,cũ mihi a fratre tuo redduntur eodẽ tpe & lrẽ & ſeſtertiorũ nũmũ circiter duo millia:q̃ me plane recrearũt,ac rõnes meas iſtic abs te diligẽter explicari oſtẽderũt.

DECIMO LEONI PONT. MAX. PRINCIPIQVE RO.

ETſi apud me dubium nunq̃ fuit Pr. optime, quin pro tua in omneis quidem mortaleis illa, ſed mihi priuatim etiam perſpecta humanitate, munus iſtuc noſtrũ qualecũq; eſſet boni conſuleres: putaui tamẽ mearum eſſe partium, nõ id quidem verbis exornare: quod ſi facerem, nihil ab re fortaſſe facerem: ſed in eo conſilij mei rationes tibi breuiter exponere, nequis me vel facilitate tua ambitioſe abuſum, vel nullã omnino officij mei rationẽ duxiſſe exiſtimaret. Ego Pr. optime, vt primũ Gallicos hoſce canes duos nactus ſum, omniũ quos vnq̃ mihi videre cõtigiſſet cum eximijs corporis viribus pręſtãtiſſimos, tũ ſingulari in dominũ amore fideq; admirabileis, tũ vero venãdi vſu exercitatiſſimos: rẽ ſtatim omnino eſſe exiſtimaui, nõ priuata modo cõditione maiorẽ, ſed quę etiã eũ maxime deceret principẽ, qui tãto cęteris dignitate hoĩbus pręſtaret, quãto hi reliquas ſui generis animãtes & decora corporis ſpecie, & generoſi ſpiritus virtute anteirẽt. Neq; vero illud me deterruit, ꝙ res parũ digna tãto prĩcipe videri poterat. Legerã enim Indiã petẽti Alexãdro, ab Albanię rege canẽ vnũ, inuſitatę quidẽ magnitudinis illum, ſed vnum tamen, & in quo præter vel ſegnẽ immanis corporis molẽ, vel inſigne robur nihil facile mirarere, dono miſſum, nec

minus liberaliter quaſi dignum quod ab rege ad regem tam lõge mitteretur munus, accẽptũ:cum in iis quos ad te mitterem,non corpus tantum ad valẽtiſſimas quaſuis proſternẽdas beſtias validũ ſpectaretur, ſed agilitas etiã ad eas omneis quę velocitate cenſeantur cõficiendas egregia.Sed nec certe ineptiarũ crimẽ extimui,tanq̃ Pontificiæ dignitatis rationem in eo parum haberem. Ego enim cũ venandi artem ab optimo quoq; & doctiſſimo veterũ in primis probatam, cæteriſq; exercitationũ generibus omnibus lõge prelatam eſſe exploratum habeo: tum vero te nõ tam quaſi Põt. Max. q̃ vt principem Romanum, id eſt regum omniũ plane regem, nobiliſſimo honeſtiſſimę exercitationis inſtrumento digniſſimũ iudicaui. Idq; chriſtianiſſimi Francorũ Regis, a quo huc ad S.P.Q. Venetum Legati miſſi ſumus, exemplo feci:cui quidem etiã hac in re me plurimum gratificatum iri, certo ſcio. Nam is cũ nihil tua cauſa non vult, tum etiam te a ſuis vbiq; plurimi fieri iubet & cupit. Quo ſane etiam minus iã mirabere, quid mihi in mẽtẽ venerit, vt ego qui nec magna familiaritate, nec vlla ſane pręclara fortuna apud te commẽdor & regio te munere donare, & tam familiariter ad te ſcribere ſim aggreſſus. Donãdi cauſa ea quã ſupra poſui. & q; rex me⁹ quæcũq; tibi vel grata vel iucũda eſſe intelligũt, ea nũ a ſe mõ pſtari omĩa: verũetiã a ſuis ſtudioſiſſime diligẽ

tiſſimeq́ꝫ curari cupiat. Scribẽdi porro fidutiã attulit, primũ coniunctiſſima illa quæ ei tecũ intercedit neceſſitudo:deinde vero etiã re mihi iã probata incredibilis illa tua humanitas, qua me ab eodẽ Rege, atq́ꝫ religioſiſſima eius vxore ad te oli legatũ, iſtic ita accepiſti, vt ex eo tẽpore te non ſolũ Pontificatus,quo appellaris,nomine Maximum. ſed etiam ſingulari & plane quadã diuina bonitate optimũ ſemp iudicarim:nihilq́ꝫ antiquius duxeri,q̃ vt quoquo intelligeres modo,me tibi memoriam beneuolentiamq́ꝫ quam debeo adhuc præſtare.

CHRIS.LONG.FLAMINIO TOMAROTIO S.

IVcundiſſimę mihi tuę literęfuerunt,quæ & ſummam tuæ erga me volũtatis ſignificationem haberent,& perbelleſcriptæ, ſpẽ mihi afferrent non dubiam,talem te aliquãdo fore,qualẽ ego te vel ingenio vel diligẽtia tua fretus,multis futurũ m prædicaſſem. In iis,qꝫ me rogas,ad quem diem nos expectes:ego vero id,vt nunc quidem eſt,cõſtituere non queo: ita multis & magnis negociorum fluctibus obruor,de quibus ad te aliquid ſcriberem ſi eius eſſent generis,vt literis recte comitti poſſent. Siquid tamen cõiectura augurari licet,Nonis, aut certe ante diem tertiũ Id.Apr. vobiſcum ero. Tu vero, qꝫ te in viam des hoc tempore nihil eſt . Nam neq́ꝫ religioſis hiſce diebus ſatis honeſta ſit cuiq̃ peregrinatio,neq́ꝫ plane vi

deo,ſi veneris,quos ex cõſuetudine noſtra per
cepturus ſis fructus, qui tãtis occupationibus
diſtinear,vt vix huic tantulę cõſcribendę epi
ſtolę ſpatiũ habuerim, ſed nec certe quod tibi
mitterẽ aliud occurrebat.Cũ hęc maxime ſcri
berem,ecce tibi altera tua epiſtola. ſed in eãdẽ
cum ſuperiore rationem conſcripta, niſi ꝙ te
vehemẽter mirari ais nihil tibi literarũ a me
adhuc eſſe redditum. Eius autem rei cauſam,
ex ijs quæ paulo ante propoſui facile collegeris,Vale Venetijs,Palmaribus.

CHRIST. LONG. STEPH. SAVLIO S.

QVod nihil adhuc literarum ad te dedi, non id quidẽ cauſa fuit,ꝙ ſcribẽdi argumento deſtituerer quo plane abundabam.ſed quia eius erant generis res,quę literis recte committi non poſſent, & ipſe quotidie vel potius in dies ſingulos me ad vos recipere cogitabam.Nunc vero,cum necdum a regijs negocijs ſim plane vacuus, & ea iam dies inſtet,quã hic omnino traducere cõſtituerã,volui tibi conſiliorum meorum rationẽ per literas breuiter ſignificare, ne tu me vel ceſſationis nomine ſuſpectũ haberes vel diutius etiã q̃ par eſſet iſtic expectares. De re tua nihil adhuc cõſtitutũ. Tãtũ enim negocij regię literæ & nobis & decemuiris exhibuerunt, vt priuatorum poſtulationibus operã dare per hoſce dies neutris vacarit. ſed tamẽ, vt ſpero, res ex ſententia noſtra conficietur, non vlla quidem

citerioris Galliæ præfecti cõmendatione, quã ille inſulſa & plane gallica eſt vſus, ſed & conſilijs noſtris & ipſius cauſæ ęq̃tate pugnabimus. Experiemur quidem certe omnia, vt anteq̃ hinc proficiſcamur, tibi factum eſſe ſatis intelligas. Cogitabamus autem iſtuc aut Non. aut circiter quartum diem Id. Apr. Interim vide, amabo te, vt quoad in montibꝰ Euganeis cõmorabere, nequid abſentia noſtra rebꝰ noſtris detrimenti afferat. quod quidem facillime conſequere, relicto domi Antonio tuo: cuius & fidem & amorem erga te ſingularem mihi perſpexiſſe multis in rebus ſum viſus. Sed certe γλαῦκας ἐς ἀθήνας, qui tibi conſilium dem. Libellos, quos quaſi itineris comites mecum detuleram, ſcito nulli nobis adhuc vſui fuiſſe: ſed ſarcietur tamen ocioſis his diebus ocij noſtri iactura. Rẽ nos eo perducturos ſperamus, quo te iam aduentare ſuſpicamur. ſic fiet, vt cũ rediero, pari iugo in eadem ſtudia incumbamus. Vale. Venetijs. IX. Calend. Apr.

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS P. BEMBO S.

NVnq̃ fore putaui, vt aliorum prius literis de aduẽtu tuo q̃ abs te ipſo fierẽ certior, quod tamen quando præter opinionem meam cõmiſſum eſt, Venetias te ſaluũ veniſſe ĩmortaliter gaudeo. dã modo operã, ſi me amas, vt ſtatim intelligã, hic ne te, &

quando expectemus:an vero nos iſtuc aduolare, an in Patauino tuo tibi malis occurrere. Multa ſunt quare tecũ eſſe velim hoc tẽpore, ſed illud potiſſimum rationes noſtras conturbat, ꝙ Saulius noſter heri Genuam,pertriſti, neq; tamen nõ vero,fraternę valetudinis nũcio excitus,accurrit. Rediturum ſe quidem ille ad hyemem proximam affirmauit.Sed hęc coram:liceat modo nobis propediem congredi. Vale.Patauij.iij.Non.Mai.

CHRIST.LONG.FLAMINIO TOMAROTIO S.

PErſuaſi tãdem Bembo noſtro,vt me vobiſcum eſſe mallet q̃ ſecum. cras igitur ad ſummum perendie,nos iſtuc venturos ſperamus.Tu interim da operam nobis:cubiculum ea quam tibi iſtinc diſcedens oſtenderam,ratione inſtructum vt ſit.Interius conclauis veſtibulum ſi nondum illi faciundum curarit,admonebis eos meis verbis, id primo quoq; tempore vel ſtatim potius, extruẽdum vt locent.Res eſt nec multi negocij,nec ocio noſtro parum idonea. Lectus e regione veſtibuli velim collocetur.Pluteum ad dextrũ ingredientibus parietem ſtatues. Bibliothecam inter feneſtras duas mediam explicabis.Reliquam inteſtini operis ſupellectilem q̃ poteris aptiſſime totam honeſtiſſimeq; diſpoſitã voles.quicquid in eo genere ſumptus feceris, id ego tibi omne ſimulac venero diſſoluam.Sal

uere velim a me iubeas hoſpites meos,quibus etiam puerum meum,dum abſum, commendatum eſſe cupio. Vale.Venetijs.Id.Mai.

CHRIST.LONG.ANT.MARCILIO S.

EXpectabam auidiſſime tuas multis de rebus literas,cum mihi epiſtola tua reddita eſt,feſtiuitatis plena quidem illa & vrbanitatis,ſed multo mihi iucundiſſima ſane futura, ſi quod ſperabam ad me ſcripſiſſes, quemadmodum ſacrum Martino diem, quo veteres etiam dolia relinebant, traduxiſſetis. Scis enim condictum vobis fuiſſe cõſtitutũq;, vt eo ipſo die apud Egnatium noſtrum,iniuriarum iudices ſederetis dicam an accumberetis? Equidem etſi non dubito, quin aurificem noſtrum ocioſum omnino reddideris, iudiciumq; & cõuiuium ipſum facetiarũ tuarum lepore docte exhilararis:velim ad me tamen de tota cœnæ illius ratione diligenter perſcribas, vt quo me,haud ſcio q̃ laudabile,pertinax certe artium noſtrarum ſtudium,ſpectaculo abduxit,id mihi ſuauiſſimę tuę literæ exhibeãt. Scio q̃ tu vnus omnium huic rei conſcribendæ ſis aptus:ego certe tantum me ſcire arbitrabor, quantum ex tuis literis intellexero. Nam ꝙ te huc noſtra cauſa venturum ſcribis,eſt id mihi quidem in optatis, ſed quando te expectemus fac plane ſciam.quanquam mi Marcili chariſſime cum hoc in genere toto, tum in cæteris huiuſmodi quidem rebus, ita

mihi commodes velim, ſi tibi vt id libenter facias prius in animum induxeris. Sic enim amicis vti ſoleo, vt tantum ab eis contendam, quantum eorum vel fert dignitas, vel etiam patiuntur rationes. Quare ſi quod te facturũ oſtendis, veneris, nobis gratiſſimũ feceris, qui ſuauitate tua perfrui cupimus: Si non veneris, æquo id animo feremus. etenim qui tibi in primis conſultum volumus: & alterum quidem te amori erga me tuo tribuiſſe, alterum rebus tuis negare nõ potuiſſe iudicabo. Itaq; nec te pluribus, ad eam iſtic conficiẽdam rẽ, quam literæ tuæ abs te iam affectam eſſe ſignificant, ipſe cohortabor. Scio enim eam tibi eſſe curæ: ſed tamen vrgebis opus, mihiq; ad diem promiſſa repræſentabis. Quod ſi vt ſpero & opto feceris, omnia me per te conſecutum putabo. Quod de Elephanto aſcripſiſti, plane non probo. Indicum quidem aut Afrum inedia & verberibus domueris: iſte vobis cũ multo vuæ ſucco mitificandus eſt, tum etiam lorea potiſſimum alendus: ſed ita ne ſtudium illi veſtrum in ludibrij ſuſpicionem veniat. Nec enim ignoras, tametſi omnium terreſtrium animalium ſit longe maximum, & glorię cupidiſſimum elephas, q̃ tamen ſuſpicioſus idem ſit, quamq; hominis animaduerſo veſtigio, ſtatim ſubſiſtat, circunſpectet, iras proflet; noſti cætera. Vale. Ex vrbe Patauio, oct. Calend. Decembr.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

MAius atq; omnino aliud q̃ ſperabã nactus es ex literis meis epiſtolę argumentum: qui cum vel tuo more, breui reſpondere, vel me etiam authore tacere potuiſſes (Scis enim ita tibi mecum conuenire, vt tũ deniq; ſi res coget): tamen vberrimas mihi literas remiſeris, ſed nõ eius generis, quales abs te quidem expectaſſem. Voluiſti ſcilicet mihi morem gerere, & me ſcripto aliquo tuo laceſſere. Id ſi ita eſt, non tu quidem expectatiõe tua fruſtratus es: prouocaſti enim me, ſed ita me hercule quemadmodum crabrones, iritari ſolent. Equidem niſi maiorem facilitatis meæ q̃ calumniarum tuarum rationem ducerem, facerem intelligeres quo cum tibi ſit negocium qui me accuſandi anſam inde tibi ſumpſeris, vnde te nobis gratias egiſſe maxime oportuit. At vide q̃ plane & latine, minimeq; aſtute tecũ ago: ni quę tu copioſe quidẽ & eleganter in me collegiſti, ea ipſe duobus verſiculis refuto omnia, cauſam haud dico, quare mihi hoſpitiũ ſtatim non renuncies. Accuſationis tuę ſumma hęc eſt. Vituperandum eſſe me in amicitia tua, ꝙ non aliter ad te ſcripturus fuiſſe videar, atq; ſiquid ad Ant: Marcilium ſcripſiſſem. Hic igitur primum mihi memineris, quidnã de ſcribendarũ inter nos literarũ ratiõe cõſtitutũ habeam⁹; deinde illud tibi ſuccurrat velim

cum mihi opus omino nō fuiſſe tū ad te ſcribe re,tū vero me etiā cum nihil eſſe quod darē, tamē ad te ſcripſiſſe. Ad Marciliū aūt eo potiſſimū miſiſſe,& quia id me facturū, ei fuerā pollicitus,& quia oīno habebā, quod illū ſcire mea plurimū intereſſet. His tibi cauſam meā ſi nō probaui,ęquis certe iudicib⁹ approbabo. Tu vero,q te excuſes,qui me,q̄ officioſus erga te gratis fuerim,accuſare es auſus? Extra iocum mi Octouiane,cum literas tuas legi libenter,tū ingenio tuo ſum delectatus mirifice. Tu q̄q̄ admonitione nō eges, qui me hortaris & eodē ipſe vocas, tamē fac ſtilū exerceas, & crebris me literis appelles. Ego enim cū ex ea re maximā voluptatē cepero,tū te,quātū ſtudiorū noſtrorū rationes ferent,hac in exercitatione contінuero. Saluta meis verbis cōmunes amicos, nominatim Bapt. Egnatium quem conſcriptorum meorum κανόνα eſſe voluerim,auidiſſime iudiciū eius expecto . hortare hominē vt me aliquādo hac ſollicitudine liberet, & per me q dē opus totū vna litura emēdet. vix enim credas, q̄ mihi iā parū in eo placeam. Aſſem tuū Saturnalibus ad aſſem tibi præſtabo . Vale ex vrbe Patauio. viij. Calend. Decemb.

CHRIS. LONG. ROGERIO BARMÆ. S.

Nihil vnq̄ minus futurum exiſtimaui, q̄ vt tibi aliquem hinc commendare neceſſe haberem, qui cum iſtic eſſem,& tu omnia mea cauſa velle viderere, tamen id vt ſa

cerem nunq̃ adduci potui. Nunc etſi me præter ſpem de vetere illa mea ſententia depulſum eſſe video, facile tamen patior, nactum eſſe me tempus, in quo & beneuolentia erga me tua periculum tam longe gentium facerem, & quantum ſtudijs noſtris ingenijſq; adhuc faueres, experirer. Vidum Brelęum optimum & ſummæ ſpei adoleſcentem vehemẽter diligo. Nam me & Lutetię Pariſiorum, cum primum forũ attigi obſeruare cœpit, & hic tã cõſtanter ſemper coluit q̃ qui maxime. Is cũ patris literis, quaſi ex ſummo ſtudiorũ ſuorum curſu, domũ reuocetur, intelligatq; ſe nondũ eos percepiſſe ex legitimis literis fruct⁹, quos ſi ad metã perueniſſet, ſeſe inde laturũ ſperarat, vellet ſibi ſtudiorum tẽpus in venientem quoq; annum prorogari. Id vero cũ ſe ſuis literis cõſequi poſſe diffideret, neq; de patris ſui in te, atq; tua in me volũtate dubitaret, egit mecũ, vt ea de re ad te q̃ diligentiſſime perſcriberẽ. Nec ego honeſtius quicq̃ a te petere mi Barma, nec tu illi hoc tempore gratius poſſis facere. Conficiẽdi negocij ſpem nobis afferũt, cũ rei ipſius æquitas, tum vero ſumma tua apud adoleſcẽtis parẽtem vel gratia vel authoritas, quibus illum facile ceſſurum eſſe confidimus. Neq; vero patri metuendum eſt, vt idcirco tarda filium deceſſio delectet, ꝙ adoleſcentibus omnia pegre ſolutiora ſint q̃ domi. Noſcis enim hominis ingenium, ego ſtudium & diſciplinam: quæ mi-

hi ſane eũ eiuſmodi virũ fore pollicentur, qui
veſtris paucorũ laudibus aliquãdo reſpondeat.
Nõ ſoleo temere quicq̃ de altero affirmare,prę
ſertim adoleſcente,qui qualis futurus ſit prę-
ſtari nõ poteſt,ſed ſi quo tamen ſum in digno
ſcẽdis hominib⁹ deligendiſq; amicis iudicio,
ſpondeo vobis annũ item vnũ additũ patris
deſiderio,filij ſtudio, alteri multorũ annorum
lętitiã,alteri ſempiternã laudẽ eſſe allaturum
Quare quantũ me amas,vel te potius ipſe ſcis
a me obſeruari,tm̃ enitere & cõtende,vt a pa-
tre eius tertij quoq; anni acceſſionẽ impetre-
mus.Hoc te vehementer etiam atq; etiam ro
go. Vale ex vrbe Patauio.Id.Ian.

CHRISTOPHORI LONGOLII EPIST. LIB.II.

CHRIST. LONG.P.BEMBO S.

ACcepi tuas literas
ad quar.Non. Ia-
nuar. in quib⁹ oc-
cupationũ tuarũ
ſignũ mihi fuit
vel maximũ, ꝙ
tũ aliena manu,
tũ patria etiã lin-
gua. ad me ſcribe
res: Sic tamen tũ
mihi iucũdiſſimę
fuiſſent, hoc cer-

te aſperſerunt moleſtiæ,ꝙ vnam quinq; mea-
rum ad te epiſtolarum periiſſe ſignificabant.
Nam ad quatuor duntaxat poſteriores reſcri-
pſiſti.In illa etſi nihil plane eſſe video, qđ vel
te ſcire alterutrius noſtrum iam interſit, vel
te magnopere delectare poſſit,faciundum mi-
hi tamẽ putaui,vt eam ad te eodem exemplo
mitterem,non quo mea mihi maxime place-
ant,(ſcis enim vt me tu calumniatorem mei
ſis appellare ſolitus)ſed ne me quicq̃ de quinta
illa epiſtola mẽtitum eſſe exiſtimares.Q; ſcri-
bis poſteriores quaſque meas ad te literas, tibi
priorib⁹ magis probari qdẽ,& inſequẽtis qdq;
epiſtolæ genus,ꝓpius omnino antecedente ad
illius cuius nos imitatione erudimus, ſcripta
accedere,ſed me nõdum eos ex ſtudijs noſtris
percepiſſe fructus,quos me aliquando laturum
eſſe tibi perſuaſiſſes:In hoc tibi equidẽ aſſen-
tior mi Bembe cariſſime.Neq; vero ego ſentẽ-
tiã ea de re exquirebam tuam,quaſi Patauinẽ-
ſes hoſce dies,ad ea quæ te authore molimur,
ſatis eſſe arbitrarer,q̃ ne fundamẽta qdẽ tanti
operis mihi adhuc ieciſſe viderer:aut vt aliqđ
tuarum literarum teſtimonium elicerem,qui
me ſcilicet vna ſtudiorum meorũ conſcientia
ſuſtẽtare ſoleã.Sed eo illa,mihi crede,ſcripſi,vt
de te intelligerẽ,tantũ ne me ſuperiore anno
ſtudijs noſtris operę nauaſſe iudicares, quantũ
initio ſperaras:an vero expectationi tuæ non
reſpõdiſſẽ. Id aũt ipſum eo potiſſimũ rogabã,

vt ſi me eius tēporis operā bene poſuiſſe iudi cares,pergerem vt cœpi:Sin minus,vt vel cō mutata itineris ratione,vel correcta curſu tar ditate,eo aliquādo peruenirē,quo tu me & corā verbis & abſens literis vocare nunq̄ deſtiti ſti.Sic igitur facies:& ſi quidem id,quo nos ad huc vſi ſumus,inſtituēdi genus probaris.(Nō enim ignoras quamnam diſciplinę viam ſim ingreſſus)authoritate nos tua confirmabis:ſin aliquod eruditius & ad diſcendum expeditius habueris,conſilio tuo nos adiuuabis.Io.Pinū, quem a Pōtifice Max. ſacra Apamearum prę fectura ornatum eſſe audio, & mehercule etiā gaudeo,facile patior ſua cōmoda noſtris ante ponere.Neq; vero ab iis q̄ mihi Venetiis oſten debat promiſſis vnq̄ pependi:qđ vel ex eo poſ ſis coniicere,q; ad eū vti ſcriberem , animum inducere adhuc non potui. Hominis dignita tem atq; doctrinā ſemper ſuſpexi:in iuuandis amicis ſtudium aut diligētiam ab eo nunq̄ ve hemēter expectaui. Tu,etſi fortunę noſtræ ra tio nihilo etiam nunc informatior eſt,q̄ cum Venetiis eſſemus,prēnſabis tamē,ſi tibi vide bitur,hominē : id eſt eum meis verbis & crebro ſaluere iubebis,& appellare non deſiſtes. Nihil minus velim q̄ vt ſe in amicitia noſtra vitu perādū eſſe exiſtimet,idq; ne ſi officiū ſuum a nobis deſiderari itelligat,animū ad nos oppu gnandū aliquando traducat . Sed hoc deus ali quis viderit. Ego enim ad cæteras tuas curas,

hanc quoque ex iſtius negligentia ſollicitudi nem acceſſiſſe video, vt me iam abs te vno tuẽdum ornandumque exiſtimares. Adoleſcentẽ qui has tibi reddidit literas, mea cauſa commendatum habeas velim. Nam & Germanus eſt, & honeſto apud ſuos loco natus, nec a literis noſtris abhorrẽs, & quod caput eſt, nos hic etiã in primis & colit & obſeruat. Excurrit autem Romam, non quo ei quicquam iſtic ſit negocij, ſed vt dum cæteri, ocioſis hiſce Saturnalium diebus, a literis feriantur & ceſſant, ipſe vrbem, & eodẽ itinere Ethruriam agrũq; Picenum viſat. quicquid eo in genere ei commodaueris, erit mihi gratiſſimum, nec apud adoleſcentem ipſum non optime collocatum. Vale. Ex vrbe Patauio. Idib. Ian.

CHRIST. LONG. ANDREÆ NAVAGERIO S.

Accepi literas tuas heri poſt meridiem, qui dies Id. Ianua. fuit. Ad eas reſcripſiſſem, illa ſtatim ipſa, quemadmodum poſtulabas, qua mihi ſunt hora redditæ, niſi ſcripta tua eius eſſe generis iudicaſſem, vt mihi non feſtinanter & in tranſcurſu, ſed diligẽter & per ocium accurate legenda eſſent, præſertim cum tu me eorum Ariſtarchum conſtitueres. qua quidem in re irrideri abs te profecto putaſſem, niſi animum tuum plane perſpectum habuiſſem: quem cum mihi ſtudiorũ noſtrorum ſocietate coniunctiſſimũ, tum ve-

ro ab omni illiberali ſimulatione alieniſſimũ eſſe certo ſcio. Faciam igitur quod iubes: neq; id vero ipſum tam libenter q̃ neceſſario: etem qui mihi cõſcius ſum nullo eſſe me prorſus ea in re vel ingenio vel iudicio. Veruntamen vt me maiorem voluntatis tuæ quàm pudoris mei rationem habuiſſe intelligas, pauca quædam hic notabo, quæ ſane cum tu legeris, iudicabis eam eſſe lucubrationum tuarum rationem, vt monimenta tua calumniam potius a quouis pati, q̃ a me limari perpoliriq; poſſint. Atq; vt ſupra crepidam aliquid ſtatim audias, ſcito in ipſo protin⁹ principio deſiderari a me Sadoleti prænomen: idq; cum q; ea res dignitatis quiddam habere, tum etiã q; ipſa epiſtola iuſtæ orationis inſtar mihi quidem eſſe videatur. Eadem adiectionis formula vellem abs te & Bẽbi, & meum etiam vbiq; nomen subornari. Nam q; ais latinam linguam, florentibus Imperij Ro. opibus intra Italiæ limites conſtitiſſe: ego vero eam cum alijs gẽtibus communem fuiſſe arbitrabar, tum vero in Gallia maxime, Hiſpania, & Tingitana prouincia viguiſſe exiſtimabam. Adduxerat me autẽ in eã opinionẽ non leue argumentum, q; earum gentium quotidianus ſermo haud ita multum ab Italico vel hodie diſſideret. Sed non is ego ſum, qui in hoc ſententiam meam anteponi velim tuę. In eo quidem certe admoneri te patiere, vt cum aut totum quiddam, aut gene-

ratim omnia complecti voles,aut etiam mẽ- tis tuę ſenſus aientibus verbis cõfirmare, du- plicatis negationibus aliquãtoparcius vtare: cui⁹ quidem generis ſunt illa. Nemo non,nul lus nõ,nihil nõ:quæ vt orationi modicè aſper ſa iucũditatis afferunt plurimum , ſic crebrius repetita & frequentata ſatietatem pariunt at- que faſtidium.Nam quin totidẽ verbis ex M. Tul.Cicerone tibi tam multa impune ſume- re non liceat,ne quidem ipſe,puto,negas. Sed non animaduertis ſcilicet, qui aſſidua ſummi illius oratoris librorum & accurata lectione hoc conſecutus es, vt etiam imprudẽti tibi & inuito integræ ipſius non modo ſententiæ,ſed multi ſimul interdum verſus excidant atque effluant.Quod ipſum vt mihi ſummæ eſt ad mirationi,ſic haud ſcio an illis probaturus ſis, qui Aeſopi Graculum nobis obiicere non de ſinunt,nec Publ.Virgilij authoritatem atque iudiciũ hac in re accipiũt. Equidẽ quod ad me attinet,ita ſtatuo. Dirigendam quidẽ eſſe no- bis & formandam ſcribendi rationem putaui, ad illius dicẽdi genus: ſed ita, vt virtutes eius oratione noſtra exprimere conemur. nõ item vt paſſim oĩa ab eo mutuemur, aut quod mul tos facere iã videas,quaſi cẽtones quoſdã ex Ci ceronis verbis cõſuamus. Sed hoc toto de gñe alias.Nũc tantũ habeto, dandã tibi eſſe in pri- mis operã,vt quæ in manus hominũ a te per- ueniẽt,plane tua eſſe,non aliena,& aliũde cor-

rogata videantur.Quod quidē hoc tibi magis faciūdū cenſeo,ꝙ tu hodie vnus ex omnibus cōmentationes tuas literis cōmēdare potes o-ptīe atq; elegātiſſime. Habes fere mi Andrea, quę ſtudio tuo obſequutus in eo libello aīad-uerſione digna exiſtimaui.cętera ſunt eiuſmo di,vt mihi quidē magnopere probentur.Quę porro de meæ erga Iac.Sadoletū voluntatis ſi gnificatione aſcripſi,ita deniq; proferri ea velī, ſi id vt libēter facias animum induxeris. Sin aūt a te ſententia quidem probabitur mea,lo-cus autē ipſe,aut eloquēdi ratio non item pla-cuerit:tu ea de re quod tibi videbit̄ conſtitues: & ita ſpero conſtitues,vt me tamen ille gratū memoreq́; ex tuis literis ſit cogniturus. Tan tū hęc ad te perſcripſeram:ecce ab eodem Sa-doleto literę,quibus vt te ſuis verbis ſalutarē, atq; tibi etiam ſuo nomine gratias agerem,ro garet,ꝙ ſibi tam pręclarum,(opinor in illa vel ad Pont.Maximum,vel ad P.Bembum epiſto la:id enim cuiuſmodi ſit non explicat)teſtimo niū dediſſes. quod me feciſſe ſi per literas tuas ei ſignificaris,erit id mihi tam gratum q̄ quod maxime. Vale ex vrbe Patauio.

CHRISTOPH.LONG. FLA-VIO CHRYSOLINO S.

PERbreueis quidem ſed iucundas ta-men abs te literas accepi:in quibus il lud mihi fuit gratiſſimum,ꝙ Iac.Sa doletum & eſſe in vrbe adhuc, neq;

hoc tempore quoq̃ exiturum ſignificabas. Sic ẽm iniecta mihi ſpes eſt non dubia, fore vt ille toties a me inuitat⁹ aliqñ reſcribat. Eqdẽ non facile cauſam reperio, cur cũ ego & Bẽb⁹ iſtinc abeſſem? lõgius, ille crebras ad me daret literas: ſimul vt collega eius Romã aduẽtarit, ſtatim ſcribere intermiſerit, vel deſtiterit potius, præſertim cũ eũ multis literis nõ prouocarim modo, ſed etiã epiſtolę argumentũ ei de induſtria perſæpe dederim. Venit mihi interdũ in mẽtem ſubuereri, ne plus apud eũ quotidianę inuidoꝝ meoꝝ, qui & multi & callidi ſunt, calumnię potuerint, q̃ valuerit mea in ĩpm obſeruãtia. Longe ẽm gẽtiũ abſum, neq; iniquoꝝ ſermonib⁹ abſens reſpõdere poſſum. Cõtra cũ mihi hominis grauitatẽ atq; prudentiã propono, nihil eũ huiuſmodi potuiſſe aut fallere aut de ſentẽtia depellere mihi ꝑſuadeo. Oĩno male me habet tã diutina hominis ceſſatio minime omniũ ceſſatoris, &(qđ ſępe ſum expertus) vel in ſummis occupationibus officioſiſſimi. Tu ſi me amas, inueſtigabis huiuſce rei cauſã, vt ſi qua offenſiuncula nonnulloꝝ peruerſitate in illi⁹ aĩo facta ſit, huic malo ſtatim medeamur. Sin idcirco taceat, qa ei nõ vacet: deſinamus quãdoq;, & de immutato illius erga nos animo temere ſuſpicari, & hoĩem occupatiſſimum literas improbe flagitare. Q; vero te, ſiquid vnq̃ nactus eris ocij, ſuperioribus meis literis abũde ſatisfacturũ polliceris, nihil eſt mi

Flaui,qđ in eo,mea quidem cauſa,labores. Sa tis enim vel etiã omnia a te habuero, ſi vt es, res meas iſtic procuraris.Q đ ne me ſine cauſa nũc ſcripſiſſe putes,ſcito mihi decretæ a Pont. Maximo in annuũ ſumptũ pecuniæ diem, ad Cal.Nouẽb.cedere, atq; magna ex parte in diligẽtia tua eſſe poſitũ,vt eo tempore ad nummos perueniam⁹.Qđ ne mihi fruſtra perſuaſerim, te vehementer etiam atq; etiam rogo: Vale.Ex vrbe Patauio.xvi.Cal.Octob.

Scripta epiſtola ſuperiore, redditæ mihi ſunt abs te literæ,quas ad.vi.Id.Septemb.te dediſſe ſcribis.Ad eas vt nũc quidẽ eſt, nihil reſcribo, per ociũ reſponſurus,ſi quid huiuſmodi occur rat,qđ tibi non iniucũdũ fore iudicaro.Ex lite ris Hier.Fũduli, quas vna cum tuis accepi, cognoui puerũ meũ, quem Io. Pino regis Franci Legato Romã proficiſcẽti cõmendatũ tradi deram,nup diſceſſiſſe.qđ ſcilicet vt debui,mul tis de cauſis moleſte tuli:ſed quando adoleſcẽti vel puero potius deeſſe nõ poſſum, qui me relicta patria non in Britanniam modo, Germaniã & Italiam duriſſimo anni tempore eſt ſecutus,ſed fidem etiã ſuã mihi & operã & obſeruantiam magis omnino q̃ ab iſta ętate poſtulandum erat,præſtitit, ſi ad remanendũ nul lis conditionibus adduci poteſt, numera, quæſo,illi tantum pecuniæ, quãtum ad ſumptum itineris hucuſq; ſatis eſſe videatur. Quicquid mihi eo nomine expenſum tuleris,id ego tibi

oīe bona fide vel permutādū iſtic curabo, vel ſi ex penſione noſtra deducere malis, acceptū ſtatim feram. De tota hac re velim me q̄ celerrime facias certiorem. Iterum Vale.

CHRIS. LONG. HIER. FVNDVLO S.

COmplicarā meas ad Bembū, & Fl. Chryſolinum literas, cum mihi tuæ, quas te prid. Id. Septembr. dediſſe ſignificabas, ſunt redditæ, & cum ijs item eodem exemplo alteræ, quibus dies aſcripta erat. vj. Id. Iun. Ad vtraſq; plus propediem nactus ocij reſpondebo. Nunc quod me in poſterioribus cōmouit, accipe. Doleo equidem Io. Balleuium commēdatione noſtra diutius vti aut noluiſſe aut nō potuiſſe: ſed me illud magis excruciat, quod eum a ſe leuiter hominem abalienarit, cuius ei beneuolentiam meis & verbis & literis conciliaueram. Verū ea eſt adoleſcentuli tum ętas tum ingeniū, cui nemo non facile ignoſcat. Itaq; ſi eo cōſilio ſe ſubduxit, vt tātiſper abeſſet dū Pini noſtri iracūdia deferueſceret: quęſo te vt puero cōmunē amicū placatū reddas. Sin nunq̄ rediturus diſceſſit, nec ſpes melioris vitæ vlla ei iſtic oſtenditur: cura vt ad nos quacunq; ratione remittatur. Nā ad officium dignitatēq; noſtram pertinere arbitror, vt is qualiſcunque nunc eſt, in Italia ne egeat, qui domo & fortunis relictis (eſt enim honeſto apud ſuos loco natus) me authoritatemq; meā per tot maria, per tot terrarū tractus hucuſq; libenter ſit ſecut9,

Quare hominē conquires, viaticóq;, qđ a Flauio noſtro accipies, proſequere. Ego aūt & quā cūq; tu ei fidē dederis, prꝙſtabo: & vt ad ſuos honeſte liberaliterq́; a nobis tractat⁹ redeat, diligē ter curabo. Vale. Ex vrbe Pata. 16. Cal. Octobr.

CHRI. LONG. IAC. SADOLETO S.

ETſi ſane nō habeo, neq; qđ ad te ſcribā, (ſcis em̄ mihi iam literas tuas expectādas potius eſſe, q̄ meas tibi) neq; omnino quo literas mittam (audio enim te iamdiu trans alpeis profectum) cum tamē ad P. Bembum collegam tuum ſcripſiſſem, facere nō potui, quin ad te quoq; literarum aliquid darē, quod ille tibi vbiuis gentiū eſſes reddendum curaret. Itaq; ſi forte adhuc in Italia es, hoc tibi plane nomine gratulor: nec em̄ neſcis quanti apud me ſit Italię genius. Sin Carpentoracti: gaudeo equidem, ſed non tam mehercule tibi, qui in Prouincia ſis cum imperio, q̄ ciuitati ipſi atq; prouincialibus tuis omnib⁹, quos quidem te Prꝙſide ſacrorumq́; antiſtite beatos ſemper quidem iudicaui, ſed anno potiſſimū ſuperiore, cum non ſolum ex eorum oratione verum etiā ex vultu & oculis & fronte cognoui cū q̄ tu illis charus eſſes, tum vt omnem felicitatis ſuæ ſpem in te contuliſſent vnum. Optima enim, mea quidem ſententia, felicitatis pars hæc eſt, vt quis ſe felicē eſſe putet, aut certe futurū ſperet. Equidem cū illac iter Lutetiam Pariſiorum facerem, tanta erat in ex-

pectatione aduentus tuus,vt pro eo ab omni
bus certatim ordinibus vota fierēt, comitūq;
meorū nōnulli,qui te plane nō noſſent,inter-
dū ſubuererētur, vt tu tātam expectationem
ſuſtinere ac tueri poſſes,quoad a me pleni⁹edo
cti,qui ipſe tandem eſſes qđ erat,ſentire cœpe
runt,te non modo inſigni ad laudem virtute
tua hominū opinioni reſponſurū, ſed prędica
tionem etiā meā facillime ſuperaturum. Atq;
ego mediusfidius nō dubito,quin & integrita
tis tuę famam,& doctrinę gloriam,& ſancta-
tis opinionem aduentu tuo confirmaris,eosq;
virtutum tuarū admiratione omnes ita in te
cōuerteris,vt ſe nō ab vrbe Roma miſſū ali-
quem,ſed hominem plane diuinū atq; de cęlo
lapſum intueri exiſtimēt. Quod autem ad me
attinet illud tibi perſuadeas velim,neminem
eſſe mortaliū,quem ego pluris faciam q̃ te,ne
minem quem magis amem,neminem cui vel
plus vel libēti⁹ debeā.de quo;etſi te, nihil etiā
ſcribente me,non dubitare certo ſcio, ſcriben-
dum tamen ad te putaui:atq; omnino in eam
partem peccare malui,vt in eo inanes poti⁹ q̃
nullas a me literas acciperes. Q; tibi ante quī-
tū mēſem ſcripſi,me ſimulatq; neceſſarios me
os de Florētino negocio cōſuluiſſem , ex illorū
ad te ſentētia atq; authoritate ſtatim ſcriptu-
rū:ſcito illos poſtq̃ in Italiā redij nihil ad me
neq; lrarū neq; oino pecuniarū miſiſſe:vt equi
dem accuſatores meos mihi infeſtiores eſſe nō

putem, quod in ciuitatem tanto bonorum conſen
ſu ſim receptus, quam illos quod contra voluntatem
ſuam in Italiam reuerti. Sed facile ſpero vt cũ
iſtorum improbitas tuis cæterorum que amico-
rũ meorum conſiliis infringatur, tum vero il
lorũ cogitatiões vel officiis noſtris vel ipſa die
debilitent. Si qd tñ aliqñ tandẽ reſcripſerint,
ad id meas accõmodãs literas, ex illorũ ſermo-
ne ad te ſcribam. Neq; tamen ſi iniquiores in
me eſſe pergent, conſiliis eorũ ſteterim: ſed ipſe
mihi plane conſulam, modo res nobis integra
ad reditũ tuum reſeruari poſſit. Q; ſi nihil oĩ-
no ſcripſerint, non multã quidem ipſis & Gal
liȩ vniuerſæ ſalutem dicam, ſed faciam profe
cto vt intelligant me & nouarum amicitiarũ
coniunctione aduerſus veterũ iniquitatẽ mu-
nitum eſſe, & quã in partem meum in Italiam
reditum accipiant non magnopere laborare.
Interea curabo, vt mihi fructus ocii mei con-
ſtet, eiuſque tibi ratio aliquando de me reddi
poſſit. Vale. Patauii prid. Id. Iul.

CHRIST. LONG. LÆLIO
MAXIMO S.

Binas hic a te, haud ita longo interuallo,
literas accepi. Vnas Paulus frater tuus
mihi reddidit: alteras idem cum Vene-
tias iam migraſſet, ad me perferendas illinc cu
rauit. Prioribus excuſationem intermiſſionis
literarum tuarum affers: quã quidem ita acce
pi, vt magno interim dolore afficerer, cum quod

P. Paulus Caſtellanus immatura morte nobis ereptus eſſet: tum q̀ ea res, & Iuliano noſtro & tibi tantũ negocij moleſtiarũq; attuliſſet, quantũ tu vix literis cõplecterere tuis. Verũ cum ea lege atq; conditione nati ſimus, vt nobis hæc atq; alia iſtiuſmodi innumerabilia velim⁹ nolimus ſubeũda ſint: meminerimus nos eſſe homines, feramusq; ſi nõ libẽter, at tolerãter certe, qd nullo conſilio neq; vitare neq; mutare poſſumus. Sed γλαῦκας ἐς ἀθήνας, qui hæc ad te. Itaq; quod de Peruſina illa tua peregrinatiõe addidiſti (cur enim mihi non liceat te authore iucũda triſtibus miſcere?) eſt id quidem mihi nõ iniucũdũ, ſed fuiſſet omnino multo iucundiſſimũ, ſi qd de delicijs illis tuis noiatim aſcripſiſſet. Vix. n. credas q̃ ſcire cupiã, vt tui tibi amores illic pceſſerint. Nam tecũ Romæ q̃diu fuiſti tu certe ſemper ἐς τὰ ἐρωτικὰ ἀναφρόδιτος. Q̀ autem tibi per rei familiaris occupatiões, nihil ad doctrinæ ſtudiũ ocij relictum eſſe doles, ego quoq; tua cauſa doleo: ſed ſi me audies, aut iſta ſtudia non tanti facies, aut facile deſiderio tuo ſatisfacies, ſi & noctibus abuti, & matutinas horas, cum neq; tibi quiſq̃ moleſtus eſt, neq; tu cuiq̃ negocium exhibes, lectiunculis dare voles. Defenſionum noſtrarum librum iſtic tãtopere probari, magis equidẽ gauderẽ, ſi vel aduerſariorũ noſtrorũ iudicio talis eſſet, qualem tu eũ eſſe prædicas, vel optima laudũ illarum pars ad te cæterosq; amicos noſtros

nõ trãſfunderetur. Explicaui qdẽ in eo quicquid tum habebã cũ artis tũ cõſilij, ſed nõ eo ſane conſilio, vt dicendi peritus, a quo quidem etiã nũq̃ lõgiſſime abſum, ſed vt vir bonus ve ſtraq; aduocatione nõ indignus haberer. Vni epiſtolę reſpondi, venio ad alteram: in qua q̃ ſcribis ꝑlia te mea cauſa ſuſtinere, facile oſtendis, amorẽ erga me tuũ ſine cauſa in ſuſpicionẽ veniſſe. Atqui nunq̃ id mihi ſubuereri in mẽtẽ venit: ſed cũ intermiſiſſes literas ad me dare, nec eiuſce rei cauſã vllã oĩno reperirẽ, voluiſcilicet leuiter te pungere, vt tuas quoquo mõ elicerẽ: qđ eo ſane cõmẽto me cõſecutũ eſſe & video & plane triũpho. Eſt igiť mihi pgratũ obtrectatores meos a te refutari, ſed ita meher cule, ſi id ea facis moderatione, quã mę tibi anno ſupiore Lugduno ꝑſcribere memini, id eſt ſi eorum improbitatem, non regerendis conuicijs, nec enim digni ſunt quibus tu quidem maledicas, ſed animo forti & graui, quaſi fluctũ ſaxo infringas. Contemptu mi Lęli, contemptu opꝰ eſt, ne ſe homines leuiſſimi aliqd eſſe putent, ſi te de cõſtantia tua depulerint, aut oĩno cõmouerint. Sed hac de ratiõe vlciſcẽdi inimicos tota quid ſentiã, nihil attinet pluribus dicere, cũ appareat, quodnã ipſe in defenſionibus meis ſim ſecutus conſilium. qui eos mihi nunq̃ appellandos cẽſui, neq; id tam propter illas quas tibi tũ attuli cauſas, q̃ vt ſe, mea quidem ſententia, prorſus indignos eſſe intellige

rent, quos vel cum honoris prefatione quiſq̃ appellaret. Pari velim animi æquitate feras, Simiolum illum in ciuitatē irrepſiſſe. Nam in eo aut nullũ graue vulnus reſp. accepit: aut ſi qd omnino admiſſum eſt, inimici quidem noſtri eiuſce flagitij culpam ſuſtinebunt. Neq; tamen eſt cur ſe ille nobis eo nomine tam arrogāter conferat. Ego em̃ tametſi homo trāſalpinus, ac idem multa flagrās inuidia, tamen inuitis oībus ipſius amicis, & multo q̃ ipe prius, ſumma bonorũ oīm doctorumq; hominum ſuffragatione, vel potius ſingulari S.P.Q. Romani iudicio in ciuitatem ſum aſcitus. Ornamenta.n. virtutis & doctrinę indocti cōplures ſceleratiq; hoīes adepti ſunt: tanta bonorum ſtudia, talia doctorum virorũ iudicia ſine literis & probitate aſſecutus eſt nemo. Equidē ipſe tā graue omniũ ordinũ de me iudiciũ pluris facio q̃ vel omnia ampliſſimorũ bonorũ nomina nedũ ciuitatē ipſam: in quā vtinā hic vnus ea indigniſſim⁹ immiſſus nō eſſet. Sed tu quē Ro. ciuem appelles, neſcio. Mihi quidē ciuis e rep. is deniq; aut etiam is ſolus eſt, non qui ciuitatis ius oſtentet, ſed qui tanti noīs dignitatem virtute animiq; magnitudine tueatur & ſuſtineat. Eadem eſt hirci illius cauſa, quē qdē ab ijs tanti conductũ eſſe non magnopere miror, ſiquidem tales ſunt, quales abs te depingũtur. id ſcilicet miſeri tanta mercede cōſequentur, non modo vt nihil ſapere, ſed, vti docti-

etiam inſanire videantur. Q̃ꝗ aliud omnino quo me ducat coniectura, habeo. Vlciſcētur eũ ſui mores, atq; iiſdem illis flagitiorum ſuorũ pœnas dabit, qui eum nunc in honorem adducere videntur. τὰ ἐκ τρίποδος. Præmia porro illa, quæ tu mihi haud paulo plus q̃ par ſit admirari videre, vir autem ſapiens in minimis poſuerit: noſtris non modo non æquanda, ſed ne comparanda quidem ſunt cõmodis, ſiue illa ęſtimare libeat, quæ ex Pont. Maximi liberalitate ad nos perueniunt, ſiue illa quibus a Po. Florentino inuitamur. quæ quidem cur a me non magni putentur, ſcribam ad te alias: nũc tantũ habeto, me multo plus ex hoc ocio voluptatis capere, q̃ ex quinis illis vicenis ſeſtertiorũ nummũ milibus vtilitatis conſequi potuerim. Omnino, vt nunc quidem eſt, malo dignitatis meę q̃ cõmodi rationem ducere: tãetſi maiorẽ aliquẽ fortaſſe fructũ tanta contempta pecunia nobis aliquando attulerit, q̃ accepta in pręſens afferre potuiſſet. Graculũ illum quẽ laudibus noſtris confici ſcribis, contẽnas cenſeo. Neq; enim diſrũperetur alienis niſi diffideret ſuis, & ſe plane ῥαψῳδὸν eſſe intelligeret. Equidem (q̃q̃ tu aliter ſuſpicari videris) tamẽ hominem eſſe poetam nunq̃ putaui: verſificatorem quendam & μυσοπάταγον ſemper iudicaui, minimi iudicij, nullius ingenii, græcarum literarũ prorſus expertem, latinarũ plane rudem, ingenuarũ artiũ omnino imperitũ, ambi

tioſum ad hęc,& ſupra q̃ dici poſſit, gloriæ cu⸗
pidum, atq; eo laudis alienę ſimul & furem im
probiſſimum,& obtrectatorem aſſiduū. Quæ
de Hier. Fundulo, fuerunt ea mihi oĩno gra⸗
tiſſima, ſed minime noua. Iam enim olim pe⸗
nitus hominem cognitum habeo, cum pluri
bus atq; optimis artibus ornatum, tum vero
nulla in cęteros inuidia ſuffuſum, cōtraq; ſin⸗
gulari quadam & eximia tum probitate, tum
etiam, quam in multis hodie ſtudioſis deſide⸗
res, vrbanitate prędítum. Petri Zanchęi ſua⸗
uitatem, ex Bucolico illo carmine, quo accuſa
toris noſtri mortem deplorauit pridem facile
cognorā: hoīs aūt padoleſcētis poema eē neſcie
bā. Gratulaberis igit̃ ei meis verbis vel de tam
g̃noſo ſpū, vel de tā p̄clara indole: ſimul & hor⸗
taberis, vt qua cœpit ire via, pergat. fore enim
niſi & ipſe ſibi deſit, hoc eſt, ſi extrema cum pri
mis contexet, & ego pręſenſione multum fal⸗
lar, vt & ſuum & eorum quos celebrarit oīum
nomen immortalitati aliquādo commendet.
Literas quas te iſtinc ad me ſcripſiſſe cōmemo
ras, omnes accepi. Tu vero meas non omnes,
hoc eſt illas, quas Iccio portu & Lutetia Pari⸗
ſiorum ad te dedi. Neque ſane tam moueor ꝙ
in alienas manus inciderint, aut etiam inte⸗
rierint, quam ꝙ iam omnino neſciam, quid
illinc ad te Marianumque ſcripſerim. quę qui⸗
dem cauſa fuit, vt mihi omnium mearum ad
vos epiſtolarum exempla mitti poſtularem.

Quas autem Marianus in volumina referē- das curauit, eſt id quidem magnum illi⁹ erga me amoris argumentum, ſed ad eam ſuſtinē- dam quam tu cęteriq́ꝫ amici noſtri de me prę dicatione veſtra opinione excitaſtis, valde pi- culoſum. Nam criticis iſtis epiſtolas meas pro- bare poſſe qui ſperem, ſi ne mihi quidem pro- bantur ipſi, q̃ eas nō ſolū nō accurate, ſed quo tidianis etiā verbis & plebeio ſermone cōtexe re ſoleā? Equidē mallem eas om̃es cōſcidiſſet, ὡς μή τινα τοῖς αὐτόθι ἀριστάρχοις τοῦ διαβάλλειν, μᾶλ- λον δὲ τοῦ ὀβελίζειν ἀφορμὴν παρέχοιμεν. Audio em̃ iſtic quoq; multos eſſe, qui de ingenio & do- ctrina ſtudioſorum ex alicuius vnius epiſtolæ lectione ſtatim pronuncient. quaſi vero ea no- ſtra ſit ratio, vt tantūdem fortunæ debeamus quantum conſilio: aut ij qui epiſtolas ſuas edi derunt, eas non prius per ocium diligenter re cognouerint, q̃ in apertum ꝑtulerint. Multū quidem nobis in ſcribēdo induſtriæ ponendū eſſet, ſi aut res ſerias grauiter tractaremus, aut omnibus ſcriberemus, aut ad ingenij commē dationem aliquid commētaremur. Nunc autē cum amicos familiariter doceamus, ſiquid ſit quod illos ſtatim ſcire aut noſtra aut ipſorum interſit, maiorē profecto officij q̃ in ſcribendo diligētiæ rationem nobis habendā exiſtimo, ne vel quid epiſtolā deceat neſciuiſſe, vel ami- citię libertatē ignoraſſe videamur. Sed hac de te ſatis, vel etiam nimiū multa, præſertim cū

mihi in hanc rationem alias videat nonnihil ad te ſcripſiſſe. Proinde ad literas tuas redeo: quarũ quidẽ extrema pagella tantam gladiorũ licentiam, tot indignas mutuasq; ciuiũ Ro. cędes continebat, vt facillime animaduerterẽ nihil iſtic eſſe pręter te ac paucos itẽ amicos, qđ me delectare poſſit. Quis enim tantã immanitatẽ ſpectare ſuſtineat, quã etiam ii qui longiſſime abſunt, ſine horrore audire non poſſunt. Non ita certe maiores noſtri, nõ ita Romani. Verum ea mea eſt cauſa, vt quid ſentiã nolim aperte ſcribere. tantũ dico, illa me audire malle q̃ videre. Sane quidem illud multo libẽtius legi, quo Io. Gorytio, hoĩ gratiſſimo, officium meũ gratũ fuiſſe ſignificares. Equidẽ dabo operã, vt neq; ip̃m, neq; aliũ quẽq̃ ſuſcepti negocij vnq̃ pœniteat. De eodẽ Gorytio illđ mihi velim diligẽter pſcribas, ecquid ſacrũ Annæ diẽ anniuerſario illo ſtudioſorũ hominũ conuẽtu epulisq; celebrarit: an vero ꝑpter anni ſuperioris diſſidiũ, cœnas facere oĩno deſierit: an ſodalitatẽ potius illã (ſcis quã dico) nõ vocarit: reliquis cœnã dederit. neq; vero q̃ eos laute ſplendideq; acceperit, quęro: noui hoĩs magnificentiã, ſed quid dictũ, q̃q; frequẽs cõuiuiũ eo hoĩm gñe fuerit, qui ſe academicos & eſſe & numerari exiſtimant. Subuereor interdum, vt cũ illis in gratiã redierit. Cõtra cũ mihi in mentẽ venit, iſtis & cœnas & hortos Epicuri mirũ ĩmodũ probari, hunc aũt menſas non ſumptuoſe

minus q̃ libenter inſtruere,iam nihil inimici tiarum reliquum eſſe ſuſpicor. Tu me velim de tota diei illius ratione certiorem facias.Nã qđ ad me attinet, viuo hic i ſtudijs noſtris cũ St.Saulio,viro ea erga me liberalitate & beneuolentia,vt in re familiari ſua nihil ſuum eſſe malit,q̃ meũ:ea animi moderatione,vt cũ me hoſpitio receperit,inde magnã ſe arbitret,atq; etiam pre ſe ferat exiſtimationem accipere:ea porro in literis vel induſtria,vt non multum ingenio,quo tamen valet plurimũ,debere videatur, vel felicitate: vt incredibile ſit,quo iã proceſſerit,& paucis annis puẽtur⁹ exiſtimet. Stathi⁹ Simioli noſtri diſcipulus quidã Hiero. Alexandrino non ignotus,homo Romanus ſit an Calaber, fac plane ſciam. De Flaminio noſtro velim ad me aliqd ſcribas,eũdẽq; meis verbis ſalutes:ac etiam roges,cur nihil adhuc ad me literarũ.Ego enim nihil ad eum ſcripſi, ꝙ neq; ſcirẽ vt cũ ĩpo ageretur,neq; certi qcq̃ haberem, ad qđ literas meas accommodarẽ. Quin ingenio,induſtria,virtute equaleis ſuos omneis longe ſuperarit,plane non dubito: ne fortuna tante indoli maligne reſpõderit,etiã atq; etiam timeo.Sed tamen velim vt animo maximo ſit,optetq; ſemper ſecũda,cogitet aduerſa,ferat qualiacũq; acciderint,neq; ſibi præſtãdum quicq̃ preter culpam exiſtimet: a qua ſane tam longe abeſt q̃ ab ea etate que vel culpam adhuc præſtare debeat. Tu vero mi Læli,

te P. Bembo dabis, & Iac. Sadoleto: quos quidem vel mea, vel tua, vel ſuæ etiam humanitatis cauſa te complexuros eſſe certo ſcio. Sed iam modum, vel finem potius ſcribendi facio. Modum enim epiſtolæ iamdiu multumq; exceſſi. Vale & me ama. Patauij, Cal. Aug.

CHRIST. LONG. M. ANT. MICHAELI. S.

TANtum epiſtolam tuam legeram, cum me Nicolaus Delphinus per literas certiorem fecit nihil eſſe quod iam laborarem: curaſſe enim ſe tibi orationes illas quas ad te Romam vt mitterem, tu a me tātopere contendiſſes. Egit tamen idem mecum vt tibi omnino reſcriberem. quod quidē mea ſane ſponte facturus, non ſolum in eo quod de me petebas, tibi morem libenter geſturus erā. Quanquam illæ huiuſcemodi ſunt, vt ne mihi quidem niſi lente ac faſtidioſe probentur. Edendas autem putaui, non quo dicendi facultatem aliquam, quæ quidem in nobis vel nulla vel certe perquam exigua eſt, oſtentarem: ſed vt de innocentia mea toti Italiæ liqueret, apud quam me perpetua illa & plane hoſtilis inimicorum meorum accuſatio in ſummam inuidiam adduxiſſet. Iam cum in ea oratione, quam amici quidam mei & contra voluntatem & præter opinionem meam, Romæ emiſerant, ea tantūmodo diluerētur crimina,

quę nobis illi partim in Senatu, partim vulgo obieciſſent: nihil autem fere eorũ diſſoluere tur, quę coram Pont. Max. in abſentem dixerant, faciendum mihi putaui, vt eorum calumnijs maledictiſq; abſẽs quoquomõ reſpõderẽ & nouo quodam defenſionis genere cauſam meã apud omneis Italos agerẽ. Quę quidẽ cõſiliorũ ratio, q̃ nobis iſtic commode ceciderit, haud dum plane exploratũ habeo: hic certe & Venetijs: atq; adeo i tota citeriore Gallia multorũ volũtates partim recuperauimus, partim etiã ad cauſam adiunximus. Verum de his ad te ſcribere, nihil initio conſtitueram ſed tecũ potius expoſtulare, q; amicitię noſtrę nihil tribuiſſes, qui me cum tuis literis tã religioſe rogandum, tum vero per Nicolaũ Delphinum adeũdum putaſſes: quaſi vero aliquid omnino ſit quod tu a me per te ipſe impetrare non debeas, aut ego tam immemor ſim tuorum erga me meritorum vt ſine ſummo meo dolore a te rogari poſſim. Ego enim, ſi neſcis, ex quo primũ tempore inter nos ſalutauimus, te ſemper dilexi, & me a te diligi ſtatim iudicaui. Acceſſit eodem tempore tuũ erga nos nec obſcurum nec vulgare ſtudiũ, paulo etiã poſt beneficiũ: cũ ſalutem dignitatemq; noſtrã, vel aduerſus veteres quoſdam tuos amicos tuendam ſuſcepiſti, idq; nullo meo merito prouocatus, neq; ad eo a nobis inuitatus feciſti: putabã enim tibi prope neceſſe eſſe, eas partes agere: ſed tua ſpõ-

te ꝙ alienum ab hac ingenua animi tui pro‑
bitate ducere, vt te ſedente homo innocens a
neceſſarijs tuis nefarie opprimeretur. Secutum
illud tempus eſt, cum me rationes meę in Gal
liam Germaniamq́ domum reuocarunt, & ii‑
dē illi quos nutu ſignificatiōeq́ ſemper appel
laui, abſentē tam aſpere & acerbe inſectati ſũt.
An mihi ignotum eſſe putas, q̃ multos & illu
ſtres cum ſumma mea laude ſermones tũ de
me habueris? Veni tandē Venetias: an me obli
tũ exiſtimas, vt Bembum noſtrum confeſtim
monueris, quos illi de me rumores diſſiparent,
quibus abſentem calumnijs premerēt, qua tu
ipſe deniq; via ijs occurrendũ cenſeres. Quor‑
ſum hæc? ꝗ miratus ſum, cũ hæc noſſes, tibi in
mētē veniſſe, vt ad me, tanq̃ ad hominē pror‑
ſus alienũ & natura difficilē minus libere ſcri‑
beres, cui quidem tuo quaſi iure imperare poſ‑
ſis, præſertim ea in re, quæ non tam ad fidem
tuam liberandam, q̃ ad expectationem noſtri
tuēdam pertineret. Sic mihi tamen literę tuæ
iucundiſſimæ fuerunt, tum quia probitatem,
humanitatem ac elegantiam tuam præ ſe fe‑
rebant: tum quia ipſe mihi tacitus gratulabar,
cũ de P. Bembi noſtri confirmata valetudine
atq; ipſius erga nos beneuolentia per te fierē
certior: non quo nouum mihi ſit aliquid audi‑
re de eo quod pro noſtra dignitate amanter
atque honorifice dixerit aut fecerit: id enim
illi vſitatum eſt & prope quotidianum: ſed ga

&

intelligebam maturo eius aduētu atq; ſermōe iniquorū improbitatem infringi, iritatos certorū hominū animos leniri, quos in me non meū quidem vllum aut dictū aut factum, ſed inimicorum meorum calumniæ incitaſſent. Equidem facere nō poſſum mi Michael, quin cum iſta ad me deferūtur, eos interdum accuſem, non qui iſta cōminiſcuntur: homines eñ ſunt ſui ſimillimi, id eſt animo ſemper puſilli, & ipſa maleuolentia ieiuni atq; inanes: verum quoſdā nō indoctos homines, quorū aures iniquorū ſermonib⁹ facilius patere audio, q̄ eorū aut dignitas ferat: aut ætas omnino poſtulet. Profecto ſi ſe viros bonos eſſe meminiſſēt, me quoq; ex natura ſua fingerent, nec ſtudijs ſuis indignum, eaq; doctrina cui me ab ætatis initio dedi, propter obſcuras quaſdam & dubias hominum mihi infeſtiſſimorum criminationes iudicarent. Q; ſi me callidum libeat fingere, qd poteſt eſſe ſtultius q̄ ſi homo tranſalpinus, atq; idem tanta, quanta poſt homines natos ali⁹ nemo, inuidia preſſus, de Po. Romani dignitate ī media Italia apud Italos ipſos palam detrahere conetur? hoc certe qui de me credūt, multo ſtultiores iis ſunt, qui talia diſputant. Iam quid minus in hominem ambitioſum (quod vnū pręcipue iſti mihi obiectāt) cadere poteſt, q̄ illorꝫ exiſtimationem occultis ſermonib⁹ priuati oppugnare, quorū laudes in publico orbis terræ domicilio hoc eſt Romæ

celebrarit? Qꝫ cũ me mimini neqꝫ animi neqꝫ conſilij eſſe fateanť,qui minus eſt,non eius dico,qui & in foro,& Romæ,& multorum Regũ comitatu ſit verſatus,ſed hominis planeq́ domo pedem nunq̃ extulerit,q̃ eam rem ad nocendum deligere, quæ ad excitandas inimicitias ſit grauiſſima,ad lædendũ leuiſſima? Atqꝫ vt hic omittam,q̃ id mihi neqꝫ tutũ ſit, neqꝫ honeſtum, quid eſt tandem,cur de Romanorum ingenijs male nunc demum ſentiam qui de ijs vel tum optime iudicarem, cùm ab imperita multitudine Romæ depoſcebar? Qꝫ vero illi ipſi,quorũ maxime conſilijs,capitis reus agebar,nobiſcum ad extremum ſenſerit: atqꝫ ita ius meũ obtinuerim, vt dijs hominibusqꝫ probantibus victor ex inimicorum dolore triumpharim,hoc eſt ſecundum me S.P.Q.Romanus litem dederit; miſeritq́ꝫ ad me,etiam Venetias vſque, conſignata publice diplomata duo,quorum alterius Senatuſconſulto, alterius plebiſcito in ciuitatem ſingularibus verbis aſciſcebar:cum hęc inquam,ita eſſent,ne ſupicioni quidem locũ relictũ arbitrabar. Equidem ciuium Romanorum ingenia damnare iam non poſſum,quin me, conſiliorũq́ꝫ meorum rationes omnes eodem tempore condemnem:quãdo nihil plane nõ feci facturusq́ꝫ fui,quo ea ciuitate dign⁹ aliquando & eſſem & haberer, quæ vna omnium optimo cuique ſemper patuiſſet.Quare ſiquando in eos, qui

obtrectatorib⁹ noſtris tã libenter fauent,inci-des:fac eis cũ illa quę pauloante propoſui explices.tum vero P.Pacciũ,Bapt.Caſaliũ, Camil. Portium,Iac.Sadoletum,P.Bembum imitandos proponas:quos cũ mẽdacijs multis homines leuiſſimi quidem natura illi,ſed opib⁹ gratiaq́ꝫ florẽtiſſimi,onerarent,tñ ea fuerunt grauitate atqꝫ animi altitudine, vt nõ modo maleuolorũ ſermonib⁹ nõ crediderint,ſed me etiã cõſilio,authoritate,opib⁹ deniqꝫ ſuis texerint. Ita eſt profecto.Nemo ſibi quenq̃ detrahere facile credit,q virtuti ſuę cõfidat:ſed quo quiſqꝫ eſt a vera laude alienior,hoc eſt ad temere credendũ pronior.Qꝫ ſi amici illi tui,quos tu viros doctos & nobiles in tua ad P. Bẽbũ epiſtola videri volebas,iſtiuſmodi ſermonib⁹ nõ credunt quidẽ ſed delectantur, libenterq́ꝫ hoc genus rumoris admittunt,vt cum aliquos inter ſe commiſerint, contentionibus eorum tanq̃ aliena inſania per ocium ipſi fruantur:vide ne vel rem peſſimi exẽpli etiam aduerſum ſe ſtatuant,vel ſe nomine Rom. prorſus indignos reddant.Sic enim ſemper accepi, homines plane Romanos neqꝫ naſcendi fortuna,neqꝫ ciuitatis honore, ſed animo cum multis alijs virtutibus ornato,tũ magno & excelſo,tum vero ſimplici & aperto cenſeri. Sed de his fortaſſe plura q̃ par fuiſſet.Quod autem ad te ꝑtinet, in eo ero breuior.Sic eñ fac exiſtimes,me vel mea ſentẽtia hominem non futurum,niſi tua

iſta erga me ſtudia meis ſummis in te officijs aliquando æquata ſentias. Vale.

CHRIST. LONG. GVL. BVDÆO S.

QVOD mihi affines hoſce tuos vel noſtros potius tam diligenter commendas, probe tu quidem facis, qui propinqui amiciq́ hominis officio libenter fungaris: ſed ſi proximas meas ad te literas accepiſti, ſcis te currentem, quod aiunt, incitare. Iam enim ante in ære meo erant, quàm tu eos huc aduētare audiſſes. Dabitur a nobis opera, vt apud eos ſemper recte ſit. nunc quidem eſt vt volumus. Nam cum ſtudioſe diſcunt, & erudiūtur egregie: tum vero valent, & eam prę ſe ferunt indolem, vt ſi nulla neque me, neque te affinitate, aut etiam ſtudiorum neceſſitudine attingerent, ſim eos tamen omni meo ſtudio atq; beneuolentia complexurus. Epiſtolæ tuæ non modo recentis, vt ais, editionis, ſed ne cuiuſq̃ omnino generis hic etiamnum reperiuntur. Cura amabo te, eas nobis, ſed quāprimū: incredibili enim earum ſtudio tenemur. Pro vectura ſoluetur quicquid aſcripſeris, plus etiam q̃ vel tu iuſſeris, vel tabellarius ſperarit. De Bibliotheca Nicena confeciſſem, ſi id tibi tā gratum fore putaſſem. Nunc quādo breui nobiſcū futurus es, & hic aliquid etiam temporis poſiturus, ſuperſedeo eius tibi librorum indicem mittere. Literas tuas auidiſſime expectamus, ſed cum illo epiſtolarum tuarum libro: cuius

deſiderio ita ſane afficimur,vt ſi nos ames,abs te ſtatim in eo adiuuandi ſimus.Nã ꝙ in epiſtola tua ſcriptũ erat,amicũ illum noſtrũ tibi litẽ intendere de eo quod tu illi de me recepiſſes,nec ego præſtitiſſem:in eo equidẽ vobis ſatisfeciſſem,ſi vel ex ſentẽtia,vel ex dignitate noſtra inſtituta a me opa in apertũ ꝓferri potuiſſent.q̃q̃ illi pro me: tu quid ſpopõderis nõ ſatis intelligo. Scis enĩ orationes illas præter voluntatem meam exiſſe:in quibus tamẽ videor mihi præclari⁹,atq; adeo maius q̃ vel res ferret,vel tempus poſtularet,ipſius in me liberalitati teſtimonium dediſſe,cũ dixi vnius Ludouici Ruzæi opibus ſtudia mea foueri. Tu q τὸν συλλογισμὸν amplificandi rationem tenes,demonſtrabis hoc homini:ſimul & illud oſtendes,dum liber ille extabit,ipſius in me beneficium nec obſcurum nec ignotũ eſſe poſſe. Q̃ ſi in eo tantopere adhuc laborat,vt aliq̃d amicitiæ noſtræ monumentum extet,iube illum meis verbis ſpe eſſe optima. Perficiam enim ne quem vnquam lateat (ſi modo is ego ſum, cuius opera ad poſteros peruentura ſint)quẽadmodum ipſe me Lutetia abeuntem cũ aliis præmiis retinere tentarit,tum vero ſuburbani fundi munere ad remanendum etiam atq; etiam inuitarit:atq; id ipſum ita teſtatũ relinquã,vt q intelligent, minus ſane iam C.Mecœnatis erga Horatiũ Flaccũ in tãtis illis opibus liberalitatem admirentur.Q̃ de animad

uerſionib⁹ tuis, integrũ eſſe tibi negas: ego vero te vel in medijs iſtis negociorũ fluctib⁹ huic rei parẽ eſſe arbitrabar, nec modo poſſe abſolutũ iãdiu opus perpolire, ſed etiã a capite, ſi res cogeret, ordiri. Sed aliter facio atq; cõſtitui. decretũ enim mihi eſt, verbũ hac de re nullũ ampli⁹ tecũ facere. Verũtamẽ ſi me audies, & liberalitati tuę cõſtare, vel cõſtãtiã potius tuã reip. ꝓſtare voles, primo quoq; tẽpore te ꝓmiſſis exolues. Mitto ad te Nicolai Leonici epiſtolã, viri mehercule optimi & doctiſſimi, & qđ caput eſt, tui etiã ſtudioſiſſimi. Is cũ ſibi in animũ omnino induxiſſet, vt primũ huc veniſſes, tecũ amicitiã inſtituere, author ei fui vt ea in re literarũ bono vteretur, obuiasq; tibi literas q̃primũ mitteret. quod eo quidẽ conſilio feci, vt cõgreſſus ſermoq; veſter, non iam ignotorũ inter ſe, ſed plane amiciſſimorũ hominũ fructũ voluptatẽq; haberet. Tu quę tuę ſint partes, iã vides. Res tibi eſt cũ viro, quẽ & ſacerdotiũ ſacroſanctũ, & canicies ſpectabilem, & morum elegãtia amabilem, & multæ ac reconditæ literę nobis admirandum præbent. Vale Ex vrbe Patauio, oct. Cal. Febr.

CHRIST. LONG. VIDOBALDO ROZERIO S.

SI VALES bene eſt: ego quidem valeo. Cognoui ex tuis literis, quas ad me luctus & lachrymarum plenas dediſti, & quanto te mœrore parentis tui obitus affeciſſet, &

quanta te vitę iſtius ſatietas iam tereret:quo rum quidem alterum vel in medio dolore, quem ex moleſtijs tuis traxeram, gratũm ac pene etiam iucundum mihi fuit: ex eo enim in ſpem veni, te aliquando ad nos rediturum eſſe:: Alterum pro eo ſane ac debui grauiter admodum & ægre tuli. Accepiſti enim tu omnino vulnus,ſed mea quidẽ ſententia,eiuſmodi,cui tu facillime mederi poſſis:niſi fortaſſe eum vel longa iam die, vel etiam præſenti animi ratione eluxiſti,quẽ te amiſiſſe,tum qui dem grauiter querebare. Amiſiſti autem parentem, virum optimum omnino illum, ſed parentem tamen,hoc eſt eum, cui te lege atq; rerum naturæ ordine ſuperſtitem eſſe oportuit.Vt is quidem non tam tibi ereptus q̃ diẽ ſuum obijſſe putandus ſit, præſertim cum ea ætate deceſſerit, cum iam ſatis tum naturæ tũ etiam virtuti feciſſe videretur.Neq; eius hominis mors quaſi immatura nobis acerbi⁹ ferenda eſt,qui quandiu opus fuit vixerit, & ita vixerit,vt eum non periſſe, ſed in æternã illã domum vitamq; migraſſe credendum ſit.Ω. q̃ quicum loquor? An non cum eo, qui cũ ſe Chriſtianũ hominem eſſe meminit, tũ vero in literis diligentiſſime ſemper verſatus, nullã tamẽ adhuc cuiuſq̃ ad filiũ de morte patris conſolationẽ legit?Itaq; cũ neq; ij qui animas vna cum corporibus noſtras interire exiſtima runt, lugendos liberis parentum obitus duxe

rint, ꝙ eorum morte non eſſe mœrendum ar bitrarentur, qui ſuo fato functi eſſent: neq; ve ro chriſtiana nobis perſuaſio hominē chriſtia= num lugere ſinat, ꝙ præpoſterum ſit illorum nos morte dolere, quos tum deniq; viuere ſcia mus, cū vixerit: tuliſti tu quoq; opinor, caſum iſtum humaniter, nec quæ tu ad me de eo ſcri pſiſti, tam eo ſcripſiſti, vt mihi luctus tui acer bitatem ſignificares, q̃ vt tum te hominem oſtenderes, tum literas etiam meas quoquomo do eliceres. Id ſi ita eſt, habes tu quidem meas. ſed non eius certe generis, quales maxime ex= pectabas, aut illa omnino tuarum ad me litera rum aſcriptio poſtulabat: qua quidem tantum mihi tribuis quātū equidem nec ipſe agnoſco, nec ſi prudentiuſculus ſim, optare audeā. Qua re ſi me amas mi Vidobalde, ne me poſthac tā honorifice, ne inuidioſe dicam, vel contume= lioſe potius, ſalutaueris. Sic enim Therſitem Achillis laudibus ornamus: Qꝫ vt animo, & bona plane fide id feceris me tamen autore in poſterū nō cōmittes, vt tu aut pudori meo pa= rū cōſuluiſſe, aut certis etiā hominibus inepti re videare. tāetſi, ſi me audies, nihil iā ſcribes, ſed te potius ipſe nobis & literis q̃ primum reddes. Qꝫ ſi ea adhuc eſt rerum tuarū ratio, vt te huc ſtatim recipere non poſſis: abijce tñ interim omēs iſtas moleſtias, nec tibi te aliena vitia ſtomachū faciant, q̃ tuæ te virtutes de= lectent. Id vero ipſum facillime cōſequere, ſi te

ad artiũ noſtrarũ ſtudia referes: ad q̄ ita tè voco, vt te imbecilioris iſti⁹ tuę & valetudinis & naturę rationē habere in primis velim. Dabis igit̃ operã, primũ vt valeas, deinde vt tibi conſtet ocij tui ratio, deniq; vt nos tuis literis nõnunq̄ appelles. Vix credas quantũ ex earũ tũ elegantia tum ſuauitate voluptatis capiam⁹. Galleaciũ Gonzagam meis verbis ſaluere veſlim iubeas. Vale. Ex vrbe Pat. iiij. Non. Ian.

CHRIST. LONG. P. BEMBO S.

EX literis quas mihi a te Flaminius Tomarotius attulit, eas quas ipſe adoleſcẽti cuidam Germano Non, Ianuar. ad te dederam, Non. Feb. tibi nondum redditas fuiſſe, eum enim diem Nonarũ literis tuis aſcripſiſti, neq; mearum omnino meminiſti, vt in hãc facile ſuſpicionem veniam, aut illum Romam non veniſſe, aut ei epiſtolam in via excidiſſe. quare eam eodẽ tibi exemplo mitto vna cum illa quam ad te Cal. Aug. ſcripſeram, neq; te adhuc accepiſſe, ex literis tuis colligo. Q̃ꝫ te de intermiſſione literarum excuſas, facis tu q̄dem humaniter: ſed nihil mihi crede op⁹fuit, vt te apud me eo nomine purgares, qui & quãtis occupationibus diſtineare noui, neq; de tuo in me amore qcq̄ dubitaui. Tãtũ illud velim fixum animo maneat tuo, me hæc ſtudia te potiſſimum authore ita eſſe complexum, vt cum nullam neque patriæ, neque meorum neq; adeo mei ipſius rationem duxerim, tũ vero

te vnum iam eſſe, in quo totius fortunæ no-
ſtræ ſpes omnis nitatur. Sic enim certe fiet, nõ
vt tu me quidẽ ames magis: nec enim potes,
cum me in oculis feras: ſed vt reb⁹ noſtris cu-
ram maiorem adhibeas q̃ Io. Pinum adhuc ad
hibuiſſe audio. Atq; hoc ſane loco mihi ĩ mẽ-
tem venit, ad quã ille me ſpem Venetijs profi-
ciſcens vocaret: cum tu interim haud ita ma-
gnã oſtenderes, ego autem multo languidiora
omnia, etiã q̃ tu proponeres, expectarem. Sed
quando ea eſt rerum humanarum cõditio, vt
nihil temere neq; ſperandũ ſit, neq; deſperan-
dum: ſuſtinebimus nos, & quãtulãcũq; tu no-
bis ſpem etiã nunc affers, ſequemur: prẹſertim
cum ad eam alẽdam illud multum pertineat,
ita vel ingenio vel fortuna tua comparatum
eſſe, vt amicis officium tuum non tam pro-
miſſis q̃ re & exitu declares. Flaminium cũ mi
hi commendas, ſcis te currẽtem incitare. Dili
gitur enim a me iampridẽ propter egregiam
eius probitatem, & plane Romanam indolẽ:
quæ mihi eo quidem maiori curæ futura eſt,
quo in ipſo magis elucet vno omnium, ſpẽq;
mihi dat non dubiam hunc vnum eſſe, qui
maiorum ſuorum laudibus aliquando reſpon
deat. Iam quintum hic menſem vere perpe-
tuo fruimur, atq; alieniſſimo ãni tẽpore illud
Homeri recte vſurpare poſſumus, quod ille de
olympi tranquillitate cecinit, οὔτ' ἀνέμοισι τι-
νάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται·

ται. ἀλλὰ μάλ' αἴθρη. Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἀνα
δέδρομεν αἴγλη. Quod eo quidē plane ad te ſcri-
bo, vt animo perſpicias, quāta ſit huius noſtri
ocij felicitas, quę ne anniuerſarijs quidem hye
mis frigoribus interpelletur. Vale. Ex vrbe
Patauio. vj. Calend. Mart.

CHRIST. LONG. AVG. BEATIANO S.

ETſi mihi dubium nunq̄ fuit, quin eo er
ga me abſentē animo adhuc eſſes, quē
tu mihi iſtic meo tempore præſtitiſſes:
non potui tamen vehementer non gaudere,
cum illud idem literis tuis mihi ſignificares.
q̄q̄ enim perſpecta amicitia officiorum cōme-
morationem minime deſiderat, habet illa ta-
men, mea quidem ſententia, quiddam neque
inſuaue neq; iniucundum, prẹſertim cū ab ho
mine amico, nihil ambitioſe ſtudia ſua iactan-
te, ſed officium ingenue declarante ſuum, pro
ficiſcitur. Quo quidem conſilio cum tu ad me
nuper ſcripſeris, teſterisq; te eum erga me ſem
per fore, qui difficillimis illis temporibus in di
gnitate noſtra vel tuenda vel etiā augēda fuiſ
ſes, neq; adeo te vel Bembo ipſi in me amando
ceſſurum: ſim plane barbarus niſi tibi eo nó-
mine gratias agam q̄q; id mihi gratū fuerit,
te per literas meas certiorem faciam. Qz autē
orationes noſtras M. T. Ciceronis actionibus
comparare es auſus, τοῦτο μὲν μάλα ποιητικῶς fe-
ciſti. Ego eñ me (quod mihi velim affirmanti
credas) tantum ab illa plane diuina eloquentia

abeſſe reor, quãtũ ab hominis ipſius ætate diſtamus: nec ſane magis ſcripta noſtra illi⁹ monumentis, q̃ hæc tempora plane aureo illi ſeculo conferri poſſe iudico: niſi tute fortaſſe illud mea cauſa tibi ſumis, vt ſummam eloquẽtiam ſumma innocentia definias: qua quidem ratione ne Ciceroni quidem ipſi bene dicendi facultate ceſſerim. Atq; mehercule nulla ſum alia re adductus, vt defenſionum noſtrarum librum ederem, q̃ vt me cauſamq; meam toti Italiæ approbarem. Equidem ſi dicendi genus in eis probaſſem, non ſine noſtro de re tota iudicio in apertũ prodijſſent: vt mecum omnino præclare actum putem, ſi vir bonus exiſtimor. Nam dicendi peritiam atq; eloquẽtię nomen tibi tuiq; ſimilibus totum tuendum relinquo. Verum de hoc genere toto pluribus tecum agam, cum plus ocij nactus ero. Q; me ad extremum mones, vt te diligam, ſi me a te diligi & credo & cupio: ego vero mi Beatiane vtrumq; præclare facio, feciq; quo te primum die cognoui. Nam & te quem ipſe amarem dignũ ſtatim iudicaui, & vt tu me inter tuos haberes vehementer exoptaui. Nunc vero cum tuam erga me beneuolẽtiam maximis ſtudijs officijsq; cumularis: certe hominẽ ipſe me non putẽ, niſi te & faciam plurimi, & omẽs in partes enitar, vt aliquando intelligas, me tibi memoriam beneuolentiamq; quam debeo, cumulatiſſime præſtare. Steph. Saulius, quicum hic

ſuauiſſime coniunctiſſimeq́ꝫ viuimus, me tibi ſalutem ſuis verbis aſcribere voluit. Vale Pataui quarto Idus Iun.

CHRIST. LONG. HIER. NIGRO S.

TV vero Niger adeo neqꝫ humanitate neque vrbanitate a me victus es vlla, qꝫ tibi ſalutem in meis ad communes amicos literis ſemper aſcripſerim, vt me tibi vel propter literas tuas plenas officij, ſtudij, diligẽtiæ, etiam plurimum debere confitear: q tanq̃ in eo parum tibi ſatisfeciſſes, qꝫ & præſentis & abſentis cauſam incredibili ſtudio atqꝫ ſingulari induſtria defendiſſes, ſcribendum etiam ad me, excuſandumq́ꝫ ceſſationem tuam honorificentiſſimis literis putaris. Quaſi vero tu qcq̃ in eo deliqueris, in quo ſi qd flagitij eſſet, meũ certe totum id eſſet, q neqꝫ tibi pro maximis tuis erga me meritis gratias egiſſem, neque te rerum mearum certiorem pro mutua inter nos beneuolẽtia feciſſem. Atqui vtrunqꝫ pridem tibi cumulate præſtiti: idq́ꝫ cum mea ſpõte quidem, tũ P. Alcyonij hortatu feci, quem tibi ſingularis mei erga te animi, ſcriptæq́ꝫ ad te epiſtolæ teſtem fero: nec enim certe mei cupidior eſt, q̃ tui ſtudioſior. Voluit ſcilicet homo noſtri amantiſſimus atque meorum in te ſtudiorum maxime conſcius, epiſtolam prius legere q̃ eam ad te mitterẽ. Miſi autem cum iis literis, quas ad Iac. Sadoletum, P. Paccium, Matium Caſtellanum Romã ꝓxime dedi. Equi

dem cum tuas legerem,ſatis mirari non potē rā,quorū aut negligētia aut īprobitate ad te perlata non fuiſſet, prę ſertim cum ſuas reliqꝫ redditas eſſe certo ſcirem.In ijs cum alia ad te multa ſcriberem,tum vero te hortabar,vt orationem illā qua cauſam noſtrā defenderas,aliquādo ederes. Eſſe eñ ex re mea,aut etiā totiꝰ Italię dignitate,vt trāſalpinę gētes omnes intelligant,nō defuturos fuiſſe innocētię noſtrę patronos,ſi per aduerſariorum meorum impotentiam res legitimo Quiritum iure tractarī potuiſſet.Id autem vt faceres, eo magis ad te cōtendebā,ꝙ de eodem P. Alcyonio intellexeram,eādem orationē, quæ tibi ſuperiore anno exciderat potius q̄ conſcripta fuerat,abs te potiſſima arte nunc eſſe perfectā.Quod ſi ita eſt, hortor te etiam nunc:& per amicitiam noſtrā obſecro vt eam ſi qua de cauſa hoc tēpore minime edendā cenſeas,ad me tamē q̄primū mittas.Hoc ſi feceris, maiorem ſane opinione tua gratiam a me inieris. Extremum illud eſt, vt tibi perſuadeas me daturū operā, vt ne te ſuſcepti patrocinij vnq̄ pœniteat etiā ſi orationē illā a te recognitam mihi non miſeris.Ea eñ quæ in manibus habetur, iāq; olim vel apud vltimos hominū Morinos, aut etiā in vltima Britannia a doctiſſimo quoq; legitur & mehercule probatur,ea eſt perſcriptione, vt dū extabit,non poſſit tuorū in me officiorū memoria nō extare. Quid eñ vel de me honorificētius

vel in aduerſariorũ noſtrorũ impotentiã cõtu melioſius dici potuit? Vale Patauij.iiij.Id.Iun.

CHRIST. LONG. ALEXANDRO PACCIO S.

NOndum plane conſtitutum habeo, plus ne voluptatis an doloris ex tuis literis traxerim, voluptatis, ꝙ incredibilẽ tuã erga me beneuolentiam prę ſe ferrent: doloris ꝙ me humanitate abs te victum, nec mihi iã integrum eſſe viderem, ea aduerſus te vſurpare officia, quę tu amice quidem, ſed magno me hercule meo pudore præripuiſſes. Etenim cũ tu iſta doctrina atque dignitate vir, ad me nõ amandum modo, quod ipſum ſane per ſe maximum eſt, ſed etiam abſentem ſcriptis tuis defendendum, tua ſponte acceſſiſſes: par certe fuerat aliquod me grati in te animi ſignũ dediſſe. Nec enim neſciebam quid tu anno ſuperiore, ad Iulium Medicem, qui a Pont. Maximo vnus vel potentia vel authoritate plurimum in Italia etiam nunc poteſt, cum in mei commendationem amiciſſime, tum in cauſæ noſtræ defenſionem elegantiſſime: illo etiam meo tempore ſcripſiſſes, cum propter vehemẽtem aduerſariorum noſtrorum accuſationem, magna non tam apud S. P. Q. Romanum quàm apud omneis Italos inuidia arderem.: vt vna nimirum epiſtola, rebus noſtris cum magno tum inſperato fueris & præſidio & ornamento, idꝙ cum me de facie nihil dum

noſſes,nec ego ſane quicq̃ minus q̃ tam præclarum patrociniũ iſtinc expectarẽ.volui eqdẽ eo tibi nomine ſingularib⁹ verbis gratias agere:verum ſiue me beneficij tui magnitudo in ipſo conatus articulo ſemper oppreſſit, ſiue digna ad id quod moliebar oratio deſtituit,teſtificari tibi literis meũ erga te amorẽ nunq̃ potui.Curaui tamen (quod proximum erat) vt p P.Bembum,virum ſingulari tum ſapientia tũ eloquentia pręditũ:intelligeres,eo me in te eſſe animo,quo plane debeo,hoc eſt longe optimo,Hic tu quaſi parum in eo tibi ſatisfeciſſes, ꝙ ad me amandũ prior acceſſiſſes , ꝙ abſentis cauſam tãta grauitate conſtantiaq; egiſſes, ꝙ dignitatẽ noſtram tuendam ac augendam potius ſuſcepiſſes,ſcribendũ etiã tibi ad me putaſti literas,quib⁹ me ad firmãdũ inter nos amicitiã tum amantiſſime tũ honorificentiſſime inuitares. Iã perſpicis opinor,quo me(niſi plane ſim impudẽtiſſimus) pudore affici par fuerit,cum te partes meas antetuliſſe viderẽ, atq; ea ꝑcepiſſe officia , quę a me ſine nefario ſcelere,aut certe ſine ingrati animi ſuſpicione ꝑtermitti nõ potuerunt.Et ſane commiſſum facinus admiſſumq; dedec⁹ eſſet,niſi cũ mihi verba ad rem tantam explicandam defuiſſent,tũ me ad id tẽpus reſeruaſſem,quo me tibi & gratias agere & grãm referre ſimul poſſe ſperabã. Qđ cũ ita ſit,patrocinereq; mihi aduerſus hæc oĩa ꝑtim cõſiliorũ meoꝝ ratio,ꝑtim meę erga

te obſeruantię conſcientia :illud etiam tibi pſuadeas velim, me non potuiſſe literarũ tuarũ lectione nõ magnopere delectari :neq; id eo ſolũ, ꝙ plenę officij, diligentiæ, humanitatis eſſent, ſed quia ipſe mihi plane, non tibi modo gratulabar, cũ ea in te, homine mihi tã amico, eſſe perſpiciebã, quę de inſigni ad laudem doctrina tua multorũ literis ante cognoram: & ſimul ꝙ perſpiciebam me, aliquam apud te expurgandi ſilentij mei occaſionem eſſe nactũ. Atqui vt ad id ſemel veniã, quod literis tuis cupere videris, ſic habeto, atq; exiſtimes, te nõ illud modo eſſe aſſecutum, vt inter nos perpetuo amemus: quod quidẽ ipſum cũ tua nihil referat, mea certe plurimũ intereſt: verũ me etiã daturũ operã vti ne te huius ad me amandũ inductionis animi volũtatisq; vnq̃ pœniteat. Pollicerer hoc tibi prolixius, niſi in animo haberẽ, re nõ verbis me tibi approbare, omneisq; vel cogitationes tuas officijs meis ſupare. Qđ ne me temere ſcripſiſſe arbitreris, has velim literas apud te ſyngraphę nõ epiſtolę vim habere, vt mecum quaſi obſignatis tabellis agas, ni quę tibi hic recepi, ſanctiſſime oĩa obſeruaro, hoc eſt opinionem tuam in tuenda amicitia noſtra ſtudijs meis vicero. Vale. Patauij.

CHRIS. LONG. STATHIO S.

ETſi cũ ſuperiore epiſtola ſcribẽdi ad te ſinẽ mihi feciſſe arbitrabar, vel qa mihi ad hoc quidẽ literarũ genus nõ ſatis eſſe

ocij intelligebã,vel quia te epiſtolã illã in eam quã volebã,& optimã partẽ accepturũ confide- bã:cõmotus tamẽ proximis tuis literis, quib9 ſubuereri videris vt parũ ſyncera fide ĩ gratiã tecũ redierim,ſcribendũ iterũ ad te putaui,cũ vt literas tuas mihi nõ iniucũdas fuiſſe cogno ſceres;tũ vero vt tibi ſignificarẽ,gratiã noſtrã, & quã de præclara tua indole ſemp habui opi- nionẽ,iniquorũ ſermonibus nunq̃ labefactatã fuiſſe.Tuli equidẽ moleſte,ꝙ vel illis de me tã facile credidiſſes,vel ob non ſatis probatã a me quandã epiſtolã tuã,inimicitias mihi denũcia- res:vt te autem odio meo dignum exiſtima- rem,adduci certe non potui.Nec enim neſcie- bam,quid ætati, qd ingenio,qd facilitati tuæ tribuendũ eſſet:p̃ſertim cũ te non tã tua ſpon te q̃ inuidorũ meorũ impulſu, eo progreſſum eſſe perſpicerem. Itaq; egi tecum paulo quidẽ ſeuerius,fortaſſe etiã aſperius q̃ & tu expecta- ras,& ego mehercule velim:ſed nulla mihi cre de,iracũdia pmotus id feci, verũ aut plenioris inteſtini,ex quo tũ grauiter laborabam,dolore concitatus:aut ne me tu remiſſũ ac diſſolutũ, immo vero tibi parum amicũ arbitrarere,ſi in eo te leuiter admonuiſſem,in quo ipſe amici- tiam noſtrã grauiter læſiſſe videbare, ἀλλ᾽ ἤτοι ταῦθ᾽ ὑποσίξομεν ἀλλήλοισιν, σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δέ μοι. Ego enim cum nullas cuiuſquam inimicitias mihi ſuſcipiendas exiſtimo,tum neminẽ mihi non amicũ eſſe cupio,q ea qdẽ q̃ tu es indole ſit p̃-

ditus. Atq; vt ſtatim intelligas,q̃ te mihi iam non amicũ modo, ſed familiarẽ etiã hac ſcribẽdi cõſuetudine factũ putem, accipe quid ego in literis tuis deſiderarim,nõ q eas magni eſſe momẽti res ducam,ſed cum vt te ad eandẽ in ſcriptis meis libertatẽ vſurpandã ſubinuitem, vel potius tuã in ſcribendo ipſe imiter (ſic em̃ accipio):tũ vt in eo quod me priorib⁹ tuis literis nõ feciſſe querebare,tibi morẽ gerã. Queſt⁹ es autem, ꝙ eorum quæ ad ſtomachũ meum parum facerent,te officioſe nõ admonuiſſem. Iã primũ, Salmonium amicum tibi atq; hominem gratũ eſſe ſcribis.id ſi ita eſt, cur in eũ tã acerbe inueheris? Sin tibi hoc permittis,ꝙ is de te atq; noĩe latino peſſime ſit meritus: cur hunc eũdem in eadẽ epiſtola, amicum tibi & gratum hominem eſſe prædicas: præſertim ſi cum eo in gratia nũq̃ fuiſti,aut certe his interpellantibus,quas tu quidẽ cauſaris,iniurijs,hodie eſſe non poſſis? Qȝ vt ita tibi tuo iure loqui liceat,illud qdẽ certe reticere nõ debuiſti, ſed omnino aperte ſcribere,quid tãdẽ ſit,quod ille nomini latino vitio verterit. Neq; enim id eſſe mihi facile perſuadeo,quod te iſtic dicere memini:Solere ciuium tuorum multos recte loquendi rationẽ negligere. Nã vt homo grãmaticus,cũ tu illũ fortaſſe barbarũ appellares, id acerbius dixerit,nulla ſane tamẽ inſigni cõtumelia nomẽ latinũ affeciſſe,ſed ꝑ linguę latinę dignitate poti⁹ egregie diſputaſſe videa-

tur:qui ab iis latinũ ſermonẽ ſolœciſmi fœdi-
tate interdũ pollui ægre tulerit,a quibus ma-
xime caſtũ incorruptũq; ſeruari oporteat. Niſi
tu fortaſſe in ea ſentẽtia es,vos vt literas non
multo doctrinę ſtudio,ſed ſola naſcẽdi cõditio
ne cõſequi exiſtimes:atq; eos q̃ lõge a latio or
ti ſunt in ijs capeſſendis operã perdere,latinos
aũt hoĩes ſimul ac nati ſunt in cunis etiam di
ſerte numeroſeq; vagire. Atqui certe non ne
gabis ciuiũ tuorũ pleroſq; ne latine q̃dẽ ſcire,
nedũ Romani ſermonis puritatẽ in poſtremis
habere. At in Iani Laſcaris,hominis tibi ami-
ci,carmine verſum ; aut verbũ potius quoddã
nõ ꝓbauit. Quid tũ?an ideo tibi ſtatim(vt ver
ba tua ponã)arma ſumẽda credidiſti,tanq̃ de
re latina prorſus eſſet actum,ſiquid ille in eo
hominis ꝑſertim grȩci verſu iprobaſſet? Vide
mi Stathi ne huiuſcemodi patrocinio Trãſ-
alpinis gẽtib⁹ riſum,Italis ſtomachũ moueas.
Nã quod ad Ianũ Laſcarim attinet,eſt ille om̃i
no mihi maiore & quaſi ſanctioris cuiuſdã ne
ceſſitudinis vinculo cõiũct⁹,q̃ tibi qꝑ eius mihi
optima Romæ opera vni in grȩcis literis vti
licuerit:ſed nõ min⁹ tñ Salmonio q̃ nobis ami
cus:nec mediusfidius indignari ſolet,ſi q̃s ſcri
pta ipſius etiã liberius q̃ par ſit,cẽſeat. Qꝫ autẽ
in eadem epiſtola braccatũ quendã cõtumelio
ſe appellas,in eo q̃d tibi velis plane neſcio,niſi
tu fortaſſe in te luſiſti,quẽ quidẽ cũ Romæ tũ
Lutetię Pariſiorũ,atq; nup Venetijs nunq̃ to-

gatũ,raro pènulatum,ſemper fere braccatum conſpexi. Atq; vt illud omittã,quo tranſalpinarum gentiũ in Italos iniquitatem perſtringis(nec enim te id ex animo dixiſſe reor, cum tu certe eos ita i vos animatos eſſe haudquaq̃ ſis expertus:)iſtud cuiuſmodi tandem eſt quo me ſane grauiter repunctum iri exiſtimaſti,ſi de puerili illa mea cõcione mihi obieciſſes:de qua nihil amplius dicã q̃ qđ S.P.Q.Roman⁹ iudicauit:qui me non ſolũ ab huiuſmodi calumnia dijs hominibusq; approbantibus abſoluit:verũ etiã triũphũ ex inimicorũ meorũ dolore iuſtiſſimũ agere voluit,quãdo me,qđ quidem nulli adhuc mortalium contigit,abſentẽ virtutis doctrineq; ergo ciuitatẽ Romana donauit:miſſis etiã ad me Venetias vſq; publice cõſignatis diplomatis duob⁹, quorũ me altero Senatus,altero Trib.pl.ciuitatis iure ſingularibus verbis digniſſimũ iudicaſſent: idq; cum alijs,vti teſtant̃,de cauſis,tũ certe q; Italiã & vrbẽ Romã eo laudaſſem mõ, quo ante me mortaliũ nemo.Qđ eo ſane pertinet,vt intelligas S.P.Q.R.ideo mihi maximũ honorẽ habuiſſe,q; ſe maximũ quoq; a nobis accepiſſe duceret.quorũ quidẽ ſecutus authoritatẽ Populus Fluentinus,mihi non ciuitatem modo ſuam, ſi me illuc ad inſtituendã bonis artibus iuuentutẽ cõferrẽ,ſed vicena præterea quina in annos ſingulos ſeſtertiorum nũmũ millia ex ærario publico decreuit:qđ etiã mihi adhuc noſtra pa

trũq; memoria vni datũ eſſe inficias nõ ieris.
Trãſeo prꝫclara illa & i cauſam noſtrã pq̃ honorifica tot doctiſſimorũ hominũ, tot pricipũ virorũ teſtimonia, ipſius deniq; decimi Leõis Põt. Max. de cõtẽtione item illa, quę mihi cũ nõnullis veſtris amicis anno ſuperiore Romę interceſſit, iudiciũ: etiã poſtq̃ ille nominis noſtri delator, in me abſentẽ tãto plauſu tantaq; auditorũ admiratione dixiſſet, vt eloquentia Romana cũ eo & reuixiſſe & rurſus extincta eẽ a pleriſq; credatur. Quo quid manifeſtius, pl⁹ valuiſſe apud ęquos iudices abſentis innocẽtiã q̃ accuſatorũ gratiã atq; eloquẽtiã? quos id mihi potiſſimũ tũ obieciſſe nõ ignoras, qđ tu mihi nunc in epiſtola tua vitio dabas. Q; niſi hoc in genere, ea mea eſſet cauſa, vt quid ſentiã nolim explicare, oſtẽderẽ aliis rationib⁹, cur orationẽ illã mihi exprobrare nõ debueris. Eq dẽ inuitus hoc vlcus refrico: ſed veritus ſum plane, vt ſi tacerẽ, ne & crimẽ ipſe agnoſcere & tibi parũ ſatisfacere viderer, qa me, ſiqd eẽt qđ me in literis tuis offenderet, vti te monerẽ petiiſti. Quare ſiquid cõtra in his erit, quo te ipſe lęſum putabis, poſtulo a te meo quoq; iure, vt in tua mihi culpa ignoſcas, qui id mihi feciſſe videor, qđ & ratio & ipſe tu mihi præſcribebatis. Vale, & te mihi chariorẽ eſſe tibi perſuade q̃ iis ſis qui nos cõmittere tentarunt, Patauii.

CHRIST. LONG. MERLINO GELASIANO. S.

SCribam ad te cum vacabit, vberius. Nunc enim eo tantum ſcribo, vt mihi non ſatis eſſe ocij intelligas. Nam qui tuas attulerũt literas, ij cum longo interuallo q̃ eas abs te acceπiſſent, mihi reddiderunt, tum eo certe ipſo tẽporis puncto cũ hic proficiſcerẽtur, nunquid ad te vellem petierunt. quo quidem etiam factum eſt vt neq; ad tuos quicq̃ omnino miſerim: in quo tibi tamen propediem & cumulate ſatisfecero, ſed non in eã plane quã tute cupere oſtendis ſententiã, vt tibi pecuniã in ſumptum ſuppeditent. Si enim annum item vnũ aut alterum impetrabimus, pecuniã quoq; impetrabimus. Sin illud teneri nõ poterit, fruſtra nummorum meminerimus. q̃q̃ hi ſi fortunis noſtris vti voles, tibi defuturi non ſunt. Nec enim aut tam parum locupletes ſumus aut tã pecunię cupidi, quin ſtudia tua libẽter ac liberaliter tueri poſſimus. Sed hoc tui etiã, non ſolũ mei fuerit conſilij. Orationẽ quam tãtopere deſideras mitto ad te, nõ ſatis quidem multis facturã illam, vt quæ ne mihi om̃ino placeat, ſed hęc tamẽ ipſa illa eſt, cuius admiratione cõmotus Po. primũ Romanus, abſenti mihi ciuitatis diplomata ſtatim expedierit quę pręſenti denegaſſet: deinde Florẽtin⁹ vicenaſ annos ſingulos quina ſeſtertiorum nũmũ millia ex ęrario publico mihi decreuerit. qđ ipſum non tã mirantur Itali, ob pecunię magnitudinem tãetſi ea per ſe in eo docendi genere eſt plane

admirabilis,q̃ ꝙ inſolens ſit & adhuc inaudi-
tum,trãs alpeis accerſiri hominem qui in me-
dia Italia latinas literas conſerat.Sed hęc quo
ꝗ per ocium.Salutem Belleio:de quo non ſa-
ne belli nec quales expectabamus rumores ad
nos perferũtur,ſed quos tamen falſos eſſe ſpe-
rem,cupio quidem certe. Vale.Ex vrbe Pata-
uio.v.Calend.Mai.

CHRIST.LONG.SIMONI VIL-LANOVANO S.

PErgratę mihi fuiſſent tuę literę,ſi q̃ no-
bis luculente ingenij tui elegantiam ex
preſſerunt, tam iucundum de vitæ tuæ
rationibus nuncium attuliſſent.Sed id & anti-
quum eſt, & haud ſcio an etiam fato literarũ
quodam comparatum, vt quo quis ingenuas
artes complectatur ſtudioſius,hoc fortunę flu
ctibus iactetur acerbius. Hæc enim, ne forte
neſcias,mihi tecum eſt communis querela.Nã
etſi ipſe nulla inſigni,vt nunc quidem eſt, rei
familiaris inopia premor:illud tamen eiuſdem
fortunę iniuria commiſſum eſſe video, vt ea
ſit rerum mearum tenuitas atꝗ anguſtia, vt
tibi iſta ſpe,iſta probitate adoleſcenti, auxiliũ
meũ imploranti,non dico nõ opitulari, quod
ipſum per ſe miſerũ eſt,ſed vix benigne quicq̃
polliceri poſſim.Ego enim,quod te ſatis intel-
ligere exiſtimo,pari literarũ ſtudio incenſus &
afflictus procul a patria vitam ago, non meis
iã,aut quod par erat, meorũ, ſed plane alienis

opibus caſus meos ſuſtentans. Verum quando nemini vni omnia deus cōceſſit, nec ego qcq̄ ocio noſtro eſſe ducā vel iucundius vel honeſtius, facile patior apud cæteros plus opū reſidere. Mihi certe nunq̄ in mentem venit, iſtorum cuiq̄ inuidere, quorum abs te inſolentiā & iactationem ferri, poſſe negas. Idē ipſe de te cenſeo ſtatuas, nec te inanibus iſtis curis cōficias. Paruo tibi ad tuenda ſtudia tua ſumptu opus eſt. Is aūt nuſq̄ homini ſtudioſo & frugi deeſſe poteſt. Sed ad epiſtolā tuam: in qua q̄ te mihi de literarum tuarum ſilentio tam multis verbis purgares, nihil ſane neceſſe fuit. Quā enim ipſe mihi in eo ſcribendi genere legē dixi, hāc cęteris quoq; omnibus dictam velim: vt tum deniq; literis, cum id vel noſtra vel amicorum interſit, vtamur. Reliqua epiſtolarum genera, etſi me non parum delectant, præſertim quas homo neq; ſtultus neq; infans cōſcripſerit, ea tamē ab amicis non magnopere exquiro: quorum officium ad mutuam animorum volūtatem non ad inania hæc ſtudia, ſemper referendum eſſe iudicaui. Sic igitur facies, & per me q̄dem tacebis cum voles, & quādiu voles: ita tamen vt mihi literarum tuarū ſermo ceſſatione gratior ſit futurus, ſed ea, vt dixi, cōditiōe, ne tu in eo parem a me vel gratiam expectes vel diligentiam. Vix enim credas q̄ mihi in tā to ocio ſcribūdis literis parum vacet. Q̄ porro te nobiſcum viuere velle oſtendis, eſt id mihi

quidem gratiſſimũ:ſed quid te ea in re iuuare poſſim hoc tẽpore,non plane video.Perſequar tamen vias omneis, vt mihi cõſuetudinẽ tuã in optatis maxime fuiſſe aliquãdo intelligas: q̃q̃ id te iam intellexiſſe literæ tuæ ſignificabant,& certe ita eſt. Amaui te quo primũ die cognoui:ſpectauiq́; ex eo tẽpore ſemper,quem admodum nobis de ſtudiorum noſtrorum rationibus inter nos cõmentari ſæpius liceret. Verum neſcius qd tu ea in re animi haberes, curaui id ſcilicet adhuc lentius q̃ animorũ noſtrorum coniunctio poſtulare videatur. Nunc etſi mihi conſiliorum tuorum rationes ſignificaſti magis q̃ explicuiſti,tamen videbimus diligenter aliquid, in quo ſit tum certa tuendi ocij tui fides: hoc enim mecum agere videris: tum eius quam mihi tecũ intercedere velim conſuetudinis explorata facultas. Tu fac interim animo ſis magno,nec quicquam eſſe putes tanti,quod ſtudiorum tuorum iter interrumpat.Quæ nunc iacet afflicta,emerget,mihi crede aliquando virtus. Vale.Ex vrbe Patauio.ix.Calend.Iun.

Scripta iã diu epiſtola,nec eo data,q⁹ cui recte cõmitteretur nõ eſſet,accepi alteras abs te literas,multo miſerabili⁹ quidẽ & triſtius q̃ ſuperiores,ſed in eãdem tñ rationem cõſcriptas. Itaq; hic mihi tm̃ admonẽdus es, ne te ęgritudini dedas,q̃ nec rõnib⁹tuis qcq̃ profutura eſt, & ſtudijs tuis multũ etiã obfutura. Sed nec tã

acerbus iſte,quē impendere oſtendis, caſus vi-
deri poteſt, vt cum eo tibi omnem libertatis
&dignitatis ſpem abiiciendā eſſe exiſtimes. Iā
primum ea ſeruitus,ſi quidem ſeruitus dicēda
eſt,alios mercede docere:tibi cum omnib⁹ fere
tui ordinis hominibus communis futura eſt.
Deinde ſi ſapis,nec ipſe te nūc proiicis,vberes
etiam inde fructus percipies.Denicp non tam
iuſtas abs te queq̄ ſuis muſis operas exacturū
puto : quin tibi cū tuis rationē habere liceat,
ſi non quatenus cupias,certe quantū homini
qui & meditatiōis bono vti norit,& in rectam
diſciplinæ viā iam olim ingreſſus ſit,ſufficiat.
Poſtremo velim te mihi hominē eſſe memi-
neris,qui iampridē non cum natura tua,quæ
quidē tibi contigit optima,ſed cum fortuna,q̄
tamen omnino non ſit peſſima,luctari cœpe-
ris. Id ſi diligenter feceris,nec ſpe fueris nulla,
& iſta qualiacūcp ſūt humaniter tuleris. Age-
rem his de reb⁹ tecum & certius & ſubtilius,ſi
quibus conditionib⁹ inuitere,& quo ipſe ſis ſta
tu mihi aperte expoſuiſſes. Nunc in rerum o-
mnium ignoratione ſumma,ad quidnam po
tiſſimum literas meas accommodem,aut quid
tibi conſilij dem non plane habeo. Sit tamen
id caput ſeruiēdū tibi eſſe tempori. Ego enim
ne diu ſeruias perficiam:operam quidem certe
ac ſtudium meū omne in eo tibi q̄ diligentiſſi
me nauabo. Extremū illud erit,quod etſi mini
mum prẹſidij affert,eſt tamen omniū certiſſi-

mum. Perſuade tibi in re familiari mea eſſe nihil, quod tibi non commune mecum eſſe velim, Iterum. Vale. iiij. No.

CHRIST. LONG. ST. SAVLIO ET M. ANT. FLAMINIO S.

ETſi conſtitueram nihil ad vos literarũ dare, niſi me vel ſcriptis veſtris ipſi ꝓuocaſſetis, vel hic certe aliquid epiſtola dignũ nobis occurriſſet: tamen cũ iſtuc P. Alcyonius ꝓficiſceretur, homo noſtri ita ſtudioſus, vt ſe ſine meis literis hinc diſceſſurũ eſſe negaret, ſcripſi has ad vos, pro ſumma veſtra inter vos cõiunctione, cõmuniter, quibus id a me vnum intelligeretis, eoſdẽ nos adhuc eſſe, quos hic reliquiſſetis, duntaxat vt pro re nata neq; priſtinę vitę ſplendorem, neq; ocij quietẽ, neq; ſingularem eorum quibuſcum viuo, erga me beneuolẽtiam deſiderem. Nam illam conſuetudinis veſtrę iucunditatẽ, illam ſermonũ, in qbus mihi erãt fere omnia, ſuauitatẽ ita requiro, vt non in vicinam aliquam domum, quod quidẽ fore initio putarã, ſed in ipſam plane vltimã Britanniã cũ hoſpitib⁹ meis demigraſſe mihi videar. Suſtentat me tamẽ vna & conſolat̃ maturi veſtri ſpes reditus: cuius expectatiõe ne me dicta die lõgius ſuſpẽdatis, vos etiã atq; etiã rogo. q̃q̃ enĩ nobis iam integrũ non eſt eodem vt poſthac tecto vtamur, ea tamẽ locorum vicinitas futura eſt, vt totos dies iuncti ſimul eſſe poſſimus. Quid etiam? qd'q;

ſcilicet in medijs iſtis curis ridere vobis liceat: ego certe rideo,non ea qdē ipſa quę nobis ꝓponunt,ſunt enim magnę deliberationis,ſed ꝙ ad me aliquando tandem ventum ſit.Solicitor crebris ex Germania literis vt M.Luteri cauſam ſuſcipiā:ab vrbe Roma nūcijs, vt hominem ſtilo perſequar. Miſſi ſunt vtrinq; ad me cōmētarij pleniores, pollicitationesq́; eiuſmodi vt oīno ſcripturus ſim,ſi id ſine inſtitutę ſtudiorū noſtrorum rationis incommodo pręſtare poſſim.Cauſa me interdū mouet,qua quidē neq; illuſtrior neq; grauior alia vnq̄ reperiri queat.Cōtra me deterret negocij magnitudo:nec em̄ difficilius quicq̄ eſſe puto,q̄,non dico tantis de rebus copioſe grauiterq; dicere, ſed eas vel latinis literis illuſtrare: qđ a nobis tamen perfici poſſe nōdum plane deſpero.Cōmentabimur quidē aliquid,ne ſoli ceſſaſſe videamur.In vtram partem? In vtrāq; ſcilicet, quo certius tota de re iudicare poſſimus. q̄q̄ quo me vel grati animi officiū, vel tot ętatū gentiumq́; conſenſus vocet,non ignoratis.Et certe durior eſt Martini cauſa, quem & Pont. Maximus diris omnib⁹ iam defixerit,& Cæſar ipſe nuper hoſtem iudicarit:ſed nondum tamen bonorū omniū iudiciū perdidit. Germania certe ad eā hodie tuendam multo erectior eſt q̄ antea vnq̄ fuiſſe exiſtimetur.In Pontificis cauſam ſi deſcēdo,id piculi eſt,ne me potētiorib⁹ videar venditare, atq; eorum etiā flagi

tijs authorem præbere. In Luteri, ne contra re ligionem ſentire & facere aliquid exiſtimer, q hominem damnatum defendam. Sed cum pri mum conſtitutum aliquid habuero, faciam vos fortaſſe certiores. Salutem communibus amicis nominatim autem Do. Saulio & Hectori noſtro. Nam de Io. Saulij valetudine ita ſum ſolicitus, vt hoc in genere nec quid ſcribam, nec quid a vobis petam ſatis reperiam. Vereor enim ne quod audire nolim reſcribatis. Sed hoc veſtri fuerit conſilij, ſit ne de eo ali qd ad me mittẽdũ. Ego enim quod vnum abſens poſſum, ſaluti eius vota facere non deſino. Valete. Patauij. Prid. Id Iun.

CHRIST. LONG. STEPH. SAVLIO S.

CVm ad. xvij. Cal. Iul. triſtẽ illum de Io. fratris tui obitu nũcium accepiſſem, ſcripſi ad te ſtatim pro tẽpore pauca quędã, eaq́ ipſa ne mihi quidẽ tum ſatis probata: quippe qui beneuolẽtia magis erga te mea adductus, teſtificaturusq́ tibi dolorẽ meũ, eo feſtinanter deſcendiſſem, q̃ ꝙ aut te virũ fortiſſimum, caſum iſtũ tam acerbe ferre exiſtimarem, aut ſi tu eo quaſi grauiſſimo accepto vulnere frãgerere, ipſe me tibi mederi poſſe cõſiderem, qui ſane conſolãdus eram, propterea ꝙ fratris tui morte moleſtius nihil iamdudũ tuliſſem. Verum lectis hodie tuis literis, quibus mihi reſcribendũ putaſti, cum magnum ex officij mei cõſciẽtia fructũ cepi, tũ vero ad minuẽdũ luctũ

tuum puſillam illam meam epiſtolam multũ voluiſſecognoui:qui vniuerſum tibi tuum dolorem a me exhauriri potuiſſe ſignifices,ſi certam tibi ſpem,bene cum eo qui nobis occidiſſet,agi attuliſſem. Ego vero, q̃q̃ nonnulla in eo mea eſt culpa,qꝰ tanta de re ſubito & exigue ſcripſerim,tamẽ te ſingulari prope prudẽtia virũ iſtiuſmodi rerum ,præſertim quas in ore atq; in animo ſemper haberemus,minime admonendũ exiſtimaui. Arbitrabar enĩ tibi homini e religione Chriſtiano, nihil æque in mentem tum veniſſe,atq; de illius manibꝰcogitare: quos quidem non modo miſeros non eſſe,ſed in æterna illa ac beata domo ętatẽ agere,acta hominis vita te docere poterat. Quod ipſum etiam tibi a me ſatis ſignificari tũ putabam,cũ ea illum probitate floruiſſe teſtarer, vt Probi cognomine merito nobilitatꝰ eſſet. Atq; ita eſt profecto mi Stephane,ſi cuiꝰ vnq̃ pietas atq; ſingularis innocentia ab impiorũ pœnis tuta cœloq; digna mihi viſa eſt, Ioãnẽ certe tuum ab hac rerum humanarum perturbatione,in diuinas illas ſedes migraſſe nõ dubitanter affirmare auſim. Non faciam vt hic ſingulas eius virtutes atq; ornamẽta commemorem,quibus illũ & beatũ fuiſſe dum vixit, & hodie beatiſſimũ eſſe iudicem. vereor enim ne dũ diuinę eius bonitati teſtimoniũ dare cupio,deſideriũ tuũ refricẽ,vel dolorẽ potiꝰaugeã ſed ſi tamen queadmodum oſtẽdis, & certe par

eſt,ſimplex illa tibi de dolore ipſius cura reli-
cta eſt,valde iubeo ſperare te,immo vero pla-
ne confidere, non poſſe non optime eum eo il
lic agi,qui nobiſcum hic optime ſemper & ſan
ctiſſime vixerit. Atq; hęc quidem de Io.fratris
tui manibus,quorum apud me tam explorata
eſt ſalus,vt eos mihi veneratiõe poti⁹q̃ miſeri
cordia perſequendos putem. atq; etiam propi-
tios iã exoptem. Reliquũ eſt, vt humana iſta
omnia qualiacunq; ſunt ſapienter tibi & forti
ter ferenda eſſe ducas, qui præ cæteris vni ſa-
pientiæ ſtudio ſis deditus, & eo animi robore
pręditus, vt quęcũq; vulgus admiratur aut ti
met, ea ipſe tu, ſi animũ induxeris, contẽnere
poſſis atq; deſpicere. Induces aũt facillime, ſi qđ
te facere arbitror, philoſophiam ipſam nihil
aliud eſſe niſi perpetuam mortis commenta-
tionem ſemper memineris. Vale. Ex vrbe
Patauio. iiij. Calend. Sextil.

CHRIS. LONG. STEPH. SAVLIO. S.

SI qd vnq̃ ex hominis mihi neceſſarij mor
te doloris cepi acerbiſſimum certe nobis
de Io. fratris tui obitu nuncium fuiſſe, tu
pro meo in te tuosq; omneis, ſed illum in pri-
mis amore exiſtimare potes. Tanti enim ſem
per hominem feci, quanti apud me is eſſe
debuit, quem & tu faceres plurimi, & mihi
amiciſſimum eſſe iudicarem: tum vero ea
probitate præditum cognoſcerem, quæ illum
Probi cognoĩe merito nobilitaſſet. Verũ quid

agas? ſic nobis hũc caſum ferendũ eſſe cenſeo, quẽadmodũ decet eos hoĩes qui nec de animorum immortalitate quicq̃ dubitent, & illum mortalẽ hic fuiſſe, & ſe nõ diu ſupſtites ei fore ſciant. Profectò cum mihi vna ſententia gen⁹ humanum iam inde a condito orbe damnatum eſſe in mentrm venit, cũ omni ſpe præciſa nos ad vltimum ſuppliciũ oẽs quotidie rapi video, cũ nullã oĩno vllius aut fortunę aut ætatis aut virtutis rationẽ haberi perſpicio: facit ipſa ſcilicet ſalutis deſperatio, non quidẽ vt omni doloris ſenſu caream (hoc.n.nobis in tantis malis ſit fortaſſe optandũ magis q̃ ſperandũ) ſed vt quadã animi ęqtate me ſuſtentans, cum amicorum exitus humanius feram qui eodem ipſe me duci videam, tum vero vt de me præcipue cogitem, & hoc ipſo vno me conſoler, ꝙ ſolatio relictũ loci nihil intelligã, dũtaxat, quin nobis velimus nolimus pereũdũ ſit. Nã vt iſta quæ vulgo acerbiſſima putãtur, non tam horreamus, q̃ multitudinis opinione timenda ſunt, hoc nobis ipſum cũ perſuaſionis noſtrę certa fides, tum etiam anim⁹ ipſe præſtare poteſt. quem quidem tu, cũ & natura ſis nactus optimum, & multarum rerum vſu, multaq́ꝫ doctrina, & qđ caput eſt religiõis Chriſtianæ pietate inſtructiſſimũ, feras ea moderate oportet, quę nec vitari nec accuſari a quoq̃ poſſe conſtet. Hac enim lege in vitam ingreſſi ſumus, vt aut ſtatim occideremus ipſi,

aut diutius viuendo, eos non ſine dolore ali-
quando amitteremus, quos vel plus, vel aliter
atq; par fuerat, charos habuiſſemus. Scriberem
plura, aut his etiam leniora, niſi tum ea te ad-
huc meminiſſe certo ſcirem, quæ in hanc te-
cum rationē multa nuper diſputaui: tum ve-
ro eam eſſe animi tui firmitudinem, vt ne his
quidem remediis magnopere indigeas. facere
tamen propter beneuolentiam non potui, qn
tibi hoc tempore meum vel officium per lite
ras præſtarem, vel amorem quacunq; ratione
teſtificarer. Vale.

CHRIST. LONG. M. ANT.
FLAMINIO S.

IVcundiſſimę mihi fuerunt tuæ literæ, qui-
bus cum alia multa nobis non ingrata, tū
vero diſerti illius philoſophi vanitatem
atq; ineptias facete admodū exequebare. Eſt
is tamen mi Flamini eo ingenio, vt non mo
do a bonis omnibus irridēdus ſit, ſed peſſime
interdum accipiendus, vel potius quaſi peſtis
quędā omnino cauendus. qua in ſententia etſi
iam olim eſſe cœperam, tamen nuper ab eoip-
ſo in ea ſum plane confirmatus. Nam cū poſt
diem tertiū q̄ ſuperiores ad vos literas dediſ-
ſem, ad me reuertiſſet, necdū deliberatum ha-
bere ſe diceret, vtrum inſtitutum iter pſeq̄re-
tur, an vero ſe hinc Venetias, ad eos quos ibi
ægrotos multos reliquiſſet, curādos referret: co
hortatuſq; eſſē hoīe, vt ſi nō aliā ob cām, certe

quo cõſuetudine veſtra per ocium aliqñ frue-
retur,iſtuc ire pergeret.Hic tibi non auſim vir
optime mihiq́ꝫ chariſſime,quę homo impur⁹
in te patrẽq́ꝫ tuum euomuerit, cõmemorare:
Nã Hectorẽ noſtrũ quaſi hominẽ imperitũ &
indoctũ lõge aſpernabatur.Stephanum vero,
etiã vt auaritiæ ſordib⁹ inqnatũ execrabatur,
qui a ſe Lazarũ Bonamicũ tam facile dimiſiſ-
ſet,quem duplicato operę-prę mio retinere po
tuiſſet. Tu vero (ſed talia ſunt,quæ ne literis
quidem honeſte committi poſſunt) tantũ ha-
beto,peſſime illũ de te & ſentire & loqui. Ego
qui tũ intimis ſenſib⁹ angerer,animi æquitatẽ
vultu ægre ſuſtinerem, ſed ſimulatione tamẽ
eam mihi tuendam arbitrabar,rogo hominẽ,
vndenam illa quæ in te conferret, reſciuiſſet,
qui te vix de facie idq́ꝫ paucos ante dies noſſet:
me quidem,qui tecum annum amplius vnũ
familiariſſime vixiſſem, nihil in te qđ nõ ho-
mine ingenuo,& ijs quibus a puero dedit⁹ fuiſ
ſes,optimis artibus dignum videreẽ animad-
uertiſſe.Hic ſimiolus ille cũ aliquãdiu hæſitaſ-
ſet,nec impudentiæ ſuę exitum alium,credo,
reperiret:Erras inquit Lõgoli,erras,ſi quod te
vel ingenii vel virtutis lumen in eo perſpexiſ
ſe putas,qui & ipſe pædagogus ſit & pædago-
go patre auoq́ꝫ natus.Quid quæris? riſi equi-
dem ipſe hominis amẽtiã,ſed eiuſdẽ quoq́ꝫ pe
tulans mẽdacium flagris coercendũ iudicaui.
Atqui vides,quæ ſit hic meæ, ꝑſertim aduer-

ſus iſtiuſmodi hoĩes,cauſæ libertas. Itaq; totũ me ad ſanandã,ſi qua ratione poſſem,ei⁹ ſtulti tiam conuerti, verbisque ſatis multis oſtendi non modo q̃ præpoſterum eſſet,& a boni viri officio alienum,alienæ virtutis detractione ſi bi laudis aliquid quærere:ſed etiam q̃ illibera le in alienis vel iuſte inſectandis vitiis libenter occupari. Qua quidẽ oratione hactenus ille commotus eſt,vt fateret̃ me recta quidẽ ſen tire & monere, ſed ſe tamen neſcio cuius tuæ epiſtolæ tam cito obliuiſci non poſſe. Verũ indignus eſt,de quo tam multa, quæ nec ipſe ſa ne tamẽ ſcripſiſſem, niſi te pro mutua noſtra beneuolentia admonẽdum putaſſem, vt etiã atq; etiam videres quantũ illi tribuendũ committẽdum ve eſſe iudicares: qui cũ te ob os ita queẽadmodũ ſcribis,di laudet,abſentem tamen tam acerbe diuexet,& quaſi reũ perpetua oratione inſectet̃, ne illud omnino reueritus apd̃ quem te accuſet. ſed hoc quoq; ſingularis ei⁹ ſtultitiæ ſit argumentum. Q: mihi de literis a me tibi ſcriptis gratias agis,facis tu abũdantia quadam humanitatis tuæ,vt ea quoq; grata habeas,quæ niſi tibi libenter præſtarem, is ego certe non eſſem,quẽ tu me eſſe ſemp prędicaſti, quanq̃ illas non tam tua q̃ vel P. Alcyonij vel etiam mea ipſius cauſa tũ cõſcripſi, qui & tuas illicere profecto cuperem, & ita mihi tecum quoquomodo loq viderer. Quod ſi rari⁹ a me adhuc factũ eſt q̃ neceſſitudo fami

liaritasq; noſtra poſtulare videat̃, velim cũ mihi id in primis moleſtum eſſe iudices, tum vero me poſthac non commiſſurũ credas, vt vllo vel tẽporũ vel locorum interuallo iter amoris nr̃i & officij mei facile interrũpi poſſit. Tu modo fac, vt quã mihi tuis ipſe literis diligẽtiam nauare cœpiſti, eã mihi in reditũ veſtrũ nihilominus preſtes, id eſt vt de rebus iſtis omnibus me q̃ accuratiſſime certiorẽ facias. Nec eñ neſcis q̃ ego ſim iſtiuſmodi rerum curioſus, neq; ſane a me dici poteſt q̃ mihi in eo qđ de principum iſtorum conatibus ſcripſiſti gratũ feceris. Itaque res eorum geſtas vel euentum belli potius a te expecto: qua quidem expectatione ne me diutius torqueas vehemẽter a te peto, & ſi pateris etiam te rogo. Salutem Do. Saulio & Hectori noſtro. Vale. Ex vrbe Patauio. iiij. Calend. Sextil.

CHRI. LONG. M. ANT. FLAMINIO S.

SCripſeram nudiuſquartus cõmunes ad te & Ste. Saulium literas, daturus eas P. Alcyonio: qui cum iſtuc iter haberet, ſe tamẽ profectionis ſuę conſilium abiecturum potius q̃ ſine meis literis ad vos venturũ eſſe oſtenderat. ſed noſti hominis ingenium: ille enim & cœnę, quam ei opiparam hic dederamus, & laudum, quibus a nobis ornatiſſimus diſceſſerat, & literarum, quas ſumma contentione vt feſtinanter ſcriberem peruicerat, oblitus, profectus eſſe dicitur. qđ vos idcirco ſcire volui, vt

meis verbis hac de inhumanitate cum eo expoſtuletis. q̃q̃ idipſum de quo queror, nõ omino incõmode nobis cecidiſſe videri poſſit. ea enim iis literis incaute cõmiſeram, quæ illum in primis celatum eſſe cupiebam. Perfecerat ſcilicet priſtinæ noſtræ conſuetudinis vſus vt magis quibuſcũ agerem in mentẽ mihi veniret, q̃ cui literas daturus eſſem ſatis meminiſſem, eas porro ipſas, cũ aliter initio ſtatuiſſem, tibi tamen vni inſcripſi, q; eodem fere tempore de Io. Saulii obitu ſum a Cæſare Fulgoſio factus certior. Itaque viſum eſt faciendum, ad Ste. Saulium præcipuas & iſti tempori accommodatiores mittere. Tu ſi grauabere mihi latine ſcribere (ſcio enim q̃ hoc in genere tibi nunquam ſatisfacias, qui cæteris, mihi crede, ſatisfaceres, ſi quantum in eo valeas tantum auderes:) per me quidem Italice ſcribas licet, idque ita deniq; ſi quid habueris quod me ſcire noſtra interſit. ſin minus, tacebis quoad voles: voles autem tamdiu me authore, q̃diu nihil erit quod ſcribas. Saluere a me iubebis Do. Saulium & Hectorem noſtrum. Ex vrbe Patauio xvij. Calend. Iul. De ludorum apparatu, & tota decurſionis ratione: hoc eſt quis cui commiſſus eſſet, qui rem ſtrenue geſſiſſent, qui palmam denique tuliſſet, item qui in harena corruiſſent, qui & quot & quatenus haſtas infeſto curſu confregiſſent: breuiter ſingulorum dierum acta & caſus ad te diligentiſ-

modo vt ne q̃d eoq̨ q̃ literis recte cõmitti poſſunt me lateat, etiã ſi ſine capite, rumore nuncio, ad te delata fuerint: quibus tñ notam aliquã ad caput velim affigas, qua certa ab ĩcertis diſcernãtur. Id vt facias te tã rogo vehemẽter q̃ qđ vehementiſſime. Vix. n. credas q̃ ſim ei⁹ generis rerũ curioſus. Velim meis verbis Vercellano noſtro ſalutem referas. Vale. Ex vrbe Patauio Calend. Iul. Sed heus tu, ita ne vel arcæ noſtrę confidis, vel tanti tuas epiſtolas facis, vt in ſingulas binos ſeſtertios tabellario aſcribas. Aſſe tantũ opus erat, eſtq; is legitimus vel in pleniores literarũ faſciculos ſumptus: niſi tu fortaſſe proximis εὐαγγέλια deberi putaſti. cuius quidem rei te non mea magis q̃ tua cauſa certiorem faciundum putaui.

CHRIST. LONG. RVBRIO. S

NON putaui me tibi, q̃ de Villanouano noſtro mihi gratum feciſſes, aliter poſſe oſtendere, niſi in eo declarando nouo literarum genere & latine tecum agerem, qui gallice adhuc egerim. & q̃q̃ in eo nihil a ſingulari tua vel in ſtudioſos omnes liberalitate nouum, vel erga me beneuolentia alienum, feciſſe videare: tamen ſcito me tantũ ex iſto tuo in ipſum beneficio voluptatis cepiſſe, quantũ literis exprimere non ſane poſſim. Scripſit enim is ad me qua abs te humanitate accept⁹ eſſet, quid tu ſibi mea cauſa promiſiſſes, quid etiã iam præſtitiſſes, quibus de rebus primum

tibi,vt debeo,maximas gratias ago, qui tan-
ti literas meas feceris,vt iis lectis nō ſolū ope-
ra,qua quidem fuiſſemus contenti, ſed opibus
etiam tuis hominem adoleſcentē, optimū qui
dem illū atq; doctiſſimū, ſed fortunæ iniuria
abiectum,tuendum tibi ornandumq; ſuſcepe
ris. Deinde tibi recipio, te ex iſta liberalitate
tua maiores in dies ſingulos fructus perceptu
rum eſſe:is.n.apud te iā eſt,qui cū magno tibi
quotidie vſui multis in rebus eſſe queat, tum
vero eas colat & tractet artes,quibus nominis
tui dignitatem,etſi domi foriſq; claram ſatis
illam,illuſtriorē tamen poſſit reddere,ſed hæc
illum præſtare malim,q̄ a me prædicari. Ex-
tremum illud eſt:q̄uis hominē ſua iā cauſa cō
mendatū habeas,ſiſq; in eo qđ ei pollicitus es
vel conſtantiæ tuę cauſa permanſurus,nihilo
minus tamen abs te maiorem in modū peto,
vt quēadmodū cepiſti, eū tu om̄i tua beneuo-
lentia atq; liberalitate complectatur.In Britā
nia qui tumultus adhuc ſint,a te vehemēter
expecto: ecquid item inſubres rerum nouarū
moliantur.Mera hic em̄ nobis narrantur mō-
ſtra, copias noſtras in Pirenæis montibus oēs
fere cæſas eſſe,Franciſcū ex Eburonibus ſeſe in
regnū trepide recepiſſe. Pont. Maximū noua
cōſilia capere.Mediolani res male pacatas eſſe.
Barrēſem cū magna Germanorū manu aduē-
tare,Heluetios cū Cæſare ſentire.quę etſi ma-
gna ex parte vel oīa potiꝰ falſa eſſe nō dubito

atq; a Cęſarianis ipſis conficta:facias tamen ſi me amas,& ſi quid explorati habes,de om̃ibus certiorem. Vale.Ex vrbe Patauio,Cal.Iul.

CHRIST.LONG.SIMONI VILLANOVANO S.

ACcepi hodie tuas literas poſt horã octauam:quæ mihi iucũdiſſimę cũ fuerint, (eos eñ quos in primis expectaram de rep.nuncios attulerunt:) hoc tamen aſperſerunt moleſtiæ, ꝙ me tibi calumniæ nomine ſuſpectum eſſe ſignificarent.Ego vero mi Villanouane tãtum abeſt, vt te,quem multis de cauſis facio plurimi,in crimen vocare velim, vt ne calumniam omnino grauem a te paſſus,tecum ſim vnq̃ expoſtulaturus. Iocari ſcilicet tecum tum volui,atq; te interim hominem plane hoſpitem improbitatis tabellariorum,quibus nos prædę eſſe dolebam, leuiter admonere. Nam ꝙ epiſtolas tuas ne minimi quidem abs te putari ſcribis,agnoſco equidem modeſtiam tuam: ſed tamen ſcito eas a nobis in maximis poni,neque a te quicquam mihi hoc tempore fieri poſſe gratius, quàm ſi talibus de rebus crebro me & diligenter certiorem facias:ita tamen vt ea demum literis cõmittas, quæ prolata tibi fraudi futura non ſint.Malo enim aliqua neſcire q̃ te mea cauſa quicquam periculi adire.Percrebuit hic rumor atrocior quidẽ ille quàm vt libeat credere:ſed conſtantior q̃ vt omnino contemni de

beat, Tactam de cœlo Mediolani Iouis arcem nuper conflagraſſe. Tu ſi quid explorati⁹ iſtic erit, de eo ſtatim ad me ſcribes. Vale. Ex vrbe Patauio. No. Quintil.

CHRIS. LONG. FRAN. RVBRIO S.

SImon Villanouanus certiorẽ me hodie per literas fecit, addubitare te nũ epiſtolam quam ad me nuper latinã dediſſes acceperim. Ea vero mihi reddita eſt, fuitq; gratiſſima, & quod inter nos dictum liceat, multo etiam q̃ expectaram elegantius conſcripta. Sed Vercellani ſcilicet noſtri atq; ipſius Villanouani conſuetudine iam factus eſt orationis tuæ cultus nitidior, q̃ tibi per noſtrorum iureconſultorum literas adhuc licuerit. Ad eam autem nihil reſcripſi, vel ꝙ neceſſe non putabam, vel ꝙ te mea cauſa ab regijs negocijs abduci noliẽ. Scio q̃ hoc præſertim tempore laborioſam obeas legationẽ, q̃ item hoc ſcribẽndi genus ocioſorum ſit hominum, non eorum qui in magnarum nouarũque rerum deliberatione totos dies verſentur. Sed tamen ſi quo literarũ noſtrarũ ſtudio teneris, faciam vt in eo officium noſtrum poſthac ne deſideres. Tu mihi modo fac epiſtolę argumentum ſemper prębeas. hinc enim nihil eſt quod expectes: iſtuc oĩa vndiq; ad te perferuntur. Sed ne plane ſit inanis epiſtola: Scito quę de copijs noſtris in Pyrenęo conſciſis ad te nuper ſcripſi, & tu vera eſſe negas, ea hic oĩa

in dies ſingulos magis ac magis confirmari. Legi equidem heri epiſtolã Venetijs miſſam, quę duas noſtras legiones cũ aliquot equitum turmis & decem Germanorũ cohortibus ſubito Hiſpanorum aduentu oppreſſas eſſe nũciarent. quod quidem vt credam, etſi adduci non poſſum, facit tñ iſtorũ vel cõſtantia vel pertinacia, vt etiã nũc animi pẽdeã. Tu mihi hunc, quæſo, ſcrupulũ eripe, atq; ea tota de re paulo me accuratius certiorẽ faciẽdum curato. Tibi eñ ad hoc ipſum non ſatis eſſe ocij intelligo. Vale. Ex vrbe Patauio. iij. Id. Quintil.

CHRIST. LONG. SIMONI VILLANOVANO S.

Accepi binas abs te paucorum dierũ interuallo literas, eaſq; & officij & rerum nouarum plenas. quod ipſum cum dico, non iam expectas, opinor, vt illas mihi gratas quoq; fuiſſe adiiciam: id enim tu, vel tacente me certo ſcire potes. Tu modo fac, vt quam mihi adhuc iſtic nauaſti diligẽtiam, in ea mihi præſtanda pari ſtudio atq; aſſiduitate perſeueres. Neq; vero te ceſſatio mea deterreat: ſcis enim q̃ ſim in ſcribendo natura piger: ſed ſi me amas, hoc ſæpius mecum agito, q; ad excitandam ignauiam noſtram crebrioribus literis opus eſſe perſpicis. In eo etiam mihi veniam abs te dari velim, vt mea poſthac cauſa ſis paulo q̃ adhuc fueris iſtiuſmodi rerum curioſior. Ego enim qui a ſpectaculis & ludis non

valde abhorream,principum noſtrorum turbas & motus quaſi ſcænam aut theatrum aliquod πολύανδρον mihi libenter ꝓpono. Sed hęc tuo tamen commodo omnia.Nunc ad literas tuas:in quarũ poſterioribus ꝗ ſignificas exercitus noſtri cladem maiori nobis eſſe infamię q̃ fuerit rebus illis detrimento,paucos enim omnino in ea pugna cecidiſſe,velim ita ſit.Sed tamen hic pro certo habetur , cum copiarum noſtrarum ducem in hoſtium manus viuum deueniſſe, tum vero regnũ vniuerſum ab Hiſpanis eodẽ victoriæ curſu recuperatũ eſſe.De Pompelona quidem,quę ipſa Vaſconum caput eſſet,quin in hoſtium poteſtate ſit,hic dubitat nemo.Fanum autem Ioannis, q̃d eſt in ſaltus Pyrenæi faucibus oppidum munitiſſimum,a noſtris adhuc teneatur nec ne, nõdum exploratum habemus.Ea igitur de re certiores nos q̃primum feceris , ſimul & qua pace quibusq; pręſidiis Mediolanum firmatũ teneamus . Nã ne illa quidem q̃ vellemus afferuntur,tametſi Lautrecum cum non contemnendis Aquitanorum & Heluetiorum copiis in Italiam aduẽtare audimus.De militari Bellęi noſtri tribunatu,bene velim ominere : q̃q̃ enim Marti cum Muſis haud ita belle conueniat, ſunt eæ tamen illæ vel prudẽtia vel ſuauitate, vt fero ciam eius nihil difficulter in poteſtate ſua habituræ videantur . Mitto tibi literarum faſciculum, quem velim Lutetiam diligẽter per-

ferendũ cures. Id autem facillime ex ſentẽtia noſtra cõfeceris,ſi in eo Rubrij noſtri vel opera vel authoritate vti voles. quod vt facias, & vel ei plurimam meis verbis ſalutẽ impertias,a te vehemẽter peto & ſi pateris,etiã rogo.Quotieſcũq; a me tabellas, cuiuſmodi hæ ſunt exteriore ſui parte rubrica oblitas accipias, ſcito tibi nihil earum nomine tabellario perſoluendum eſſe,me quod opus erat hic erogaſſe. Vale.Ex vrbe Patauio.xi. Calend.Sextil.

CHRIST.LONG.SIMONI VILLANOVANO S.

NIhil erat,quod te mihi de literarũ intermiſſiõe excuſares, quam nullam adhuc fuiſſe video, etiãſi tu in Formiano quodam tibi relegatus eſſe videare , tum vero omnia ſic ſuſpenſa eſſe intelligo,nihil omnino vt ſit,quod ad me pro certo ſcribere potueris. Duas illas, quas te mihi miſiſſe ſcribis epiſtolas, accepi,fueruntq; mihi iucundiſſimæ: nec tamen eiuſmodi,vt reſpondendum illis quicq̃ fuerit,præter illud,magnã me ex earum lectione voluptatẽ cepiſſe . ſed quotidiana huiuſce rei teſtificatio , ex amicicia noſtra ſublata iam eſſe debet. De Antonij Pratiani ad Icscium portum profectione,iampridem hic audieram⁹.Quæ vero de Lautreci eqtatus legionũq; numero prid.Cal. Sextil.nũciaſti, nemo hic credit, contraq; oĩa q̃ nolim huc afferũtur Illum cum tyrone & collectitio exercitu,tum

parua nec ea ſatis fida Heluetiorũ manu Mediolanum veniſſe. Pontificis copias & genere & numero firmiſſimas, iã in hoſtico caſtra poſuiſſe. Exercitũ noſtrum oppidorũ munimentis ſe tueri. Sex Rhetorum milia in Mantuanũ agrũ ex Germania perſuaſiſſe. In vlteriore aũt Gallia Cęſaris copias in dies ſingulos magis ac magis augeri. Regi decretũ eſſe bellum ducere, nec niſi ex occaſione ſumma manum cõſerere. quia in ſententia ſi ille perſtiterit, plane vicim⁹. Sin minus, vt etiã ſuperiores diſcedamus, vereor tñ ne magno nobis conſtet victoria. Sed hoc deus aliquis viderit. In Hiſpania audio eas ciuitates, quæ ſe in libertatem vendicarant, vi expugnaſſe oppidum, in quo Ioanna regina a Principibus adſeruaret: atq; eo caſu liberatũ eſſe Gallorũ præſidiũ, quod in arce Pompelonenſi ab Hiſpanis obſidetur. Soluta enim obſidione recurriſſe illos ſtatĩ in intimam Hiſpaniam, reginæ opem laturos, quæ in plebis poteſtatem iterum veniſſet. Qđ ſi ita eſt, duceſq; noſtri tanto fortunę beneficio ſunt vſi: non dubito quin omnis iam Vaſconum regio ad imperiũ redierit. Tu ſi qd hac de re exploratius iſtic erit, facies mihi notũ id vt ſit: itemq; illud, quanam in Galliarum parte Cęſaris Regiſq; exercitus paruo flumine diuidantur. Mirũ. n. nihil de eo certi nobis adhuc eſſe allatum. Illud pene præterij quod minime omnium velim, Regi ſtare ſub ſignis in Gallia,

equitũ qdē millia circiter quindecim, legiones vix ſeptē. ſed eas virtute fideq́ præſtãtiſſimas. Cæſarem vero in cogendo exercitu adhuc eſſe occupatũ: ſperari autē vt propediem equitatu nos ęquet, peditatu lõge ſupet. Tu de his oĩbus, & ſiqd preterea noui, ad nos curioſius ſcribes, atq; mea cauſa res huiuſmodi oēs ſagacius aliquãto odorabere. Cũ eñ oſtēdas te ea tãtum ſcribere q̃ ex prętereũte exceperis, venit mihi in mētē ſuſpicari te parũ mea cauſa laborare. Sed nõ plus tñ contendo q̃ rationes tuę patiã tur. Vale. Ex vrbe Patauio, ſexto Id. Sextil.

CHRIS. LONG. IVLIO TOMAROTIO S.

NOn cõmiſiſſem vt tua me epiſtola pri⁹ opprimeret q̃ tu a me literarũ aliqd accepiſſes, ſi vel vbi eſſes certũ habuiſſem. vel qd ad te potiſſimũ ſcriberē mihi in mentē antea veniſſet. Scis enim eam temporũ tuorũ rationē adhuc fuiſſe, vt neq; tu, propter varios nauigationũ tuarũ curſus, certo loco conſederis: neq; ego, ꝑpter caſus tui acerbitatē, vllo te cum ſcribēdi genere agere potuerim, qui nec quo te cõſilio iuuarē, nec quod tibi pollicerer, haberē, nec te virũ fortiſſimũ oĩno conſolari auderem. Itaq; etſi ad literarũ tuarũ lectionem erubui, quę ceſſationem quodãmodo mihi exprobarent meam, liberarunt me tamen eædem ipſæ magna moleſtia, q̃ & te Romã ſaluũ veniſſe ſignificarent, & eam præ ſe animi tui

C

ferrent magnitudinē. vt gratulandum potius virtuti tuę q̃ te cuiuſq̃ oratione cōfirmādum iudicarem. Sic enim certe me tu in tāto rerū tuarū naufragio, cum de te ſpe iubes eſſe maxima, tum vero ne tuorū incommodorū nuncijs quicq̃ perturber cohortaris: vt & priſcā illam vel in te vno, Pop. Ro fortitudinem mihi videar agnoſcere, & in eam interdum etiā ſpē veniā, vt te fortuna aliquando complectatur vnice, quē illa iā aliquot annos terra mariq; iactatū inſectata ſit acerbiſſime. Sed hoc ipſa viderit: te quidē certe apd̄ mortaleis omneis pl⁹ ex iſta tua cōſtātia laudis relaturum pſpicio, q̃ illa aut tibi iam ademerit, aut etiā in poſterum reb⁹ tuis nocere poſſit. Quare fruere iſto tuo mi Tomaroti inuicto animi robore. & qđ iam ſumma omniū noſtrū admiratione facis, ſperes omnia ſemper optime, & quęcunq; fortuna tulerit caſum, hunc tu excelſo atq; elato animo perfer ſapiētiſſime. Flaminiū tuū, vel noſtrū potius, ꝙ mihi cōmēdādū non duxiſti, id quidē & ipſe facile paſſus eſt, & tu mea ſententia recte auguratus. Neq; enim vlla cuiuſq̃ cōmēdatione illi apud me opus fuit, quem vel eximia ſua virtus, vel ſuauiſſimi mores atq; ſingularis probitas mihi ita cōmēdet, vt neq; chariorē eo neq; cōiūctiorē hic plane habeā neminē. Certe nullū a me benede eo merēdi tp̄s amittitē, qđ ipſū hoc facio libēti⁹, ꝙ quotieſcūq; eū video (video aūt nullo pene nō die) expſſiſſi

mam quādā animi corporiſq; tui imaginē mihi videor intueri. Tibi aūt quantū debeā, ipſe mihi locuples ſum teſtis. Sed de meis in eū officijs ſpero te iā & malo ex aliorū, vel ex ipſius etiā literis cognoſcere. Q aūt me ad ętatē noſtrā ſcriptis meis illuſtrādā adhortaris: ego vero me abs te magnope irrideri putarē, niſi iſta tecū ſimplex & aperta animi tui altitudo, tum vero perſpecta mihi iāpridē tua erga me beneuolētia ab oī eiuſmodi illiberalitate vīdicaret. Nā q ego tādē ſum? Sed nihil faciā inepte, nec cōmittā vt me authore, qſq̄ de me male exiſtimet. Tm̄ habeto, a me nō mō id nūc qdē non agi, vt ętas noſtra, ſed nec oīno vt nomen, de quo etiā me admonuiſti, illuſtret meū. Vides tu quoq; opinor, quo ſint hodie loco Romanę & artes & lrę: quas tm̄ abeſt vt ſtudioſis ſui aut honorificas eē, aut fructuoſas putē, vt ſemp qdē fidē illę ſępe etiā exiſtimationē noſtrā labefactēt. Quid ī ijs igiť, iges, operā tuā ponis oēm & iduſtriā? dicā tibi, & vere mehercule dicā, ſed ea lege, vt tibi hoc dictū arbitrere vni. Teneor incredibili earū voluptate, atq; ea eius ſane modi, vt etſi ipſas de re, de valetudine, de dignitate etiā noſtra plurimū in dies ſingulos detrahere ſentiā, nō poſſim tn̄ neq; adeo velim vlla oīno rōne ab illis abduci. Iā iſtuc, mera eſt, inquies, īſania. Mera prſus, ſed q̄ me tn̄ interim oī iſtorū ſapiētia magis delectet. Verum de his plura, cum ex te intellexero q̄ vacuo ſis & parato ad has nugas accipiēdas animo. Vale.

CHRIST.LONG.P.BEMBO S.

REdditæ mihi ſunt hodie tuæ literæ, &
cum iis a Pont.Max. Luterianæ cauſæ
cōmentarij, quod ad ſummi quidē Pon
tificatus rationem attinet, pleniores omnino
illi, in eo autem in quo maxime vrgemur pla
ne nudi & inanes. Nihil eñ facile in iis repias
quod vel ad maniū expiationē, vel ad luſtricā
viuorū cōfeſſionē, vel ad innocētiæ reſtitutio-
nem, vel ad cætera quę ille in diſceptationem
vocās multa miſcet, qcq̄ pertineat. Quin etiā
ad maximi ſacerdotij cōfirmationē alia ibi fe-
re afferunť nulla, niſi q̄ in Pontificū libris, & in
peruulgatis iſtis theologorū diſputationib⁹ ia
ctantur. Ea autē eſſe eiuſmodi omnia, vt cū per
ſe īfirma ſint & imbecilla, tū vero ab aduerſa-
rijs iādiu exploſa, nec tu ipſe quidem ignorás.
Sic tñ dabimus operā, vt ne quis a nobis boni
ciuis officium recte deſideret. q̄q̄ hac in re, no-
uo quodā & adhuc inaudito moleſtię genere,
diſtrahor, qui nō poſſum, neq; iſtorū quorū &
probo & ſcriptur⁹ ſum cauſam, ita laudare mo
res, neq; illorū quorū odi parteis & improbo cō
ſilia, vitā quoq; magnopere dānare. Quid eñ
illis pręter cauſam deeſt? quid nobis p̄ter ius a
maioribus traditū ſupereſt? Pro eo tamē iure,
quod ego plane diuinū eſſe mihi pſuadeo, no-
bis nō modo ſtilo, verū etiā, ſi res cogat, pilo &
haſta dimicādū eſſe cēſeo. Sic igitur ad ſcriben
dū deſcēdo vt omneis facile bonos intellectu-

ros ſperē, me nullis in hūc ſenſum neq; benefi cijs eſſe allectū, neq; cuiuſq̃ iniurijs cōpulſum. Tāetſi mi Bēbe iā nūc animo pſpicio, vt neq; iſtis pugnādi cupidis, vllo ſim modo ſatisfactu rus: ardēti⁹ em̄ me (ſcio) & cōtumelioſius vellēt ſcribere: neq; ab ijs quorū potiſſimū ſalus agit̃, vllā oīno gratiā relatur⁹: neq; em̄ me ſua vnq̃ cauſa huc deſcēdiſſe, ſed tēporib⁹ ſeruire voluiſ ſe exiſtimabūt. Verū hoc deus viderit. Ego em̄ qui quā pſonā ſuſtineā nō ignoro, cū chriſtia- ni hoīs officio functurū me cōfido, tū vero qui- cūq; fuerit exitus, cōſiliorū meorum cōſcientia mea ſuſtētabo. Q; me ī Patauinū tuū nō inui- tas, facile patior. Nec em̄ fortaſſe tibi iſtic ſatis eſt tecti, & quædā etiā hic a nobis perpoliūtur opera iā olim inſtituta. ſed tamen te propediē videbo. Vale. Ex vrbe Pata. prid. Cal. Quintil.

CHRIST. LONG. FLAMINIO TOMAROTIO S.

BReuitate literarū, qua mihi tecum p te vti licet, eo nunc vtor libentius, q̃ nihil eiuſmodi poſſim ad teſcribere, quale & tu expectabas & ego mehercule optarē. Nā cū mihi δυσωπία illa mea liberum nihil adhuc re- liquit, tum vero hominem tam grauiter ęgro tantem offendi, vt mandata tua ei exponere alienū putarim, prȩſertim cū de anguſtijs eius ex Grimoaldo noſtro aliquid odoratus eſſem, & mihi in ſermone inieciſſet, nihil eſſe qđ vel ipſe hoc tēpore a Leone expectarem, quē qui-

de tãtã pecuniarũ anguſtia p̃mi cõſtarẽt,vt nõ
ſuis q̃dẽ parceret,& põtificatui iã olim cõſecra
ta p̃dia ꝓſcriberet, & factũ argẽtũ om̃e aurũq;
in ſtipendium militare iã ſignaſſet.Itaq; mihi
limacũ ritu, meo victitandũ eſſe ſucco vides:
tibi vero polyporũ modo brachia tua circũro-
denda,atq; ideo niſi te deus aliquis reſpexerit,
plane deuorãda.Nõ ſunt hæc ridẽda omnino
quæ ſtudijs & ocio noſtro tã ſunt inimica: ſed
noſti ingenium meum, qui malim omnia ri-
dere q̃ flere. Vale. Venetijs.vj.Cal.Octob.

CHRI.LONG.STEPH.SAVLIO S.

LEgit mihi Nicolaus Leonicus literas a
te ſibi nuper miſſas, neq; tã,opinor,eo
legit vt quã tu iſtic rerum tuarũ ratio-
nem inſtituiſſes,inde fierem certior:id em̃ pau
cis omnino verbis ipſe commodius expoſuiſ-
ſet:q̃ vt ex iis,quantum priſcæ ac germanę il
lius eloquentiæ ſtudio profeciſſes, cognoſcerẽ.
Ac mihi profecto genus earũ tũ quidẽ eiuſmo
di viſum eſt,vt q̃q̃ te iſta tũ natura,tum indu
ſtria prędĩtũ nihil non facile cõſecuturum ſpe-
raram,vinceres tamen expectationem meam:
ſimul & Leonico ipſi ſubinuiderem, quẽ tan-
ta ſcriptorum tuorũ elegãtia beares: tibi vero
tacitus ſuccenſerẽ,qui nihil ad me prorſus ſcri
beres,hominem(vt cætera omittãtur) tibi vel
ſtudiorum ſocietate coniũctiſſimum, vel mul
tis etiã & magnis de cauſis amiciſſimum.diſſi
mulabã tñ dolẽs,expectabãq;,vt dę maturo tuo

ad nos reditu aliquid tandem aſcriberes:cum
ecce in extremo earum turbo,quo repente in
venientem annum reiecti ſumus. Quid q̃ris?
ex re,niſi te facerem plurimi,haud ita magna
magnum(mihi crede)accepi dolorẽ:qui & Le-
onicum elatum viderem,& me non ſolum li-
terarũ tuarum fructu orbatum,verum etiam,
qua me vna adhuc ſuſtentarẽ,aduẽtus tui ſpe
plane deſtitutũ perſpicerem.Itaq; tibi has ſta-
tim,dolenter quidem ſed amãter ſcriptas:miſi
vt quando mihi ſuauiſſimæ tuę cõſuetudinis
vſu tandiu carẽdum eſſet,ſaltem literarũ tua-
rum iucũditate deſiderium noſtrum lenires,
atq; adeo nõnihil aſcriberes, quos nos tibi ad-
huc curę eſſe cõmunib⁹ amicis fidẽ facere poſ
ſemus.Q; enim a diſceſſu tuo & ipſe ſtatim ad
regium hũc adoleſcentem me contuli,& tu ad
me niſi ſemel,& breuiter,& nulla tuę erga me
voluntatis ſignificatione,idq; ſępius a me pro
uocatus,ſcripſiſti,adduxit ea ſcilicet res in hãc
opinionem certos homines,vt te mihi immu
tatũ eſſe ſuſpicarẽt. Ego qui te ex animo meo
metior,& a me amicitiæ noſtrę fidẽ ſancte cul
tã eſſe mihi ſum conſcius,nõ quidẽ iſtorũ ſer-
monibus omnino cõmoueor:ſed admonendũ
tamẽ te puto, vt aliquid des hominũ opinio-
ni:neq; cõmiſſum velis,vt taciturnitas tua in
eã quã minime decet partẽ a nõnullis interp̃-
tari poſſit.Hoc ſi feceris.& cõſtãtię tuę cõſulue
ris,& mihi certe gratiſſimũ feceris:q nõ modo

abs te amari, verum etiam tuū erga me amo-
rem omnibus notum atq; teſtatū eſſe cupiā.
Vale. Ex vrbe Patauio. xi. Cal. Nouemb.

CHRIS. LONG. M. ANT. FLAMINIO S.

ACcipio tuam de intermiſſione literarū
excuſationē: ſed ea demū lege, vt me ti
bi eodem nomine purgatum eſſe velis.
Neq; enim vlla negligētia mihi officio defuiſ
ſe videor, qui cum quod ſcriberem nihil plane
haberem, tum vero vel te, vel a te aliquid, vn
de mihi ſcribendi argumentū naſceret̄, indies
ſingulos expectarem. Qꝫ aūt me iniurias tuas
ambitioſe magis q̄ vere doluiſſe exiſtimas, in
eo certe graue amicitię noſtrę facis iniuriā. Ni
hil eſt in me vanū, neq; eſſe debet, præſertim
cū ad te ſcribo, quē omnium cogitationū mea
rū, nō ſolum actionū participē eſſe ſemper vo
lui. Sed de iſta tua ſuſpicione malo tecū coram
expoſtulare: tm̄ interim habeto, eū eſſe me, q &
amicorū iniurias nihilo ferā leuius q̄ meas: &
me cuiq̄ vēditare neq; ſciā, neq; ſi ſciā omnino
velim, & ad quoſcunq; ſcribam, cum ijs plebē
ſermone nō libēter agā. Qꝫ ais vereri te, ne vo
bis iſtic hyemare neceſſe ſit, ego vero id ſtepha
no noſtro decretū iam eſſe intelligo, ſi quidem
vera ſunt quę de Leonico & de Fuluio hic au
dio. Ac profecto tuti ad nos itineris ratio, hoc
quidē tempore nulla iniri poteſt, obſeſſis, triū
exercituū caſtris, cis Padū vijs omnibꝰ, nec ip
ſa ſane Æmilia ab ardore belli etiā nūc vacua

Quare eodẽquo tu me ipſe te nũc ſcilicet vo-co:vt quãdo amicitię noſtre fructus pręſentes percipere non poſſumus,ad leniendũ vtriuſq; noſtrum abſentis deſiderium, bono literarum vtamur. Et quoniã non ſemper ſcriptione di-gnæ res nobis occurrẽt: tu ſi nihil erit aliud, vel de ratione ſtudiorum ad me tuorũ ſcribi-to: idẽ enim ego facturus ſum, ſi modo in eo genere officiũ meũ nõ aſpernabere: non aſper nari autem illud mihi videbere, ſi tu eiuſmo-di aliquid prior mihi miſeris. Sed hoc fuerit tui conſilij. Illud equidẽ interea neſcire te no-lim, ſcriptã eſſe a me eã cauſam, quã vt ſuſcipe rem, crebris me ab vrbe Roma nũcijs vrgeri, tibi aliquãdo ſignificaui. In ea (ſi q̃ris) eiuſmo-di P. Bembo & Andr. Naugerio viſi ſumus, vt eas a nobis res nõ modo latinis literis comple xas eſſe iudicarint, quod ipſum ne fieri nõ poſ ſet multũ certe verebamur: ſed noua etiã qua-dam tum rerum argumentorũq; vi, tum ve-ro dicẽdi ratione ita illuſtratas atq; ornatas, vt me vnũ omnium & in arcem Luterianæ cau-ſę linu aſiſſe affirmarint, & theologiã ipſam ex ſcholis ĩ cõcionẽ & forẽſem aciẽ eduxiſſe. Plus omnino illi mihi tribuũt, q̃ vel induſtria no-ſtra mereatur, vel ego quidẽ ipſe agnoſcam. Ve nit enim mihi quoq; in mentẽ ſuſpicari, teſti-monium illud plus habuiſſe cohortationis ad ſperatam virtutẽ q̃ verę & plenę laudis ad p̃-ſentẽ gloriã: ſed tamen facere non poſſum mi-

Flamini, quin & tali tantorum virorũ ſiue iudicio ſiue conſilio delecter, & quod ex eo delectationis percepi, id a te per literas quoquomodo deferã, quem quaſi alterũ me, ac fortunarũ mearum omnium ſocium eſſe volui. Salutem Do. Saulio & Hectori noſtro. Vale. Ex vrbe Patauio decimo Calend. Nouemb.

CHRIST. LONG. THOMÆ LINACRO S.

PErgratum mihi fuit munuſculũ tuum: quod quaſi quoddam coniunctionis atq; amicitię noſtrę monumentũ Reginaldus Polus hodie mihi reddidit: ſed quo nihil facile, ad eã quidem rẽ, opus fuiſſe iudicio. ego enim qui cęteros, præſertim amicos homines ex natura mea ſoleo fingere: eam quã ipſe tibi abſens præſtarem memoriam atq; beneuolentiam, abs te mihi præſtari non dubitabam. Q; ſi tuæ erga me voluntatis pignus aliquod apd̃ me eſſe volebas, qui tã multa in ipſa Britãnia anno ſuperiore dediſſes, miſiſſes potius literarum aliquid. quę nobis cum omnibus viriolis & annulis iucundiores certe fuiſſent, tum vero certius de tuo in me animo vberiusq; teſtimonium attuliſſent. Nunc autem miſiſti, ἀιθόμενον quidem illud ϖυρ ἅπτε, ſed quo neq; tu homo philoſophus plane abundas, neq; ego magnopere capior: literas non miſiſti, quas & tibi conſcribere fuit facillimum, & mihi legere longę iucundiſſimũ. Atq; vt intelligas ea me ſen

tire quæ ſcribam, ego vero contra ad te mitto pro annulo epiſtolam,ſimul & defenſionũ noſtrarum libellum nunc primum ex ſententia noſtra editum : de quo ſi tu ad me qd ſentias libere perſcripſeris,erit id mihi nihilo minus q̃ ipſum munus tuum gratum atq; acceptũ. Vale.Ex vrbe Patauio.No.Mai.

CHRI.LON.OCTAVIANO GRIMO. S.

CVm iã ſextum diẽ literas tuas expectaſſem,calamũq; ſumpſiſſem, vt te ad promiſſorũ exolutionẽ inuitarẽ,redditę mihi ſunt epiſtolę a te duę,officij ſcilicet & rerum nouarũ plenæ.Gallos eã accepiſſe cladem & doleo & mehercule etiã lętor.Doleo,ꝙ eius turmæ fortiſſimũ quẽq; cecidiſſe reor, & inter eos Mõtanũ Groniũ,hominẽ mihi nõ ſolũ vetuſta neceſſitudine,ſed etiã quadã literarũ ſocietate coniunctiſſimũ.Lętor,ꝙ haud ita magna mercede iã didicerit,nõ eſſe temere oppugnãda hoſtiũ caſtra,p̃ſertim loci natura & hoim ĩgenio munitiſſima. Itaq; Heluetioꝝ ꝓbo cõſiliũ & Venetorũ,q ſe Gallo ſocios ad eam oppugnationẽ adiũgere noluerint.Sedunẽſis Antiſtitis copias eẽ collectitias mihi facile pſuadeo: pugnaturas aũt aduerſus Gallos,& decẽ eẽ miliũ numero,nõ itẽ.Qua.n.aut fidutia aut etiã ſpe Gallꝰ eodẽ ſe loco cõtineret:niſi ſe vel numero parẽ,vel illos cõtra ciuitatis ſuę decretũ ciueſq; ſuos minime pugnaturos eẽ certo ſciret.Mediolanũ p̃ſidio tũ externo tũ domeſtico

firmatum eſſe audieram.Carolum Cęſarem & Franciſcũ regem ſigna collaturos minime putaram . De eiuſdem Cæſaris anguſtijs iã olim exploratum habebamus. De Grolerio gratũ feciſti:vtq; in eo quemadmodũ cœpiſti,diligẽtiam tuam mihi præſtes, te etiam atq; etiã rogo.Nam vt nummaria res noſtra tibi curę ſit, te ne admonendum quidem puto.De Bembi noſtri valetudine aliquid ſcribes,nonnihil itẽ de mira iſta proluuie, qua & forum Marcianũ & vrbẽ pene totam aquis obrutam eſſe audio. Hic certe flumina alueos ſuos egreſſa agros totos inundarũt : ac propediem futurũ ſperatur vt cum aſſiduis hymbribus,tum ipſo anni tẽpore domita vtrarũq; partiũ pertinacia,exercitus aut dimittantur,aut in hyberna certe deducãt.Tu cui literas tuas des,poſthac videto: proximas enim,ſi quidẽ illis diẽ recte aſcripſiſti,lõgiore multo q̃ par erat interuallo accepi. Quod ad me attinet,ſtudeo quidẽ vt cũ maxime:ſed nũq̃ neq; mihi pituita moleſtior fuit, nec aſtricta alu⁹ plus negocij exhibuit, credo ꝙ te authore,ac duce abſtemius eſſe cœpim.q̃ q̃ id nõ tã ea cauſa q̃ vel tẽporis intemperie, vel puteanæ aquę cruditate accidiſſe arbitror. quare vereor ad vinum mihi redeundũ vt ſit, aut pluuia certe decocta ve vtendum: Vale. Ex vrbe Patauio.ad.ix.Cal.Nouembr.

CHRIS.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

Ex iis literis quas a te heri & hodie acce-pi, cognoui id ſcilicet quod cõiectura q̃-dam ductus futurũ prędixeram. Non igitur deſcendet cis Padum in aciem aduerſus Gallos Heluetius, ſed neq; Parmã (niſi me fal-lit opinio) circũſedebit. In Ferrariẽſes, opinor, tota belli moles vertetur: nec tamẽ quid illic, hoc quidem tempore, ſpei iſtis oſtẽdatur, facile diſpicio: cõtraq; omnia ipſis infeſta video, pa-ludes, flumina, hyemẽ, vrbẽ deniq; ipſam cum ſua ſponte munitiſſimam atq; copioſiſſimã, tũ vero omni bellico apparatu inſtructiſſimã. Ad do ducem vigilantiſſimũ, & rei militaris ſciẽ-tiſſimũ: aperta Gallorum auxilia, occulta Ve-netorum ſubſidia: quos ipſos quiduis poti⁹ q̃ vt ea vrbs in Pontificis poteſtatẽ deueniat, p-peſſuros eſſe mihi perſuadeo. Q; vt tã magnis copiis obſideri Ferraria poſſit, trahatur tamen obſidio neceſſe eſt, idq; alieniſſimo anni tem-pore: nam ab oppugnatione, infelix ad Parmã conatuũ exitus eos deterrebit. Sed vnde inter ea in tãtis Cęſaris Põtificisq; anguſtiis, tot le-gionibus, tãto equitatui ſtipendium redditum iri putas? Dilabetur, mihi crede, miles Italicus partim hyemis difficultatibus victus, partĩ nõ perſoluto ſtipendio iratus: Heluetius autẽ vel ad Gallos tranſibit, vel etiam ducibus ſuis ma nus afferet. Noſti eius gẽtis inſolẽtiam, maxi-me ſi pecunia qua deliniatur, prę̃ſto nõ ſit. O-mnino eorum aduentum Põtificis Cæſarisq;

exercitui exitio tandē futurū arbitror: grauē quidē certe iam nunc eſſe non dubito, cum & duorum mēſium ſtipēdia ſibi repręſentari poſtulent,& ſe Gallorū rebus hoſteis fore peri.e-gent. Atq; hæc quidē de citeriore Gallia.nam ꝙ in vlteriore omnia Franciſco Regi ſecūda, Carolo Cęſari aduerſa eſſe narras, ſūt eadē hic quoq; nobis audita, ſed fama obſcuriore : nec enī ꝗ oppida Gallus ī poteſtatē redegerit,quaſve Germanię ꝓuincias inuaſerit,huc affertur: tantum ferro & flamma ab eo omnia lōge lateq; vaſtari:ciuitates partim ſpōte,partim coactas deditionē paſſim facere. Eadē eſt nimirū Hiſpanienſis belli ratio.Nā ibi quoq; acciſas eſſe Cæſaris res,captāq; a Gallis Pompelonā cū tota Vaſconum regione & Cantabria, ſed nec vbi,nec quo euentu pugnatum,aut etiam an omnino pugnatum ſit,adhuc intelligo. tu ſi me amas,vt certe amas,iſta exquires,& facies me κατὰ λεπτὸν de ſingulis rebus certiorem.Vix.n. dici poteſt,ꝗ mihi iucundum ſit eiuſmodi ſpectaculum,in quo ſine vllo noſtro periculo,tam varios tot ſtultorum Regum caſus, tot populorum inſanias cōtemplari liceat.Cogita Nauarræ regnum abhinc menſem tertium nullo a Gallis negocio captum, idē paulo poſt ab Hiſpanis receptum,idem nunc iterum Gallorum teneri imperio.Cogita totidem ante mēſibus preſſos in Aqtania Gallos ab Hiſpanis, in Belgarum finibus a Germanis, in Italia a

Thuſcis, Appulis, Siculis, & ab ijs etiam ipſis
quibus imperarent, Inſubribus. Rurſus propo
ne tibi eoſdem Gallos nunc longe ſummotis
hoſtibus depopulari intimam hiſpaniã, vexa=
re Germaniam, imminere Hetrurię & Appu=
liæ, fideliſſimis amiciſſimisq; vti ſocijs, & dele
ctu prouinciali niti. Hęc cum integro vbiq; ad
huc bello ſpectare liceat, an nõ magnos & qua
ſi gladiatorios quoſdam a fortuna nobis edi lu
dos iudices? Verũ vt ad coniunctiora mihi ve
niam. De valetudine noſtra diſputas tu qui=
dem diligenter & mehercule peramanter, ſed
nondũ tibi tamen aſſentior. q̃q̃ enim a ſum=
mis medicis, deſtillatiõi accõmodatũ eſſe aquæ
vſum traditum ſcio, nõ ſemper tameu eius po
tum probandũ exiſtimo, p ręſertim in ea quæ
me adhuc exercuit, grauedine. Nã cum craſſio
re pituita nares obſtruantur, extenuandã illã
omni ratione cenſeo, idq; potiſſimũ vino, eoq;
meraco & copioſiore: quod ſua vi cũ inteſtinũ
calorẽ excitare poteſt, tũ vero pituitã ipſam te
nuiorẽ reddere. Sin vero aut in fauces, aut in
pulmonẽ deſtillet humor, neſcio an tũ frigidã
dare cõueniat: ea certe & caput perfundere, &
os ſubinde fouere nõ inutile arbitror. Hęc eſt
enĩ frigoris natura, vt qđ fluxũ ſit, eius vi coga
tur atq; cõcreſcat. Sed hęc huius nõ ſunt loci.
Sic tñ habeto, depulſũ eſſe ſtatĩ a me repetito
vini vſu morbũ, ſʒ nõ itẽ ſolutã aluũ: cui tñ ma
lo nihilominꝰ medebimur, ſi corithiã vuã paſſã

ſaccaro accurate conditam mihi miſeris.Cõfir mata autẽ plane valetudine vel ad aquã redibimus, vel multo q̃ ante dilutiore vino vte mur.Salutẽ Anto.Marcilio:qui cur in medio mari Vulcanũ iratum timeat, Neptunum ſibi proprium fore putet,non ſatis perſpicio.Va le.Ex vrbe Patauio,Prid.Cal.Nouembr.

CHRIST. LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

COnſumpſi heſternum diem fere totum cum Fr.Chæregato, viro,q nec a literis noſtris abhorreat,& multis magniſq; de rebus a Pont.Maximo ad Cæſarem ſæpe legatus ſit.Is cum mihi multa de Cæſaris imperij magnitudine atq; opibus narraſſet, oſtẽdit ad extremum monſtrificas quaſdam rerum ſpecies quas ab Indorum regib⁹ ad Cæſarem miſſas,atq; ſibi ab eodem Cęſare donatas eſſe affirmaret. Eæ magna ex parte gemmæ quædam ampliores fuerunt,tam confuſis metallorum generib⁹,vt neq; diſcretum quicq̃ in eis appareret,& multarum etiam animantium ſimulacra exprimerent, eaq; non tam fortuito linearum colorumque concurſu q̃ ipſa extantis materiæ mole cõfirmata.In iis erant anatũ roſtra,gallicorum canum capita,pauonum pẽnæ,atq; alia id genus pleraq;.Verum omnium admirationem facile vicit,eius quæ apud Indos religioſiſſime colitur, Furiæ perſona,non natiua quidem illa, ſed hominum ingenio

precioſe & affabre deformata. Audiſti enim puto, mira ijs gẽtib⁹ ſuperſtitione eſſe pſuaſum, Deum & Furiam ſic mundi imperiũ inter ſe initio diuiſiſſe, vt ille cœlitib⁹, hęc ĩferis & manibus ius diceret: atq; ita fieri, vt dum hãc vnã ſibi placatã trepido metu cupiant, eam omni etiã diuini cultus honore pſequantur. Lignea igitur eius eſt perſona, ſed cui tenuiſſimũ vermiculati operis emblema ita inductum ſit, vt penicilo depicta, non gẽmeis teſſalis ornata videat. Metũ ſuperiusq; & inferius labrum Cyanei lapilli ſegmentis enitent. Naſus, genę, malæ, buccæ ſaphiri micis ſplendent. Supercilia a fronte tenui ex iaſpide tenia diſtingũtur. Frõtem latior e ſmaragdo faſcia præcingit, quæ ſecundũ aures leuiter demiſſa ad mẽtum vſq; vtrinq; porrigatur. Supiora rutilo iaſpidis nitore colluſtrantur. Os hiãs dẽtes oſtẽtat quatuor, latos, continuos, cãdidos, ac itẽ duos, qui rictum hinc atq; hinc claudant, exertos, nec aprugnis abſimiles. Eburnei quoq; oculorum orbes, ex electro ruſſa feneſtranť pupilla, ſpeculi vim tam abſolutã reddente illa, vt totã hominis imaginem exprimat atq; repræſentet. Quę ad ſuperciliorũ & naſi commiſſuras ſubſidet lacuna, ea vero eburneola bulla expleť. Tempora autem iiſdem quib⁹ oculi, electrinis ſpeculis illuſtranť, ſed teretibus ijs non orbiculatis. Auriculæ pro perſonæ modo grandiores ex iaſpide effulgent. Omnino res viſenda gdẽ

illa,ſed ſtructura potius & opum magnitudine q̃ vlla liberalis faciei dignitate. Mihi quidẽ vt primũ eius ſpectandæ poteſtas facta eſt, Furiã videre ſum viſus,aſpectu barbaro, tetrã & horridã,ore hianti,exertis vtrinq; dentib9,colore partim cęruleo,partim viridi,ptim rutilo:nec eo tamẽ viq; ſatis florido,ſed vel auſtero,vel diluto,vel pingui,vel etiã,quod vmbrarum cõcurſu euenit,obſcuriore & igrato. Vale. Scripſeram iam:ecce tibi rumor,Gallos a Mediolanẽſibus in vrbem receptos eſſe,nec eo contentos ciueis,Cæſariana quoq; illinc expulſa factiõe, cõſtituiſſe cum Gallis omnia circũſeſſionis incõmoda perpeti. Si verum,ducet hyeme tota bellũ,& q̃ ſperabam diutius iſtorũ inſania fruemur. Verum metuo ne repẽtina illa Mediolanenſiũ beneuolentiæ oſtẽtatio Gallis magno tandem conſtet. Ex vrbe Patauio.xii.Calẽd. Decemb. Obſignata iã epiſtola,redditæ mihi ſunt tuæ literę,qbus ad ſuperiores meas binas diligenter & peramãter reſcribis,ac ſimul vt te de mea valetudine certiorem faciã,petis. Eſt ergo apud nos,vt te cupere video:idq; vuę paſſę tuę acceptum refero. Tu etiã cura vt vaIeas,& quam cęteris in rebus prudentiã adhibes,hanc in depellendis iſtis capitis doloribus adhibe. Excuſationem tuam de literarum intermiſſione accipio:nam altera minime neceſſaria fuit,nec enim præter aptiorẽ firmioréq; in ea re capſulam quicq̃ deſideraui. Vale.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

ACcepi heri munuſculum tuum, & cũ eo literas, ex quibus te mihi alteras miſiſſe cognoui, quæ quidem ad me nõdum ſunt allatæ. Animum tuum circa valetudinis meæ curam, nõ ignotum quidem illum mihi, ſed tamen dulcem & optatum, perſpexi etiam in eo, q̃ vuam non modo accurate conditam, ſed cuius te nihil admonueram, prius etiã vino diligenter elotam ad me miſeris. Res mihi plane grata, vt cuius vim præſenti remedio ſim hodie expertus. neq; em̃ antea licuit. Quare & illa & cõſilijs tuis poſt hac vtemur libentius: ſimul & vt nos memores gratosq; aliquãdo intelligas, operam dabimus. Q̃ autẽ legatus iſte omnia tum in Hiſpania, tum in Germania commodiora eſſe affirmat, q̃ vt hic erat nunciatum, eſt id omnino iucundum nobis: ſed memento hominem & Hiſpanum eſſe, & a Cæſare iſtuc miſſum, vt etiam ſi mentiatur ratio officij illi conſtare ſui poſſit. Nam eorum quæ ad te nudiuſtertius de induciarum conditionibus ſcripſi, luculentos habeo authores. Ex illorum enim, quos Veneti in Gallia miſſos ad Reges, atq; in Britannia legatos habent, literis conſcripſi. De citerioris Galliæ rebus mirũ hic ſilentium: tu ſiquid habes, facies ſciam. Vale. Ex vrbe Patauio Id. Nouembr.

CHRIS. LONG. FR. CHAEREGATO S.

REdditæ mihi ſũt hodie tuæ literæ, & cũ iis item epiſtolę duæ, quarũ alterã ad te Eraſmus Rhoterodamus, alterã ad Ca. Cæſarem Emanuel Rex Luſitanorum dediſſet. ex tuis duplicem cepi voluptatem: ꝙ & ſignificationẽ tuæ erga me voluntatis haberẽt non obſcuram, & id ſcribendi genus nobis exprimerent, quod haud ſcio an tui ordinis aliꝰ quiſq̃ ſit adhuc cõſecutꝰ, mihi quidẽ certe ita ꝓbatur, vt nullũ facile magis. Omnino puræ ſunt, faciles, ac ſumma elegantia præditæ: quã quidẽ tibi in iſto ſcribẽdi impetu cõſtare ſum admiratꝰ. Sed hoc ſcilicet naturę debes tuæ ab omni liberali doctrina inſtructiſſimæ: quę ipſa vt ad dicẽdum, ſic etiam ad cogitationes ſuas ſcriptis eleganter cõmendandas eſt aptiſſima. Ex Eraſmi epiſtola cognoui, primum id quod mihi dubium nunq̃ fuit, eſſe illum optimo erga Pont. Maximũ & ampliſſ. collegiũ animo. Deinde, ꝙ ab hominis ingenio nõ abhorreat, tãti te ab eo fieri, quanti literarũ ſtudioſi omnes facere te debeamꝰ. Emanuelis Regis literę, nihil non plane regiũ, & Luſitana illa pietate dignũ mihi polliceri atq; etiã ſpirare ſunt viſæ. Velim q̃ ille grauiter & religioſe Carolum noſtrũ ad coercẽdos Marti. Luteri conatus eſt cohortatus, tã bona & conſtanti fide in opprimẽdo religionis hoſte Cæſar Põt. Max. authoritatem ac vires ſuas præſtet. De citerioris Galliæ rebus noui nihil pene quod ad te ꝑ certo ſcri-

bam,habeo.Galli ſe oppido etiam nunc conti nent.Exercitus Pontificis ad ſeptimũ ab vrbe lapidem caſtra poſuit. Gallus ſpem omnem in delectu prouinciali habere dicit:neq; tñ eiuſce rei cauſam vllam ſane reperio,qui ſciam Inſubrum & reliquorum ſociorum auxilia propter acerbitatẽ atq; Gallicę dominationis iniurias non eſſe aut ita magna, vt eis præſidio eẽ poſſint:aut ita firma & fida,vt iis quicq̃ temere ſit committẽdum. Sed hoc ipſi viderint. Audio duodecim illas,quæ in agro Mantuano conſediſſent,Heluetiorũ cohortes,aliquando tandẽ vt cum Gallis manus conſerere vellent, pſuaſas,Parmam,aut certe Placentiam verſus iter feciſſe,ibiq; illis omnia Aemiliæ Flaminiæq; præſidia præſto affore.Contra non deſunt,qui affirment,Heluetios omnes,qui quidem Pontificis copias trans Abduam ſecuti eſſent,dilabi,ac ſeſe domum recipere.Tu ſiquid exploratius vel ex caſtris,vel ab vrbe,vel etiam aliunde habes,fac,amabo te,ſciam. Vale. Ex vrbe Patauio.xi.Calend.Decembr.

CHRIST.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

EST omnino quemadmodum ſcribis: fugerunt turpiter Galli,amiſſis pene impedimentis omnibus, amiſſis magna ex parte tormentis,ſed multo mehercule turpius ſociorum perfidia ſunt proditi. Fidem in iis nullam fuiſſe,in quibus eſſe debuit maxi-

ma,& quibus Galli confiderent maximè, lite-
rę quoq; tuæ declarant. Ita nō tam Galli, quos
tu accuſas, q̄ fides ipſa & æquitas in fugā actæ
ſunt. Neq; vero hæc eo dico, quaſi Gallos ab o-
mni errore vindicare velim, quos cū ſemper
flagitioſe imparatos hic vidi, tum etiam ſtul-
ta quadam arrogantia prędítos cognoui, qui a
ſe vnius ſemiplenæ legionis, & mille equitum
præſidio, contra pene totius Italiæ cōſenſum,
vniuerſæ certe Hiſpaniæ & Germaniæ conſpi
rationē, prouinciā retineri poſſe confiderent:
ſed ne eos ſua ignauia Mediolano pulſos eſſe
arbitrere, hęc nūc diſputo. A quibus nec illud
omnino cōmiſſum eſſe oportuit, vt alieni po-
tius auxilij ſpe, q̄ copiarum ſuarum numero &
virtute niterētur. Nā q́ aſcribis ob ſumptū de
Chriſt. Palauicino, & Fœder. Bōromęo ſuppli-
cium, alienatum a Gallis populū ad hoſtes de-
feciſſe: poſſit in eo quoq; fortaſſe Gallorum re-
prehendi cōſilium, ſed occaſio (mihi crede) illa
fuit defectionis, non cauſa. Ex compoſito acta
ſunt omnia, & repētina illa ſtudij ſimulatio ad
opprimēdos improuiſo mali Gallos nuper col
ligebatur. Ac Cæſarianos quidē illorū cædem
ſpectaſſe puto: Pōtificē vero eo rē ſenſim per-
duci voluiſſe, vt conſternati fugere potius co-
gerētur, q̄ dimicādo aut vincere aut vinci. Ne
me hic oblitū putes ſpectaculi noſtri: fruor il-
lo, etſi non magna cum voluptate, fruor tamē
etiā cū ij cadunt quibus maxime faueo. Doleo

tantũ id nobis hac hyeme eripi,& trans alpeis totũ trãsferri:ſed non transferetur profecto,ſi quidem vera ſunt quæ huc afferuntur. Audio enim Gallũ prorſus hominẽ cecidiſſe nullum fuga ſibi ſtrenueſane conſuluiſſe omnes,etiam militẽ velocitate eqtẽ ęquaſſe. Lautrecũ & fratrem cũ equitibus quadringẽtis & cohortibus octo iã Bergomi eſſe. Valierianũ Cremę cũ quatuor equitũ turmis, alios alio,ſed in pacatum tamẽ oẽs incolumes ſeſe recepiſſe. Firmo teneri pręſidio Cremonã, firmiore Parmã,magnã cogi Ligurũ,magnã Gabienorũ & Forouibieſium manũ,maxima aduentare ex ipſa vlteriore Gallia auxilia. Alphonſum Ferrariẽſem omni bellico apparatu inſtructiſſimũ Gallis ſuppetias ferre: deniq; Venetos ipſos ad eas quas ſub ſignis ſignis hñt copias duas cõſcribere legiones,leuis autẽ armaturę equites mille q ex Epiro recẽs venerãt, Gallis ſubſidio iã miſiſſe. Ni falſa ſunt hęc,& tãtũ victis ſupereſt vel animi vel conſilij,vt Agathoclis & Scipionis exẽplo,aliena,cũ ſua tueri non poſſint,audeãt inuadere:non modo cũ Gallis in Italia debellatum non eſt,verũetiã periculũ,ne Tuſci & Apuli pro focis & aris propediem pugnare cogãtur. Ad ſuperiores meas literas qd reſcriptur9 ſis,expecto:ſed multo magis de rebus tranſalpinis aliquid,& quidnam victores victosq; cõſilij in Italia capturos ipſe cõiicias. Vale. Ex vrbe Patauio. vij. Calend. Decemb.

CHRISTOPHORI LONGOLII EPIST. LIB. III.

CHRIS. LONG. IAC. SADOLETO EPISCOPO S.

NON Iccirco breuius q̃ conſuetudo mea ferat, tecũ nũc ago, quin valde multa habeã quę abs te ſciri diligẽterq́ꝫ curari mea plurimũ interſit: ſed qa eũ mihi video r nactus hominẽ qui illa ad te, multo cõmodius perlaturus ſit, q̃ ipſe vllis literis tibi explicare queã. Itaqꝫ cũ literarũ mearũ ignoſces breuitati, pręſertim cũ tã lõgo interuallo ſcribam: tũ vero quæ M. Caballus noſter ad te mãdata mea detulerit, ea ſic tibi erũt curę, vt & ſumma mea erga te obſeruantia, & ſingularis tua in me beneuolentia, hoc tẽpore poſtulat. Scis quarum tu me ad rerum laudem ſemper excitaris, ſcis quo cõſilio huc ipſe me contulerim: nec de eo, opinor, etiam dubitas, quin dies ac noctes hoc vnum hic adhuc egerim, vt quã tua prædicatione de me cõcita

ſti expectationē, hāc ego tueri ac ſuſtinere aliquando poſſem. Atqui nunc periculum eſt mi Sadolete, ne tantus ſtudiorū ardor in ipſo conatu, vel in ipſo etiā proceſſu plane extinguatur. Quod ne fiat, etſi in alterius poteſtate id eſt poſitū, quia tamē apud illū, penes quē iam ſunt omnia, multum authoritas tua ponderis habitura eſt, da, quęſo operam vt is etiam atq; etiā intelligat, eſſe pręcipuam quodammodo meā iſtis in anguſtijs cauſam, qui nec magnū quiddam ab eo qui rerum potiatur, poſtulem, & is poſtulem qui fidem eius ſecutus, Italiam patrię & propinquis & fortunis illis omnibus antepoſuerim. Deniq; recentis huius victoriæ gloria poſſis animū eius ad priſtinę liberalitatis memoriam reuocare. Nam deſperato ſtudiorū noſtrorum fructu, ſi quam modo ea de re ſpē habes, aut etiam ſi nullam magnopere habes, nonnihil ſubijcere non inutile fuerit. Sed pluribus q̃ conſtitueram, pręſertim ad te qui cū hoc artificij genus tenes vnus omniū optime, tum etiam poſtq̃ me in fidē atq; amicitiā recepiſti tuā, nullū mei non modo tuendi ſed augendi etiam atq; ornādi locū prætermiſeris. quare finem facio, ſi illud addidero, quod vtinam addere nihil eſſet neceſſe, nō quo nolim tibi om̄ia debere, cui quidē pene debeo omnia, ſed q; graue ſit homini pudenti, ab eo, cui, cū de te ſit optime meritus, nullā tn̄ poſſis gratiā referre, magnum pręterea aliquid pete-

re. Sic igitur habeto: Eſſe te iã vnum in Italia in quo tuendi ocij noſtri ſpes omnis ſit poſita: quę ne me ſpes fallat, te etiam atq; etiã rogo. Vale. Ex vrbe Patauio vii. Calend. Decemb.

CHRIS. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO. S.

QVI tibi has literas reddiderunt, Galli ij ſunt homines, quos tibi vt coram cõmendarem, ad te nudiuſquartus veni. Alteri eorum Carolo Bracheto eſt nomẽ, Maturino Galiardo alteri. Docui eos quid iſtic facto eſſet opus: facturos non dubito. Omni cautionis genere tibi cauebitur, chirographis, iuriſiurandi religione, factis ad tabulam nominibus. Tu vero etſi iam rogandus non es, q vel conſtantię tuę cauſa eos ſis complexurus: fac tamen oro, tantũ ſibi a te cõmodatũ eſſe intelligãt, quãtũ & ego ex tuis verbis ipſis ſum pollicitus, & tute mihi humaniſſime liberaliſſimeq; facturum recepiſti. Hoc ſi a te impetrabimus, cum mihi, qui quantum eorum cauſa laborem non ignoras, pergratum feceris: tũ etiam tibi homines gratos ac memores in perpetuum deuinxeris. Ludouici Viuis ſomnium, quod cum iampridem iſtic reliquiſſem, nuper apud te adhuc eſſe ſum mirat⁹, alterutri iſtorum ad me perferendum dabis. Et quoniã ſomnij mẽtio facta eſt, ſcito me ea nocte cũ iſtinc ſolui, nihil om̃ino cepiſſe ſomnij. Coarctat⁹ vectorũ multitudie, & ęſtuãs, neq; ſedẽdi neq; iacẽ

di,neq; ambulandi,neq; adeo reſpirandi facultatem liberam habui. Quid quæris? nec moleſtius quicquam adhuc ſum hoc anno perpeſſus:nec vero poſthac committam, vt quo poſſim interdiu, eo noctu nauigem. Vale. Ex vrbe Patauio.iiij.Non.Decemb.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

MIror nihil adhuc abs te,de Decimi Leonis obitu,mihi eſſe miſſum, præſertim cum iam quartum hic diem conſtanti rumore fama percrebuerit,oppreſſum improuiſo morbo illum Cal.Decemb.Romæ cõcidiſſe,& e vita poſtridie eius diei exceſſiſſe:Grimanum antiſtitẽ ad comitia iſtinc eo iam deuolaſſe.Equidẽ ſtatim,accepta a Gallis illis epiſtola tua,ipſe ſcripſiſſem, niſi mihi, dũ tu aliquid tanta de re ſcriberes,expectandum duxiſſem: qui(vt ſcis)tantum me huiuſmodi rerum ſcire puto,quantũ ex literis tuis cognitum habeo. Quãtum autẽ mea interſit,ſi verus eſt is nuncius, vt de rebus meis tecũ deliberẽ, ignorare te nõ arbitror,q̃q̃ mihi ſic non tam conſilio q̃ auxilio tuo eſt opus. Quare per Deũ ſcribe, & ſi quidẽ ille obijt,cũ Petr. Bembo de nobis cõmunica, cauteq; quid is de me futurũ ſperet, exquire.Scriberẽ ad eũ,ſi aut quid certi haberẽ aut ab eo literas meas libenter vel hoc tẽpore vel tã infirma valetudine legi poſſe exiſtimarem.Caro.Brachetus,& Mart.Galiardus incre

dibiles mihi, nec minus tñ tibi apud me gratias egerũt.Nec liberalius ſe, nec humanius a quoq̃ tractari potuiſſe affirmant.qua quidẽ ex re cũ ego quoq; maximã capio voluptatẽ, qui eorum cauſa volo,tum vero etiam ipſe tibi,vt debeo,gratias ago maximas, qui mea cõmendatione adduct⁹,homines tibi plane ignotos, & protſus alienos,nõ modo officijs tuis ſis cõplexus,ſed hoc difficillimo tẽpore,in tãtis anguſtiis,re etiã familiari tua ꝓlixe iuueris, idq; vulgari tãtũ adhibita cautione. Hoc ſane neq; horũ eſt temporũ, neq; morum:ſed proprium tuũ.Expecto abs te aliquod vuę paſſæ pondo. eius enim quam mihi ſuperiore menſe curaſti iam ne acinus quidem reliquus eſt.In eo illud quoq; videbis, paulo firmior capſula vt ſit, & vua ipſa aliquãto liberalius cõdita. Nã vt plenior ſit,atq; recentior,a me ne admonẽdus q: dẽ es,q̃ abs te ea de re ſum admonitus.De diligẽtia quã in permutãda pecunia noſtra adhibuiſti,multũ te amamus:ſed tamen ſcire velim,cuinam illam ſcribendam curaris,vt cum dies venerit,niſi reſcripta tũ ſit, a quo argẽtũ petatur,habeamus. Quę porro ſit in rationibus veſtris pſcriptionis & numerationis differẽtia,velim,cũ vacabit, accuratius me doceas, non quo neſciam aliud eſſe omnino & facilius pſcribere pecuniam,aliud & difficilius numerare præſentem:ſed in facienda verſura quãtum collybi & vſuræ ꝑterea ratione numeratã ſu-

mentibus decedat,cognoſcere cupio. Aſcribe illud item,quot ſit vnciarum iſta veſtra marca.Nam libram eſſe vnciarum duodecim,vnciam quatuor & viginti ſcrupulorum,ſcrupulum rurſus obolorum duorũ, obolum deniq; in ſemiobolos,quos caratos vulgus appellet,diuidi,nemo ignorat.Comũ ab Hiſpanis & Germanis magna vi bis oppugnatum fuiſſe, ſed aliquãto maiore a Gallis defenſum, hic quoq; audieramus. Lautrecum in Vincentino agro hybernaturum minime putaram.Fœder.Gõzagam Boſulanum Cremonę præſidio fore nõ deſpero.Fulgoſios in retinenda Genua perſeueraturos video,pręſertim ſi quæ de Pont,Maximi obitu nunciantur, vera ſunt:de quo vt me q̃primum facias certiorem, a te vehementer peto,cætera per ociũ. De Villanouano noſtro Egnatium appellato:dignus eſt adoleſcẽs, cui etiam tu,non modo ille & ego,plurimum faueas. Nos,etſi in tanta rerum omnium perturbatiõe, atrociſſimo quoq; hoc nũcio ſum⁹ perculſi:tamen in ſtudiis noſtris libenter viuimus,atq; ea ipſa tueri a nobis poſſe ad annos quinq; nõ deſperamus.Tu modo fac,quẽadmodũ cœpiſti,vt rationes noſtras tibi curæ eſſe intelligam.Val.Ex vrbe Patauio.vi.Id.Decemb.

CHRI.LONG.OCTA.GRIMOAL. S.

ACcipio ceſſatiõis tuę cauſam:ſed ita,ne quid eiuſmodi q̃d mea interſit, ad me ſcribere poſthac vereare,ne ſi p̃moleſtũ

quidem id mihi fore videbitur. Satis erit rem ad me pertinere, vt mihi officium tuum gratum ſit: vt etiam iucundũ, tu quidem prȩſtare nõ potes, neq; vero debes, qui nõ quod vis ipſe ſed quod res cogat, id meo mãdato ad me mittas. Itaq; ſi nõ q̃ cupis iucũdos, qualeſcũq; certe poteris mihi afferto nuncios, etiã vt eos non ſatis exploratos habueris. Nec enim, quod vereris, temere cõmouebor, præſertim ſi nihil affirmaueris ipſe: & in omnẽ partem rebus meis maturius conſuluero, ſiquid modo tale fuerit, cui conſilio prouideri poſſit. Ex Leonis Pontificis morte magnum accepi dolorem, magnã plagam: qui cum authoritatẽ promiſſaq; eius ſecutus contra meorum omnium volũtatem in Italiam redierim, nunc me plane deſtitutũ hic videam, illic etiam ludibrio fore intelligã. Sed his malis aut nõ ſuccumbemus, aut etiã aliqua ratione medebimur. Omnino nihil iã dudũ tam præter opinionẽ meã accidit, q̃ vt ille ætate optima, valetudine firmiſſima, ratione victus exquiſitiſſima, ſub ipſum brumȩ tempus idq; ſalubertimũ repẽtino morbo extingueretur: atq; tum maxime nobis eriperetur, cũ vt viueret ei quoq; maxime expediret, ſiue remp. compoſiturus fuit, ſiue etiã hac recenti ſua victoria fruiturus. Scilicet ad hȩc ludibria naſcimur, vt tum potiſſimũ nulli ſimus, cum nos maxime florere arbitramur. Atque hoc ipſum eſt, mihi crede, quod me cõſolatur: nihil

eſſe in iſtis, quę vulgus admirat̃, certi. De vua paſſa valde te amo: verũtamẽ cum capſulã, in quam illa coniiceretur, firmiorẽ vellẽ, nõ funiculo multiplici arctius vinctã illã, quod a pueris tuis diligentiſſime factũ ſimul & riſi & mehercule ꝓbaui, ſed materiẽ ſolidiorẽ atq; apti⁹ cõpactã deſiderabã. Sed redeo ad remp. Trans alpeis, vt video, frigẽt oĩa: tãetſi nõ deſunt, qui Tornacum arctiſſime obſideri etiam nunc contendant, & cohortem Heluetiorum vnã a Belgis illic eſſe conciſam. Francorum Regẽ in hac tanta gerẽdarũ rerum occaſione minime ceſſaturũ puto, niſi forte is quoq; tranſalpino frigore congelauit. Comũ a Pontificijs copiis captũ eſſe, hic auditum eſt: ſed vi ne an pactione adhuc incertum. Frãc. Sfortiã Bartianum ab Heluetijs Italia prohiberi, cum ijdem Heluetij Gallos Mediolano in eius gratiã nuper expulerint, mihi quidem eſt mirum, ſed non ab eius gentis ingenio prorſus alienum. De Iulij medicis opib⁹ tibi facile aſſentior. aut ip e aut factionis ei⁹ aliqs Pont. Maximus creabit̃: idq; prope diem futurũ ſpero: ſin aliter, de eo vehementer timeo, & diuturniore q̃ homines exiſtiment, interregno comitia prolatũ iri video: neq; ſic tñ ea gratuita fore puto, niſi nos deus extremis his pene tẽporibus reſpexerit. Quid interim Bentiuolos putas? quid Balliones? qd Æſtẽſes? quid Franc. Roborianũ Vrbinatem? Nam a Bononienſibus ipſis præfectũ ſuum, cæ

ſum iã eſſe,hic nunciatũ eſt,& nõnihil Rauennæ tumultuatũ.Gallos quidẽ & Venetos Mediolanũ verſus iter facere pro certo hic habetur:neq; tamẽ qua id fidutia, ſatis adhuc perſpicio.Reſcribas ad omnia.Mitto tibi(quas petis) Gallorum literas eodem exemplo conſcriptas.Vale.Ex vrbe Patauio.Id.Decemb.

CHRIST.LONG.IAC.SADOLETO S.

EX literis meis, & iis quę M. Caballo ad te nuper dedi mandatis, intellexiſſe te puto,& qui rerum noſtrarum hic eſſet ſtatus, & qua mihi in re authoritate tua tum quidem opus.Nunc vero cum omnem ſpem, & omnia tuendi ocij noſtri cõſilia necopinata & improuiſa iſta Leonis Põt.Max. morte perſuerſa videas, ineunda tibi noua aliqua tuendi noſtri eſt ratio.Mihi enim deeſt cõſilium,neq; hic ſane ſpes vlla oſtenditur. Petrus quidem Bembus,cuius potiſſimum opib9, ſiquid tale accidiſſet, me ſuſtentatum iri arbitrabar,lõgo illo & difficili morbo ita etiã nunc implicatur, vt nec ipſe mei meminiſſe poſſit,nec ego ei hoc tẽpore moleſtus eſſe velim. In te reliqua ſpes eſt,qui etſi nõ ſatis exploratũ habeo, quãtum me hoc in genere iuuare poſſis,tamen qa vel rationes meas noſti,vel etiã multos iſtic familiaritate & amicitia coniunctos habes principes viros,a quibus aliquid ſtudijs noſtris adiumenti afferri poſſe & opis confido, peto abs te ꝓ ſingulari tua erga me beneuolentia,vt ſiqd

tibi venerit in mẽtem, qđ nobis commodo & ocio noſtro vſui fore videbitur, eiuſce rei cogitationem aliquã atq; actionẽ ſuſcipias. A gerẽ tecũ pluribus verbis, niſi cũ te mea cauſa vel le nõ dubitarẽ, tũ vero res ipſa per ſe ſatis loq̃retur. Tñ habeto, ſi mihi hoc meo tpe abs te cõſultũ eſſe intellexero, percepturũ te aliqñ magnã ex officio tuo voluptatẽ: neq; vero eã laudũ tuarũ fore vltimã, q; Chriſt. Long. alioꝵ omnino opa in altũ delatũ, ſed in ipſis medijs fluctibus miſere deſtitutũ, ipſe tu ex oibus vnꝰ cõmendationis tuę aura in portum perduxeris. Vale. Ex vrbe Pataui Id. Decemb.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

Congelarunt (opinor) iſtic quoq;, nõ modo, trans alpeis omnia. Nos tamẽ hic magna ſumus in expectatione, qua de comitijs Põtificiis, qua de Sfortiæ Barriani aduentu, qua de Cremonę obſidione, quã tamen nullã fore tibi affirmo. Nam Balliones, Roborianos, Æſtenſes, Bentiuolos etiã conglaciaſſe video: Te vero neſcio quo veterno torpere, q tamdiu taceas: neq; hoc ſaltẽ, an tibi Gallorum eodẽ exẽplo ſint redditę literę ſignificas. Ego ẽm ſtatim ab accepta vua coryntbia reſcripſi, ſimul & quẽadmodũ poſtularas, illas tibi miſi. Si nihil erit qđ ſcribas aliud, de eo certe me velim certiorem facias, Gallorũ literas acceperis nec ne. Vale. Ex vrbe Patauio. ix. Cal. Ian.

CHRIST.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

ACccepi binas a te literas:alteras ad.xvii. alteras ad.x.Cal.Iun.datas. Superiorib. ſtatim non reſpondi, ꝙ tu vni meę epiſtolę nihildũ reſcripſiſſes. Nunc igitur ad ambas tuas. Tornacũ in Cęſaris poteſtatẽ veniſſe iam ſciebamus,ſed id mihi tamen ex tuis literis factũ eſt notius, qui etiam qbus illi cõditionib⁹ deditionẽ fecerint, aſcripſeris. Verũ ea res nõ tã Frãcorũ rebus aduerſa eſt,ꝙ̃ Belgis cõmoda,qui Tornaco & Morino quaſi quibuſdã cõpedibus vincti tenebantur. ꝙ̃ꝙ̃ de capta Morinorũ Terrouana nihil adhuc ſcriptũ. In eo potius magnã accepiſſe plagam Franci vidẽtur, ꝙ in ipſo ardore belli medio illic quoq; Heluetiorum perfidia proditi eſſe dicũtur. Qđ ipſum ſi verum eſt,quo iam militũ genere ſint vſuri, plane non video, pręſertim aduerſus Germanũ & Hiſpanũ peditem. Nam vt ex ſuis legiones conſcribant, nulla ratione adduci poſſint: neq; vero ſi tutũ iam ſit,ſatis in iis fuerit præſidii, quos neq; militaris diſciplina, neq; vſus armorũ vll⁹ aptos bello reddiderit. O ſi fortuna ſua Carolus Cęſar vti ſciat,ſed neſciet ꝓfecto:niſi qs fortaſſe deus oĩa ad veteris imperii formam reuocare cõſtituit. Verum hoc optare licet,hiſce temporibus ſperare nõ licet. Nummariæ permutationis ratio ſpiſſior eſt & operoſior,ꝙ̃ vt ea per literas aut a te ſatis expedi-

ri,aut etiam a me percipi poſſit.digitis tãtum opus in ea eſſe putaram: vt iam video, nõ modo oculis, ſed acutiſſima etiam mentis acie p̃ſtet is neceſſe eſt, qui æſtimationes tam ſubtiles, aliaq́ue & alia ſubinde ſe facie pro temporũ conditione oſtentantes animo complexurus ſit: quare in cõgreſſum noſtrũ tota reiiciatur. Habes ad priorem epiſtolã. Nam ex poſteriore falſum id eſſe cognoui, quod de Iulij Medicis cæde iſtinc allatũ fuerat: falſum id item qđ de Bononienſium ad arma itione nunciatũ. Continuit eos in officio cum Heluetiorũ legionis vnius pręſidiumum, vero illius ipſius præfecti authoritas, qu em ab ei⁹ initio trucidatum audieramus. De Gallorũ in hybernis petulantia, doleo equidẽ tum Cremonenſiũ, tum vero etiã Gallorum ipſorũ cauſa: ſed noſti militarẽ inſolentiã, quę tñ ipſa hoc minus in iſtis ferẽda eſt, ꝙ durior eorum conditio nunc eſt. Sed hoc ipſi viderint. A Roboriano Piſaurum & Vmbriam puncto temporis recuperatã eã miror: idq́ eo magis ꝙ Bentiuolis, Aeſtenſibus, Ballionibus ocium adhuc agentibus, ad rem tantam aggreſſus ſit. Quid Veneti in tanta gerendarũ rerũ occaſione quieſcant, non ſane pſpicio, maxiẽ cũ receptã eſſe a Ballionib⁹ Peruſiam, ab Alphonſo Aeſtenſi Mutinam & Lepidi Regium pro certo hic habeatur. Lautrecũ vero cum optima Gallici equitatus parte & euocatorũ reliquijs ad Parmã cõſediſſe, non tã

ſpe(opinor)illa potiundi oppidi parte, quæ ab Hiſpano teneatur,q̃ ne qd Mediolano ſuppetiarũ in Aemyliam mittatur.Huc accedit ꝙ pręter Cremonam,& eam Parmę partem quę Francorum pręſidio firmata ſit, in Gallorum fide etiam nunc eſt Alexãdria,Placẽtia,Nouaria,Aſta,Dertona,Halecũ,Piſquitonũ,Treciũ, & alia pleraq; trãſpadanę Gallię munitiſſima oppida.Habebam in animo quicquid mihi eſſet gẽmarũ annulorũq́; reliquũ id omne tibi mittere,vt quod ex eo confeciſſes,ad veterem iſtã ſummã adiiceretur. Sum eñ iam auidior ad rem q̃ putes, ſperoq́; vt ad.xj.Cal.Februar. duplici ſors noſtra acceſſiõe cumulata fructuoſiore aliqua negociatione per te adaugeatur. Sed prius de te ſcire velim,q̃ ſint iſtic precioſę gemmę,& num quid ante eum diẽ cõfici cogiq́; poſſit.Superſunt mihi etiã nunc ſeſtertij nũmi fere mille,quibus me ad annũ tueri poſſe confido:ita eñ rationes noſtras conſtitui,vt ad id tempus nihil neq; veſtiarij,neq; librorũ, neq; adeo alimentorũ nomine ſumptus nobis faciundum ſit. Tu de eo diligenter reſcribes: nec illud,neſcio cuius,interim verebere,

Talibus a dominis poſt cũcta nouiſſim⁹ exit
Annulus,& digito mendicat Pollio nudo.

Eos eñ diſtrahimus ne mendicemus, & ociũ noſtrũ cõmodi⁹ tueamur.Omnino facile patiar ijs me carere,quorum in ſecundis rebus poſſeſſio nullum afferat fructũ,in aduerſis alienatio

magno nobis ſit adiumento. Expecto tuas ad omnia, etiã ad illud, ecquid Egnatius Villanouani noſtri rationibus adhuc proſpexerit. Vale. Ex vrbe Patauio. viij. Cal. Ianuar.

Cum epiſtolã hãc Natalibus ſcriptam, duos poſtea dies in manibus habuiſſem, mira huc quædam allata ſunt de incredibili Gallorũ apparatu, atq; etiã ĩopinato tumultuoſoq; eorũ ĩ Italiã aduẽtu: ſed quæ tũ deniq; pro cõpertis habiturus ſum, ſi ea ipſe tuis literis confirmaris. Iſtinc enim miſſa dicuntur. Verũtamen ne dubites, ſubieci codicillorũ exemplũ, quos ea de re Marinus Becichem⁹ ad me hodie dedit.

CHRI. LONG. ANT. MARCILIO S.

NE te noſtri plane oblitũ exiſtimarẽ, factũ eſt hodie Bapt. Leonis nũcio, q me tuis verbis vt ſalutaret ad me domum officioſe venit. Extremũ hoc, ſua ne ille ſponte, an vero ex tuis literis fecerit, neſcio: maluiſſem tñ, id qđ par erat, ipſe mihi ſcripſiſſes aliquid, aut de iis etiã q̃ mihi pollicitus es aliqua præſtitiſſes. Scilicet tibi viluimus, quos nec pmiſſis, nec literis tuis iã dignos putas. neq; vero huiuſce rei cauſam ſatis exputare poſſum, niſi nos forte q̃ſi barbaros & calamitoſos homines iã aſpernaris. Ferem⁹ iſtud quoq; tui ſtomachi faſtidium, vt cęteras triſtiſſimo hoc noſtro tpe fortunę iniurias toleramus. verũ ſcito tibi rẽ cũ eo eſſe hoĩe, q nec amicorũ taciturnitate quicq̃ ducat grauius, & eorũ ceſſationẽ per

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tinaci ad extremum ſilentio vlciſcatur. Hoc quãti a te fiat, propediẽ facile cognoſcã. Remoto ioco, peto a te mi Marcili ſuauiſſime, vt qñ corã nõ licet, vtiq; per literas me tuorũ leporũ atq; facetiarũ participẽ interdũ facias. De Elephanto & iſtiuſmodi hominum genere, ſiquid noui habes, fac vt ſciam. Id ſi abs te impetraro, erit mihi tam iucundum q̃ qđ iucundiſſimum. Vale. Ex vrbe Patauio, Natalibus.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

QVid ego te, quẽ eſſe dicã: qui dies ipſos ſedecim, crebris a me tũ nunciis tũ literis ad ſcribendũ prouocatus etiã nunc taceas? Si nihil eſt qđ mittas, hoc ipſum ſaltẽ ſignifica, mõne totidẽ verbis, q̃q̃ nondũ cõtrita ſunt ea oĩa quę vel horũ ſunt temporũ, vel etiã ad me maxime pertinẽt. An hoc ais? ferri abs te Marciliũ æmulũ nõ poſſe, ad quẽ nuper literas dederim? Iam iſtęc tui culpa eſt, qui qđ nobis iucundiſſimum eſſe non ignoras, & tibi quidem factu facillimũ, id me ab illo q̃ abs te ſperare malueris. Ego vero iam, ſi tacere perges, vel ad Galceranum & ad Elephantũ. Video, te cõmoueri: reſcribe igitur, ne tibi poſthac vni oĩm literę meę cõquieſcant. De Villanoua no noſtro inſtabis apud Egnatium noſtrum. Vale. Ex vrbe Patauio. vi. Id. Ianuar.

CHRI. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

DEus Hiſpanos iſtos male perdat,homines qui cũ literarũ tuarũ iteɼ mihi tãdiu intercluſerũt,tum vero in diripiẽdis ſociorũ rebus tam ſunt perfide rapaces atq; importuni. Sed ea(vt ſpero)aliquando recuperabis quę amiſiſti,vel etiam aliunde damnum reſarcies.ego quidem de Lugdunenſis mercati prolatione,q̃q̃ ea res magnã exigẽdis nominib⁹ noſtris morã afferat, tamẽ tuli vt debui, hoc eſt quemadmodũ abs te quoq; rei familiaris iacturas ferri velim.Menſem quidem meo incommodo quaſi intercalatum perſpicio: ſed in eo id mihi videor percepiſſe cõmodi,ꝙ poſt hac cautius negociabimur, neq; temere commiſſuri ſumus , vt pro regis cuiuſq̃ arbitratu vel potius libidine rationes noſtræ conturbẽtur.tãetſi in eo tuæ præcipue ſunt partes. Sed de his coram. Fr. Roboriani diligẽtiam & virtutẽ ſatis admirari non queo : Alphonſi vero Æſtenſis ociũ ac formidinẽ potius hic omnes quidẽ accuſant:ego aũt nihil ab eo neq; timide neq; temere fieri puto.Iuliũ Medicẽ a Pompeio Columna tã male acceptũ eſſe doleo:neq; id vero ipſum tam Iulij cauſa ; quem quidem ſuam in eo ordine dignitatem facile obtenturũ ſpero,q̃ Chriſtianæ reip.gratia,quę ne turbulẽta iſta comitiorũ rõne labefacteť, valde timeo.Tornacẽſem arcem Francorum pręſidio etiam nũc teneri neſciebã.Mediolanẽſes in armis eſſe,hic iam auditũ erat:ſed quantum vr-

banę multitudini in acie cõmittendũ ſit, non ignoras Quantę ſint Francorũ opes, magnus iſte & repentinus, & alieniſſimo anni tempore inſtructus, & in Italiam miſſus eorum exercitus declarat: conſilio aũt & virtute ecquid valeant gerendi belli ratio propediem docebit. tametſi ne illud quidem mihi iam probatur, q eius gentis adhuc ſequãtur fidem, quã eſſe perfidiſſimam oim, magno ſuo malo vel nup didicerũt: ſed plane ſtultus ſum, qui Gallos ſui diſſimiles nunc deniq; eſſe cupiam. De Adorniorũ conatibus ſemper abs te aliqd expectaui, nec tu adhuc ea de re verbum. Villanouani noſtri lętum eſt negociũ: ſed quãdo tu aliquid de eo ſperas, mihi non deſperandum arbitror: A. Marcilio nihil adhuc literatũ: qđ tibi homini qui æmulũ ferre non poſſis, iucundiſſimũ eſſe non dubito, atq; ea re ſcilic; tibi ſignifico. Cum hęc maxime ſcriberem, nunciatũ eſt Polo noſtro Thomã Vulſenũ, Eboracenſium illũ, dico antiſtitem Britannũ, Pontificem Maxi. eſſe factũ. Id ſi ita eſt, nihil profecto neq; noſtra neq; patrũ, neq; adeo auorum noſtrorũ memoria accidit mirabilius. Habitam eſſe Romæ in tanta ampliſſimi collegii frequentia ei⁹ hominis rationẽ, qui non modo & nouus, & Britannus, & abſens, ſed omnino in Italia nunq̃ viſus eſſet, nec vlli pene eorum a quibus creatus eſt, de facie notus. Tulit ille nimirum conſiliorum ſuorum fructũ, maximum quidem illũ

ſed plane debitum, vtpote cui⁹ fere vnius hoc tempore actiones oẽs & cogitationes ad Chriſtianę reip. ocium atq; pacem pertinuerit. Extremum illud erit, qͩ fort aſſe primũ omnium eẽ oportuit. Ego etſi mihi de te pollicebar oĩa quę ab homine amiciſſimo expectari ſolẽt, tamen incredibilem ex illa literarum tuarum particula cepi voluptatẽ, in qua facultates tuas omnes mihi liberaliſſime detuliſti. Itaq; ne te iſtius erga me voluntatis vnq̃ pœniteat, dabitur a nobis opera, eaq; mihi crede, optima Vale. Ex vrbe Patauio, prid. Id. Ian.

His perſcriptis literis redditę mihi ſunt tuę ex quibus non Thomã Vulſenũ, ſed de noſtris hominibus Adrianum Florentium Traiectẽſem Pont. Maximũ renunciatũ eſſe cognoui. Ea res q̃ mihi iucũda ſit, & forte aliquãdo grata futura, tu ſatis per te exiſtimare potes, Sũmum apud nos imperiũ, ſummum Pontificatum video. Quid iam nobis optãdum ſit plane non intelligo. Pax, inquies. ne huius quidẽ ſpem adhuc abieci. eo pręſertim Pontifice, qui cum Britanno illi ocij cupiditate nũq̃ conceſſit, tum etiam ingenio atq; natura eſt multo mitiore, tum vero omnibus pacis artibus longe inſtructior. Omnino nihil tam neq; pręter ſpem, neq; ex animi mei ſentẽtia cecidit, q̃ vt is Pontifex Roman⁹ declararetur, de quo hoc toto comitiorum tempore, nihil mihi in mẽtem venerat cogitare, vt q lõge gẽtiũ abeſſet,

marum copiarum Imperator,tot populorum victor & princeps,toti⁹ Hetruriæ terror & fulmen.Omnino mira ſunt, quæ de eo narrantur:illud præſertim, vi captam eſſe Peruſiam, tanto militum, tãto equitum præſidio firmatam,tam munitam,tam copioſam.Quoſnam vero potiſſimum exules Senam reducat,haud equidem ſcio,non magis hercle q̃ quid in tanta gerendarũ rerum occaſione Veneti & Aeſtẽſes ocioſi etiam nunc deſideant.Nam de Bergomo hic omnes valde timẽt.Vnus eſt Sallaſſorum reguli frater,qui quadringentorũ Gallorum equitum præſidium illuc iam veniſſe affirmet:Si ita eſt,res ab Hiſpano & a Germano tuta eſt.Sin aliter,vereor ne plagam Veneti accipiant,& ſe parum pręclaras illas inducias iuuare ſero cognoſcant. De Heluetiorũ aduẽtu rumor hic iam nullus. Nã Gallos copias ſuas parare,armare, inſtruere audio : nec quid tñ ſine Heluetijs aggreſſuri ſint intelligo, nec ſi ij venerint,an eis quicq̃ committendum ſit proſpicio.De Pompeio Columna & Alex.Cæſarino,quos ab ampliſſimo collegio ad Hadrianũ Pont.Maximum Legatos eſſe miſſos ſcribis,gratum mihi fuit cognoſſe.Homines ſunt nobis amici,quiq; triſtiſſimis illis meis temporibus cauſę nrę ꝓpugnatores Romę extiterũt acerrimi. De iſto armamẽtarij incẽdio,tuli ſcilicet vt debui,hoc eſt moleſtiſſime:vix em̃ credas q̃ iſti ciuitati faueam.Nam pręter dãnum

q̄d in præſentia ab eo factū eſt,portendere etiã aliquid res ipſa grauius videtur. Deus omen auertat.ſed ſuperioris belli mala haud ita diſſi milem caſum conſecuta ſunt.nuper vero pau cos ante menſes q̃ Galli Mediolano pellerent, arcis turris quædam munitiſſima de cœlo ta cta conflagrauit.Sed redeamus domū, tametſi ne hic quidē eſt quod magnopere ſcribam, niſi me opinione mea celerius ad nūmos eſſe puen turū.Quas enim ego in Cal.Mar.regis edicto collatas arbitrabar ſolutiones,has tu in Non. Februarias tantum ſuſtentatas eſſe ſignificas.

De Pon.Maximo bene conijcis.Rationibus noſtris accōmodatior ali⁹ creari potuit nemo. quanq̃ nec hoc ipſum cuiuſmodi futurum ſit plane intelligo:ſed tamē comitiorū exitus mi hi optatius cadere nō potuit.Valebit puto, a pud eū aliquid patris mei memoria: valebit quod ego ipſe cum Philippo Caroli patre vi xerim.Deniq; cōmunis linguę vſus,patrię vi cinitas,ciuitatū noſtrarū cōmunio,ſtudiorū ſo cietas ſpem mihi afferunt nō contemnēdam. Verum hoc fortuna viderit.Ego enim eū,in quo nunc ſum,tandiu tenebo curſum, quoad me ingenuarum artium cognitione Romana dignum ciuitate præbuero.Quo vtinam ſem per ſint animo & Adrianus ad tuēdam Chri ſtianæ religionis pietatem,& Carolus ad cōſer uandam augendamq; Romani imperij maie ſtatem.Rides? Atqui ſcito,neutri de his deli

beratius eſſe,aut etiam facilius,Romanę reip. ſtatum conſtituere,q̃ mihi ea quę oratiõis lumine adhuc indigeant,ſtudia Romanis literis illuſtrare & perpolire.Reſpõdi duabus tuis epiſtolis. Vale.Ex vrbe Patauio.xiiij.Cal.Feb.

CRIST.LONG.STEPHA.
SAVLIO S.

QVantum ex tuis literis voluptatis ceperim ,ex eo poſſis conijcere, ꝙ nullas adhuc neq; diutius auidiuſq; expectatas acceperim, neq; amantius elegantiuſq; ad me ſcriptas iamdiu legerim.Verum vix tantũ earum mihi lectio iucunditatis afferebat, quãtum interim priſtinæ noſtræ conſuetudinis refricabat deſiderium,præſertim tot rebus in dies pene ſingulos nouis,præter omnium ſpem atq; ſententiam conſecutis. Dij immortales, quæ tempora,quos riſus,quantam ſermonum coniecturarum,iocorum, amiciſſimarum atq; ſuauiſſimarum inter nos concertationum facultatem amiſimus.Qđ ipſum hoc moleſtius tuli,ꝙ nemo fere hic fuit, quicum his de reb9 familiariter cõmunicarem.Nam Polus noſter eſt quidem ille ingenioſus, & mehercule doct9 & elegantiſſimi iudicij adoleſcens,ſed qui neq; iſtiuſmodi diſputationib9 ac nũcijs magnopere capiatur,& mira quadam etiam tum modeſtia,tum taciturnitate ſit prędítus.Cum Leonico quidem ſum ſeptimo quoq; die his de rebus aliquid commẽtatus:ſed ei magna ex par

te gerẽdus eſt mos. Noſti autem q̃ plena & fa miliaris me delectet libertas. Sed hoc mihi fe rendum eſt, qui ſingulari quodam in hoc ſum fato, vt ab iis ſemper abſim longe gentiũ, quorum conſuetudine delecter vel vnice vel plurimũ. Ac ſi nos aliquando tandem reuiſurus es, cum abſentiam tuam tolerabimus interim fortius, tum præteriti temporis incommoda aduẽtu tuo facile, vti ſpero, ſarciemus. Q; de tota vitæ atque ſtudiorum noſtrorum ratione certior a me fieri cupis: ea vero, excepta collocutionum noſtrarum ſuauitate, eadẽ fere etiã nunc eſt, quæ tecum hic fuit. Ab hora diei q̃n ta ad ſextam pila ludimus. Pranſi, Flaminio Tomarotio comite verbis partim aliquam obi mus. Sub veſperam, domum nos recipimus. Hora noctis altera accumbimus. Cœnati otiũ pictis tabellis aut etiam ſcrupis ad quintam oblectamus. Noctis reliquũ ſomno & quieti da tur. Menſę, ſi hoc etiam forte quęris, tuas cibo rum lautitia exęquant: vini gratia & ſuauita te lõge ſuperãt. quod quidem vinum vel vſq; ab vltima Venetię ora magna cura accerſitur. In cubiculo tantũ laboramus: quod plane æſti uum eſt, & iis ſane ad ſeptentriones luminibus, vt non modo frigora, quibus maiora non meminimus, depellere, ſed ne ventos quidem vlla ratione excludere poſſimus. Quod autem vnum cõtra tantam hyemis aſperitatem ad hiberi poteſt remedium, luculento nos cami-

no tuemur, & brumę incommoda æſtatis ſpe lenimus. Nihil enim hoc loco ęſtate tota optari poſſit, neq; alſius neq; amœnius. Imitare grues, inquies. Licuit hoc hyemis initio. Nam hyberni elegantiſſimi tum nobis facta eſt poteſtas: ſed me fefellit cæli huius natura, quam a tam horribili diuturnoq; frigore, & ab aquilonum ſæuitia remotiſſimam putaui. Verũtamen valetudine multo firmiore q̃ anno ſupiore ſum⁹ vſi, & dei benignitate adhuc vtimur: ter quaterve ad ſummum aluus nobis ſuppreſſa eſt autũmo, & pituita negociũ exhibuit: reliquis temporibus ne commotiunculam quidem vllam, aut etiam tentationem ſenſimus. Vulneri, quod ex morte Leonis accepi necopinatum & grauiſſimum, medebitur, vti ſpero, Hadriani noſtri Pontificatus. Noſtrum enim meo mihi iure appellare videor eũ, quem nobis vel commune municipiorum noſtrorum vinculum, vel linguæ vſus, vel quædam etiã literarum ſocietas coniungit. Huc accedit neceſſitudo, quam cum patre meo conſtitutam ille quõdam habuit: & ꝙ ipſe quoq; apud Philippum Caroli parẽtem aliquando vixerim. Omnino is vnus eſt ex omnibus, quem Pontificem rebus meis maxime conſentaneũ fore arbitrer. Attamen ne me omnẽ in eo tuendi ocij noſtri ſpem habere exiſtimes, audi quodnam mihi ſubſidium ad eam rem compararim. Coactis nummulis noſtris negociari

cœpi. quo authore? Octauiano Grimoaldo, quo inſtitore? eodem quo ille ſcilicet. Miraris? illud vero magis mirabere, Cæſarianũ me iam eſſe factum. Omnino dilabor in eam cauſam cum incredibili gentium pene omniũ cõſenſione victus, tum etiam Francorum ſtultitia de priſtinis meis illis ſentẽtijs deiectus. Sed tu fortaſſe de ſtudiorum meorũ curſu aliquid audire malles. Eum igitur iiſdem horis, & eodem adhuc in campo tenemus, in quo cum tu hic adeſſes, induſtria noſtra deſudabat. Quotidie cõmẽtamur aliquid & legimus, Thucydidis hiſtoriam ad exitum fere perduximus: quod itẽ tu cur non feceris, cauſa abs te nulla affertur. M.T. Ciceronis Topica, Partitiones, de inuentione rhetorica libros duos cõfecimus: de oratore item volumen primum, priuſq̃ hæ tibi venerint, perlectũ a nobis fore putamus: idq; nihilo minore q̃ epiſtolas eius euoluimus ſtudio atq; diligentia. Nam cum antelucanis horis vti iam didici, tum vero nulla me fortunæ iniuria ne tranſuerſum quidẽ vnguem ab inſtituto itinere diuellere potuit. Itaq; tantũ & ſcripſi & legi, quãtum vix quiſquam facile credat, & ipſe tu aliquando ſenties. Habes fere ad omnia. Nam quod rogas, quo ſim erga te animo: de eo ſcribendum mihi vix puto, tu quidem certe dubitare non debuiſti. Sim enim mei diſſimillimus, niſi te tanti faciam, quanti ab homine memore, minimeque omnium

ingrato,is q bene de eo meritus ſit,& fieri de-
bet & ſolet.addo etiã,quod an tibi probaturus
ſim neſcio,ſed ita ſeſe res habet. Auctus eſt ab
ſentia tua me⁹ in te amor:nec quo id ſane mo
do acciderit,ſatis exputare poſſum:niſi forte q
quotidie pſentis tui aſſiduitate explebat aius,
quia te,iã caruit diutius, eo nunc te requirat
ardentius.Sic enim certe nati ſumus, vt quæ
in oculis poſita ſunt bona,eorũ vim non admo
dum animaduertamus:atq; adeo plerũq; ſen-
ſim obrepente ſatietate faſtidiamus:quę vero
lõgius abſunt,ea vehementer & anxie expeta
mus.quorũ mihi certe poſterius vſu nunc ve-
niſſe ſentio:atq; eo magis, q iam ne te mihi
in perpetuũ carendum ſit,timere incipio.Nam
neq; tu de aduẽtu tuo quicq̃ ſcribis,& ipſe Ita
liam eo video ardere bellorum incendio,quod
multis annis reſtinctum iri non puto.Vale,Ex
vrbe Patauio.xiij.Calend.Feb.

CHRIS.LONG.ANT.FLAMINIO S.

CVM mihi a Steph.Saulio literę ſine tuis
eſſent redditę,ſaneq̃ commotus ſum.ſed
tum multo mehercule magis conturba
tus,cum in extremis illis, quæ tibi non ſcri-
bendi cauſa fuiſſet,legiſſem:effecit tamen offi-
cium tuum quo te mihi per eius literas excu-
ſatum eſſe voluiſti,vt dolori,quem ex iſta tua
valetudine traxeram,nonnihil voluptatis a-
ſpergeretur, præſertim cum nec periculum
grauius vllum denunciaret, & ipſum anni tẽ-

pus ſaluberrimum ſpem mihi non mediocrẽ oſtenderet. Itaq; mihi officium tuum ſcito fuiſſe gratiſſimum: ſed ita vt neq; ſalute tua quicq̃ mihi poſſit eſſe antiquius, nec modo literas te iam vllas non flagitem. ſed vt de iſto tuo potius iu bonas artes ſtudio aliquid remittas etiam atq; etiam rogem. Noui naturę tuę infirmitatem: noui incredibilem tuam in omni pcipienda humanitatis vi aſſiduitatem. Quare ſi mihi quicq̃ credis, homini quem tute ſcis tibi eſſe amiciſſimum, & in alienis quidem diiudicandis cauſis minime ſtultũ: da aliquid corpori, ſerui valetudini: ſatis tibi ſit, earum quas quęrimus rerum noſſe fontes & capita: rationem earum & vias ingenio tuo authore & cogitatione haud ita multa, modico certe ſtudio cõſequere, p̃ſertim qui puer in leuioribus illis artium ſtudiis operam optime poſueris, & nũc in grauioribus extrema iſta tua adoleſcentia iam tantum profeceris infinitam iſtã diligẽtiam, & immẽſam lectionem nobis relinque: qui quominus natura atq; ingenio valemus, & in rectam diſciplinæ viam tardius ingreſſi ſumus, eo cum nos appropare opus eſt magis, tum vero euigilare in ſtudio diligentius, & labores omnes ſufferre poſſumus facilius. Volo enim mi Flamini chariſſime, vt cum homines, ingenium, induſtriam, doctrinam tuam admirabuntur: laudent etiam prudentiam, qua te bene vſum eſſe omneis iudicabũt,

ſi ocio pariter & valetudini tuę cōſulueris. Nō temere hoc ſcribo, & ad quem ſcribam, video. Cura igitur primū vt valeas: hoc enim nihil mihi facere potes gratius, deinde vt de tuo ad nos reditu aliquando cogites: & Sauliū noſtrū eodem voces. poſtremo vt Do. Saulius, ſiquando te viſet, & Hector noſter, quem tibi ſemper aſſidere non dubito, plurimam hic ſibi a me ſalutem aſcriptā eſſe intelligant. Sed tibi plus omnino oneris impono, q̄ per valetudinem tuā mihi liceat. Itaq; reliqua abiice, vnius tuę ſalutis rationem habe. De rerum noſtrarum ſtatu ſiquid ſcire voles, Saulium noſtrum percūctator, ad quem vberes de eo literas miſi. Etiam atq; etiam mi Flamini Vale. Ex vrbe Patauio xiiij. Calend. Febr.

CHRST. LONG. BAPT. EGNAT. S.

SImonem Villanouanū quanti faciam, quātūq; eius cauſa laborem, te iam tum, cum cum tibi pręſens cōmendarem perſpexiſſe arbitror: quid autem tu de eo mihi humaniſſime receperis, meminiſſe te non dubito. id quod etiam ex Grimoaldi noſtri literis cognoui, qui de ea re tibi curæ eſſe mihi ſæpe ſignificauit. Tamen quia lentius adhuc negociū proceſſit q̄ initio ſperaueramus, quę ea eſt Villanouani ipſius fortuna, vt niſi abs te rationib⁹ eius mature conſulatur, ſit ei in Galliam remigrandum, & hac veſtra omnium bonarum artium altrice atq; parente Italia carendum: pe

to abs te.Hic vero mihi verba deſunt,q̃bus eũ tibi cõmendẽ.quicquid enim vel a me dici poteſt,id tum dixi,cũ hac de re tecũ coram agerem,vel adhuc fieri abs te & tentari potuit,id etiam factũ eſſe certo ſcio.ſed gerẽdus eſt adoleſcenti mos,qui renouatã meã per literas commendationẽ plurimum apud te ponderis habiturã eſſe ſibi perſuaſit. A te igitur peto, vt pro ſingulari tua erga ſtudioſos omneis beneuolẽtia & liberalitate,hominẽ ſummo ingenio ĩcredibili ſtudio,iudicio elegãtiſſimo, doctrina vero tanta, quantã pene extremi adoleſcẽtiæ anni capiant, ornatũ, in Italia per te retẽtum velis.Scio q̃ tu vnus omniũ ad eam rem conficiendam ſis aptus:quantũ gratia & authoritate iſtic valeas video: neq; vero quantũ mea cauſa velis Villanouan⁹ ipſe dubitat,vt ſi iam expectatione ſua fruſtretur,nõ te mihi,ſed me ſibi defuiſſe iudicaturus ſit. Quare velim mi Egnati,rem arbitrere meã:& quicquid in eum ſtudij,officij,operę,diligẽtię cõtuleris,ĩ me collatũ eſſe putes.Magno tibi aliquando erit ornamento,ſummę ſpei adoleſcentẽ ope tua ad ſummam laudẽ perueniſſe.Magnæ in præſentia voluptati,eius vel eximia probitas vel ſuauiſſima conſuetudo.Mihi quidẽ certe ipſi, cui plurimum cupis, gratiſſimũ feceris. Illud vero haud ſcio an addendũ ſit, adijciam tamen, Non minus tibi ab eo debitũ iri gratię, apud quemcunq; Villanouanũ collocaris:q̃ ipſe tibi

Villanouanus eſt habiturus: qui cũ cęteris animi virtutib⁹ ſit in primis ornatus, tum vero minime omnium eſt immemor atq; ingrat⁹. Vale. Ex vrbe Patauio. x. Cal. Feb.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

ETſi quod tibi mitterẽ non habebã: ſcis enim me ex tuis fere literis ſcribendi argumenta ſolitum eſſe ducere, nec te poſteriori meæ epiſtolæ adhuc reſpondiſſe: tamen cum Villanouani noſtri rogatu, ad Bapt. Egnatiũ ſcripſiſſem, non potui nihil ad te dare literarum: quibus cum tuas elicerem, tũ vero mihi gratiſſimum fore intelligeres, ſi cum ipſe tu Egnatio ſuas reddidiſſes commendationem meã oratione tua ſubſequerere: hoc eſt, ſi cõmunẽ amicũ ad id quod iã pridẽ, etiã te authore ſuſcepit, conficiẽdum negocium excitares. Nõ dici poteſt q̃ de Villanouano laborem: nec eo tam amicitia noſtra, quę quidẽ ſumma eſt, adductus moueor, q̃ humanitate & natura mea, qui tam pręclarum ingenij lumen tã mi ſere extingui doleam. Ociũ illi ad aliquot annos eſt opus, non quo vel cũ Budæis vel cum Eraſmis noſtris, quos iam elegantia dicendi & ſubtilitate vicit, ſed cũ veteribus illis aliquando contendat. Ocij porro in Italia hoc tẽpore ſpes ei nuſq̃ niſi iſtic oſtenditur: nec iſtic omino vlla, ſine Egnatij noſtri opera atq; diligẽtia. Sic igitur facies: literas meas Egnatio cũ dede

ris,hominem ad id quod volumus diligentes cohortabere:& ad nos aliquid etiam ipſe ſcri- bes,ſiue quid noui habes de Regum noſtrorū inſania,ſiue quemadmodū te ad hæc munieris frigora,quibus ſane maiora non meminimus neq; niuium diuturnitate & frequētia,neq; vē torum aſſiduitate & ſęuitia. Vale. Egnatius cū de Villanouano cū ipſo agerē,volebat ado- leſcētē apud ſe eſſe,dum quid offerretur in quo ſpes eſſet.Liberalitate eius tum nō ſumus vſi, q; nihil neceſſe eſſet. Nunc conditionem libē- ter cōplecteremur.Res enī vrget.Quare qd in eo etiā nūc habeat animi Egnatius, videbis, & me q̄primū certiorem facies: etenim celeri- tate opus eſt.Ex vrbe Patauio.x.Cal.Febr.

CRIST.LONG.OCT.GRIMO. S.

QVæ mihi ad te ſcribendi cauſa nuper fuit,eadē certe,nūc eſt. Cupio tuas eli cere,ſed multo mehercule magis vt de Villanouano cū Egnatio abs te conficiatur. Plus oneris ſuſtineo q̄ tute putes.Viuit is enī ſumptu meo:& q̄ paratus ipſe ſim a pecunia, des. Verūtamen a nobis aletur quoad vel po- terimus,vel a vobis ei cōſultum fuerit. Qua- re in eam curā incūbe, & rem tuā agi putato, ne mihi quoq; cū ipſo Villanouano ad te ꝓpe diem confugiendum ſit.Iocari me putas? Per- eam,ſi quicq̄ vnq̄ moleſtius tuli:neq; vero id ipſum tā mea q̄ omniū ſtudioſorū cauſa. Tan tam talis adoleſcentis indolē nō modo nullis

ornari aut certe inuitari pręmijs,ſed ipſo etiã quotidiano victu carere?Si minus familiaris mihi fuiſſet & notus, leuius forte caſum eius ferrē.Nūc quo me tandē animo eſſe cenſes,qui cū illius ingenij vim atq; ornamenta plane cognita habeam,ei tamen opitulari diutius non queã.& qua tandē in re?Nū vt honores aliquos adipiſcatur?nū vt ſericatus ſpectetur?num vt lautus & beatus obambulet?debētur hęc quidē tantę virtuti,modeſtię,ingenio,iudicio,ſtudio.ſed hoc non agitur.Illud,me miſerum,ne nobis inſpectentibus turpiter mendicet,agit. Eſſet in his locis Steph. Saulius,nō laboraremus.Sed indignatiōe debilitor & dolore.Proinde quo loco res eius ſit,tu fac ſtatim ſcribas. Vale.Ex vrbe Patauio.octauo Calend.Feb.

CHRIST.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

NARro tibi: ceſſationem tuam amplius ferre non poſſum, neq; verocauſam ei⁹ vllam reperire, niſi hoc ipſum fertaſſe ais,reſcriptum eſſe mihi a te.Si ita eſt vide q: bus tuas literas dederis.Ego enim iam dies fere quindecim ne ſchedulam quidē abs te. Sin eo taces,q; de Villanouano ex animi noſtri ſententia cōficere non queas:at hoc ipſum ſcribito. Inibit forte noua a nobis tuēdi iuuenis ratio. Sed tamē ſiquid adhuc ſperas,vrge q̃ſo Egnatiū,de quo nihildū ſpem abieci.Noui hominis humanitatem, & in ſtudioſos omneis libera-

litatem. Omnino tanta ſum hac de re in ſolli citudine, vt quiduis potius q̃ literarum tuarum ſilentium videar perlaturus. De repub. Audio neſcio quid de Mantua a Gallis proditione tentata: quod ipſum nihil eſſe reor, item de Alexandria ab Hiſpano capta: quod non difficulter credo. Nam Cortonem & Sanctiſpiritus fanum, duo copioſa & munita Florentinorum oppida, a Franc. Roboriano direpta eſſe iam diu huc eſt allatũ. Q̃ autem nihil neq; a Germania, neq; a Gallia, neq; de Pont. Maximo, neq; adeo de Heluetijs, quos Gallis ſubſidio aduentare nuper audiebamus: Alpes in cauſa eſſe arbitror, quas hac hyemis aſperitate clauſas eſſe ſimile mihi vero videtur. Vale. Ex vrbe Patauio. v. Calend. Februar.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

De tuo iſto ſilentio, quid tibi ſtatuendũ cenſeas, tute videris: me quidem certe ipſe hominem non putarem, ſi tam crebris q̃ ego tecum egi literis, ad ſcribendum abs te inuitatus, & etiamdum tacerem. Nam meas tibi non eſſe redditas epiſtolas, mihi perſuadere qui poſſum: qui ſciam neq; me cuiq̃ earum vllam dediſſe, cui tu prope notus non eſſes, & ipſorum etiam tabellariorum in perferundis literis commoda fructuſq; omneis cõſiſtere? At enim fortaſſe nihil epiſtola dignum tibi occurrit. quaſi vero de re vel mea vel pu-

blica,vel Villanouani,vel etiã de ipſo Egnatio oratio tibi deeſſe poſſit,prę̄ſertim homini tam diſerto & alias ſemper ad ſcribēdum impigro. Verũ non audeo te accuſare,qui ſi humanitati atq; prudentiæ diffidã tuę ſim mei diſſimilli- mus. Angor tãtũ animo & queror,nec de quo ſane cõquerar ſatis exploratum habeo. Facit tuus erga me amor & acre iſtud tuũ omni in re iudiciũ,vt nihil abs te neq; temere neq; in iuria fieri putem. Rurſus tam inſolens & diu- turna taciturnitas in tãta maxime ſcribendi materia animum meum vehementer ſollici- tum habet,ne quid grauius acciderit vel tibi, ita vt ſcribere nõ queas,vel rebus meis, ſic & nõ audeas. Tu ſi,qđ min⁹ velim, valetudine i- peditus ceſſas:delega(quęſo)eum laborem tuo rũ alicui,qui me de omĩ ſtatu tuo faciat q̃pri- mum certiorem. Sin forte rationum noſtrarũ conturbatione aliqua commotus,taces, nihil eſt quod vereare. Scis enim quonam apud me ſint iſta fortunæ bona loco,quid ego aduerſus omneis fortunæ iniurias iam pridem habeã animi. Sed me iam verba deficiunt.fac igitur ſi me amas, vt aliquid perendie vel a te vel de te accipiam,ne cum me literarum tuarum fru ctu diu priuaris,earum quoq; expectatiõe diu- tius torqueas atq; excrucies. Vale. Ex vrbe Pa- tauio,tertio Calend. Februar.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

AD eum quem ex tam longo literarum tuarum ſilentio percepi dolorem, accedet etiam mittendi ad te pueri mei impenſa. quid enim aliud capiam conſilij, ſi nec ego aliter de te quicq̃ poſſum cognoſcere,& tu ſex continuis a me prouocatus epiſtolis mihi ſcribere etiam,nunc grauare? Atq; vtinam is ea de te referat, quæ a nobis libenter vel legi vel audiri poſſint.Iam enim tibi ſcribẽdi onus imponere nullum audeo.Satis abs te habebo, ſi me per hũc internuncium hac ſolicitudine liberaris.Omnino magnum quiddam ſit neceſſe eſt,quod te hominem tam officioſum, mihi tam amicũ tam diu tacere cogat. quod ipſum quoniã cuiuſmodi ſit,coniectura nulla aſſequi poſſum,ſi literis cõſignare id noles,puero meo recte cõmiſeris. Atq; ne quibus de rebus certior fieri cupiã ignores, præter taciturnitatis tuę cauſam,ſcire velim primum,nũquid apud te ſit vt volumus. Deinde,quotnam ex. xiiij. die Cal.Feb.meas acceperis epiſtolas.Tũ ecqđ Egnatio noſtro ſuas reddideris,& de Villanoua no confecerit.Tũ vero,an deſcriptũ Stephano Saulio faſciculum Genuam miſeris.Peſtremo de rationibus noſtris ſi quid addideris,gratiſſimum mihi feceris.Nam de rep.quid ego te rogem, qui hæc quæ mihi coniunctiſſima ſunt, tam leuiter hic attingã?Vale.& mihi puerum meum ſtatim remittito.Ex vrbe Patauio.Cal. Februar. Perſcriptis his non ſine magna ani

mi mei moleſtia literis:ecce tuæ,breues illæ o-mnino, & exiguã de Villanouani negocio ſpẽ afferentes,ſed quæ me tamen ab eo q me de-bilitarat,valetudinis tuę metu liberarũt.Itaq; pueri iſtuc mittendi cauſa iam nulla eſt.Nam cum tu valeas nec maiore vllo impeditus ſis negocio,his lectis ad omnia(vti ſpero)reſpon debis. Sed q̄ ais nihil in Villanouano præter ætatis maturitatem deſiderari: ea vero corro-borata eſt,atq; mea quidem ſententia eiuſmo di,quę hoc in genere maxime optanda ſit.An nos natus eſt ſex ſupra viginti: idq; meis ad Egnatium literis tum ſignificaui, cum eũ di-xi ea eſſe eruditione,cuius pene extremi adole ſcentię anni capaces eſſent. Quare ſi hoc vnũ adhuc obfuit,facile eſt conficiendę illi conditi-onis ratio:ſed celeritate opus eſt, vt ante ad te ſcripſi. Sumptus enim tandiu ſuſtinere nõ poſſum, neq; rurſus eum ab omni alia huma-na ope deſertum dimittere.Literas tuas ſic ex pecto,vt nihil auidius. De flagitioſa Gallorũ in ſeruanda Alexandria negligentia, vel vt tu ſcribis,vinolentia,alias videbimus.Nunc e-nim prę cura libere iocari non queo.Illud tan tum miror,ſex modo amiſſis militibus incolu me prę̃ſidiũ omne dilapſum eſſe. Ad reliquas Franc. Roboriani victorias Senam acceſſiſſe gaudeo,& de Florentia valde timeo.

CHR. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO. S.

CVm hodie literas tuas, quas mihi prid.
Cal.Februa.miſiſti,de integro legendas
in manus ſumpſiſſem, animaduerti in
earũ extremo eſſe caput quod ad rationes no
ſtras ſpectaret,nec a me tum lectum eſſet, aut
ſatis animaduerſum,cum ad eas reſcriberem.
Perturbato ſcilicet eas percurreram animo:
quod ipſum ex meis facile cognoſcere potui-
ſti.Vberior igitur fuit negociatio noſtra q̃ pu-
tarã:idq; omne & diligentiæ, & tuæ erga me
beneuolentiæ acceptũ refero. Quæ autẽ aſcribis,
vt ſi pecuniã ab argentarijs exigi velim, iſtuc
veniam:ſin minus, quid tibi faciẽdum ſit per
literas demonſtrẽ: Ego vero,etſi cum nemine
omnium libentius ſum q̃ tecum, tamen ne ſi
exigẽda quidem ea ſit, cauſam cur mihi iſtuc
veniendum ſit non perſpicio,præſertim cũ ti-
bi ſcripta ſit,non mihi.De reliquo nihil eſt q̃d
ad me referas:quocunq; te rationes noſtrę vo-
cabũt,ſequere:neq; tibi authoritatẽ meã expe
ctãdam putato. Ego enim cũ iſtiuſmodi rerũ
ſum plane rudis, tum vero me in ſinum atq;
fidẽ tuam totũ cõtuli:quẽ neq; facile diſcingi,
& in omni genere prudẽtiſſimũ eſſe ſemper iu
dicaui.Itaq; exigenda illa ne ſit,an tranſcribẽ-
da,an ad aliud negociationis genus transferẽ
da,an p̄mutanda, q̃q̃ deliberationis eſt,tui ta-
men eſt conſilij:quicquid anguſtiæ noſtræ po-
ſtulent non ignoras,& in quo ſpes ſit vlla ex-
ploratũ habes.Equidem,quod ad me pertinet,

quicquid feceris, id prudēter abs te & fideliter factū eſſe iudicabo, atq; adeo ratū habebo. Ac qa multus in eo es, vt quid te facere velim oīno ſcribam,geretur tibi mos,ſed vniuerſe,nec enim aliter poſſum. Ducētos iſtos qnquaginta denarios ad ſuperiorē ſummam adiicito,totamq; pecuniam ita tractato vt tuam,ſed hoc diligētius & cautius, ꝙ in paucis iſtis nūmulis mihi ſunt oīa.Nō ſit ocioſa, nec in eo itē verſetur negocio,quod ſit hominū vel fraudibus vel calamitatibus opportunū.Hoc ſi p̄ſtiteris:& ocio nr̄o optime cōſulueris, & me hominē memorē gratumq; aliquando experiere. Vale mi Grimoalde ſuauiſſime, & ſi qd eſt de Villanouano ab Egnatio cōfectū,facies me q̄primū certiorē. Nō dici poteſt q̄ me hoc onus premat & grauiter vrgeat. Ex vrbe Patauio, pridie Non. Februa.

CHRIS.LONG.BAPT.EGNATIO S.

SCripſi ad te nuper de Simone Villanouano q̄ potui diligentiſſime,non quo memoriæ tuæ conſtantiæve diffiderem (ſciebam enim quàm tu grauitati tuę ſeruires,& in amicorum præſertim rebus minime eſſes obliuioſus:) ſed id tum Villanouano ipſi a me dabat̃, qui vt ſe tibi per literas quoque accuratiſſime commendarem, mecum egerat. Qꝫ autem nunc in eandem rationem de integro tibi ſcribo, id ſcilicet mea ſpōte facio,qui cum te currentem incitare cupio, tum vero quibus ille

in malis iaceat video, & tantum ex eo dolorē, quantū animo capere vix poſſum, traho. Agitur mi Egnati non de honore eius aut dignitate: quod quidem optandum nobis eſſet: ſed me pudet ſcribere, ne ſummę ſpei, ſummę virtutis adoleſcens in ipſa florētiſſima Italię parte fame pereat. Huic tu literarum ac literatorum omnium ignominiæ & turpitudini, quādo vnus hoc tempore mederi potes, aut nemo certe iſtic poteſt: non iam abs te peto, quod prioribus feci literis, ſed per ſingularem illam tuam erga ſtudioſos omneis omnibus perſpectā, & a me ſemper prædicatam liberalitatem tuā te obſecro, vt homini ſolo virtutis ſtudio & fortunę iniuria calamitoſo, quibuſcunque rebus potes cōſulas atq; proſpicicias. Ego, quod ad me pertinet, amplius q̄ feci facere nō queo. Tuę ſunt iam partes vt quē officiis tuis multis es complexus, aliquo etiam beneficio tuo benigne cumulatum velis. Non equidem audeo quicq̄ tibi iſtiuſmodi oneris imponere: ſed quia tamen dignā iſta tui animi benignitate mihi videris eſſe conſecutus fortunam, ſine hoc a te petam, quod quidem te libēter facturum eſſe mihi corā oſtēdiſti. Quid hoc ipſum? inquies. Tantiſper tecum ſit dū apud aliquē eum collocas. Hoc ſi a te impetramus, faciam profecto vt apud memores & gratos homines beneficium a te poſitum eſſe cognoſcas. Vale. Ex vrbe Patauio. v. Id. Febr.

CHRIST.LONG.PETRO BEMBO S.

ETſi nihil erat omnino quod ſcriberem non potui tamē Flaminio noſtro iſtuc proficiſcenti non vel inaneis ad te dare literas potius q̄ nullas. Sane enim in reb⁹ meis nihil eſt noui. Verſamur adhuc in his, ad quæ tu me vnus omnium ſemper es cohortatus, literarum ſtudijs. De te vero, etſi minus q̄ cupimus, audimus tamen quę volumus: Tam leuē iam accedere quartanam, vt vtrum tentatiūcula ſit ea, an febricula, vix ipſe tu ſentias atq; diiudices. Hoc ipſum mihi q̄ gratum ſit, etiam tacente me, ſatis puto intelligis. Equidē (quod vnū abſens & poſſum & debeo) pro ſalute tua vota facio, & vt te plane confirmatum hic primo quoq; tempore videam, etiam atq; etiam exopto. Flaminium ipſum a me hic tibi commendandum eſſe non arbitror. Eſt enim iampridem in ære tuo, vt quē tute mihi ipſe accurate commendaris: teſtimonium modo mei de ſtudio eius atq; induſtria iudicij, ei dabitur, Scito ex omni nobilitate Romana multis iā ſeculis extitiſſe neminē, qui ad ſumma īgenij atq; iudicij ornamenta tantum adiunxerit diligētię, & in oī liberalis doctrinę ſtudio aſſiduitatis. Nō enim politiorē modo humanitatē & cōmunes literas attigit: ſed etiā ſe vtraq; līgua in recta dicēdi diſſerēdiq; ratione ita exercuit, vt non credibile ſit neq; q̄ lōge iā proceſſerit, neq; quo paucis annis tā pleno gradu peruenę

turus ſit. Prætexet em̃, ſcio, quod exorſus eſt, niſi aliqua forte temporũ iniuria ab inſtituto curſu alio rapiat̃. Sed de Flaminio nimis multa, præſertim ad te, qui cum de adoleſcentis indole ſumma ſemper ſperaſti, tum vero fortaſſe libenter adhuc legere nõ potes. Valebis igitur, & a Polo noſtro ſaluebis. Ex vrbe Patauio, ſexto Idus Februar.

CHRIS. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

FLaminius noſter eo tempore, num quid ad te vellẽ, mihi denunciauit, cum quid a te expectarem magis haberem q̃ quid ipſe mitterem. Scis enim te nihildũ ad poſteriores meas duas reſpondiſſe. Mihi quidẽ certe nihil abs te adhuc eſt redditum, tametſi multarum a me habes epiſtolarum argumenta. Verumtamen nihil vrgeo, atque etiam occupationibus tuis faueo. Iam enim ſentio q̃ tibi ſuperiorum mearum in tuis flagitandis, literarum crebritas moleſta fuerit. Scripſi hodie ad Bembum & Egnatiũ: huic, vt Villanouani cauſam aliquanto acrius ſuſciperet: illi, ne me negligentiæ damnaret, ſi ſe Flaminiꝰ iſto & ad eum ſine literis meis contuliſſet. Exitus hyemis cum initijs conſentiunt. Maximis & aſſiduis aucta flumina hymbribus agros totos inundarunt. De Heluetiorum aduentu nonnullus hic eſt odor, itemque de Franc. Roboriani & Iulij Medicis coniunctione. Omni-

ſunt qui rē inter eos conuenturam ſuſpicentur. Ego nihil eſſe reor: ſed tamē ſi fiet, aut ille ad Gallū, aut hic ad Germanū tranſeat neceſſe eſt. De Francis mirum hic ſilentiū: q̄q̄ non deſunt, q treis Hiſpanas cohortes ſtipēdij inopia coactas a Cęſare ad Venetos defeciſſe affirment. Sed hoc tu melius ac potius optime omniū. De ſtudiorū noſtrorum ratione ſi quid ſcire voles, Flaminiū ipſum percunctator. Vale. Ex vrbe Patauio. vi. Id. Feb.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

O Iucundas & gratas literas, quas mihi a te Flaminius noſter attulit. Sane non dici poteſt q̄ me earum ſermo delectarit, atq; illud in primis, quod de rationum noſtrarū procuratione ſcripſiſti. Equidem, etſi difficile factu eſſe vide id quod polliceris, tamē tū ingenio, tum induſtria, tum vſu, tū vero etiā ſingulari tuo erga me amore fretus, ſperandū id mihi cenſeo. Tu cōtra velim ea a me expectes, oīa, q̄cūq; ab hac ſtudioſa vitę noſtrę atq; cōſuetudinis parte proficiſci poſſunt. Etenim ſi hoc tu pręſtiteris, mihi Leonis liberalitas nō magnopere deſideranda vt fuerit, ad quem nā potius omnem ſtudioꝝ meorum fructum detulero, q̄ ad te: cuius vnius opera, fide, diligētia, ociū meum honeſte copioſeq; tueri potuerim. Sic itaq; tibi velim perſuadeas: me, ſiquid poſthac legēdo, audiendo, cōmentando, ſcribē-

do aſſecutus fuero, daturum operam, vt amicitia noſtra haud paulo ſit illuſtrior ea familiaritate, quę Nicol. Grimoaldo Cebę auo tuo cum Franc. Philelpho viro doctiſſimo intercesſit. Nõ auderẽ hoc tibi tãta polliceri fiducia, niſi & eodẽ apud te eſſe loco bonas artes viderẽ, quo apud auum tuũ extiterunt: & quã opinionem de ſtudiorum noſtrorũ exitu conceperis, ex literis tuis perſpicerem. q̃q̃ maior hęc omnino iam eſt q̃ vt ei a me ſatisfieri poſſit. Equidẽ mihi iam nauaſſe operam videor nonnullam, q̃ vnum ex omnibus M.T. Ciceronem dicendi magiſtrum mihi delegerim: ſed nondũ me tãtũ profeciſſe ſentio, vt eo tibi nomine ipſe gratulari debeas, atq; te his tẽporibus natũ gaudere. quod quidẽ vel ex eo cõprobari poteſt, q̃ te, qui tanti eloquẽtiã noſtrã facias, crebris meis literis ad paulo vel diligẽtius vel ſępius ſcribẽdũ nihildũ potui perducere, nullo id ſane impetraturus negocio, ſi vt ais, illũ cõſectãdo, vi eius effingerẽ atq; exprimerem. Remoto ioco mi Grimoalde ſuauiſſime, quãtũ in eo imitãdo adhuc profecerim me quidẽ non pœnitet: ſed tñ tãtũ abeſt vt me illi parẽ vnq̃ fore ſperẽ, vt mecũ pręclare actum iudicaturus ſim, tenuẽ modo aliquã diuinę illius eloquẽtię ſimilitudinẽ adũbraro. Id eñ ſcilicet nũc molior, & ſcribẽdo pſequor. Sed hac de re nimis multa. Tantũ velim exiſtimes, ſi ſtudiorũ noſtrorum rationi fructus reſpõderint, perfecturum me

vt non modo hæc hominũ ætas, ſed etiam tota forte poſteritas,q̃ bene apud me ſtudiũ, operã,officia tua collocaris, intelligat atq; cognoſcat.Sed redeo ad ſpectacula noſtra,luctuoſa q; dem illa;ſed quæ hoc tẽpore eſſent plane nulla,niſi citerior Gallia quotidiano Hiſpanorum latrocinio infeſtaretur.Nã tranſalpinis gentibus ocium,anni tẽpus attulit. Certe illinc ne leuis rumor quidẽ. Tu vero de Hadriano noſtro nihil. Atqui Barcinone de Pontificatu ſuo nũcium accepiſſe fertur,& Gregorij nomen ſecutus:illo videlicet ipſo nobis indicans nomine,quanta vigilantia in hoc obeundo munere ſit vſurus. Ac profecto ſumma ea ſit oportet atq; mirifica,ſi modo , vti ſpero & opto,is ipſe eſt,qui ſuperiorum Pontificũ partim ignauia,partim ſcelere labefactatam chriſtianę pietatis religionẽ inſtauraturus eſt & cõfirmaturus. Deum quæſo Opt. Maximum conſilia ei⁹ reip.Chriſtianę ſalutaria ſint,neq; ocio noſtro parũ accommodata. Vale. Ex vrbe Patauio xvj.Calend.Mart.

CRIST.LONG.ANT.MAR
CILIO S.

TEntari abs te patientiam meã arbitror, qui nec nunciis,nec literis,nec precibus deniq; commotus meis etiã nũc taceas: Quid enim contemptum me putem? Nõ tam (opinor) ſuperbus tu es, nec ego certe contemnendus, At vide quàm tu humanitati tuæ

conſtes,q hominē tibi tam amicū, tā familia-
rem literarū tuarū iucunditate tā diu priues,
preſertim ab eo ad ſcribendum laceſſitus. Ego
enim mehercule cū omnibus in reb⁹,quos no-
bis ipſi præſtare poſſumus,vinci turpe duco:tū
vero officijs & amori eorū a quibus prouocere,
non reſpondere turpiſſimū.Sed vt initio dixi,
tentari abs te patientiā meā arbitror. Quare
obdurabitur adhuc hic menſis. Sin autē vt es
etiā tū ceſſabis,non te equidē ſcriptorū meoꝝ
deſiderio excruciare tentabo(video enim q̄ tu
id facile ſis laturus:)ſed tū lōgiſſimis epiſtola
rū voluminib⁹ obtundā,tum vero quotidiano
ſumptu in tabellarios faciendo obruā. Sin id
quoq; abs te contēni intellexero,concitabo in
te lucas iſtas boues, de quibus tu nihil adhuc
ad me:credo,ꝙ eas indignas exiſtimes,de qb⁹
tu verbū facias. Verūtamen vide vtrum malis
(vtrūq; enim vitare non potes)quotidiano ne
iſtarū belluarū barritu vexari,an de earū inge-
nio mihi aliqd perſcribere.Equidem poſterius
hoc malim,tum quia te ſaluum cupio,tum ꝙ
etiam incredibili quodam leporum atq; face-
tiarū tuarum ſtudio teneor, vel potius ardeo.
Quo quidem in genere cum tu longe alijs ex
cellas omnib⁹ quos vel naturæ hilaritate vel
om̄is liberalis doctrinæ humanitate venuſtos
& vrbanos nouimus:fac,amabo te, vt ſaltem
p literas,quando corā nō poſſumus, inter nos
feſtiue docteq; interdū rideam⁹.Vides ne quā-

tam iocandi materiam ipſe tibi iam p̃buerim, qui me quoq; non inſulſum eſſe tibi ſignificarim? Sed vel me tuo arbitratu ludas licet, modo ſalſam aliquam & lepidam epiſtolam mittas. Quiduis enim potius q̃ ceſſationem tuam ferre poſſum. Vale. Patauij. xij. Cal. Mart.

CHRI. LONG. BAPT. EGNATIO S.

VEreor ne tu me pudoris mei parũ memorem eſſe iudices, qui rogandi finem faciam nullum, præſertim cum nihil abs te loci precibus noſtris relictũ eſſe ex Grimoaldi noſtri literis potuerim intelligere: ſed ea eſt Villanouani noſtri tum virtus, tum quę me dies noctesq; excruciat, egeſtas, vt mihi hoc in officio ceſſator eſſe videar, qui me tibi moleſtum in ſcribendo eſſe iam nõ dubitem. Audio rationibus eius duo plurimum adhuc offuiſſe, ætatem & nationẽ. Atqui ea hominis ætas eſt, quæ mea quidẽ ſententia, ſit huic muneri maxime idonea. Sextũ enim ſupra vigeſimum agit annum: ea iam prudẽtia atq; moderatione prædit⁹, vt hiſce virtutib⁹ ſenectus ipſa non magnum pondus allatura videatur. De altero, non me quidem fugit q̃ male Galli in Italia audiãt: ſed ego tibi Villanouanũ p̃ſtabo, cũ ab omnibus Gallicis vitijs ineptijsq; liberum, tum plane Italica & grauitate & lingua, & (quod maxime ad rem pertinet) pronũciatione in primis ornatum. Nam quibus po-

tiſſimum gens illa virtutibus commendatur, fide, probitate, religione, has quidē nemo in eo deſiderarit, non ſane magis q̃ ingenium, iudicium, ſtudium, literas, excellētem deniq; in iure ciuili prudentiam atq; memoriā. Sex enim ipſos annos ſub optimis pręceptoribus Ticini in eo ſtudio euigilauit: atq; ita ꝑfecit, vt ęquales ſuos omnes longe vicerit. Quare a te q̃ſo, vt ſiquis ad eam voluntatē & diligentiā, quam in eo iuuādo adhuc adhibuiſti, cumulus accedere poteſt, is hac mea cōmendatione accedat. Sin nihil addi poteſt, ne ſedulitatem meā aut impudentiæ aut ambitionis condemnes. Nō enim liberalitati aut conſtantiæ diffiſus tuæ, ſed tum iis in quibus Villanouanus iacet miſerijs, tum mea etiam humanitate cōmotus, eadem de re tecum ago & ſæpius & accuratius. Vale. Patauij. xij. Cal Mart.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

NVllum fere nunc haberem ad te ſcribēdi argumētum, niſi neſcio quid literarū Egnatio & Marcilio exaraſſē. Marcilio? inquis. & iſti quidem velim epiſtolā ſuam ipſemet reddas, ſed prius a te lectam, vt cum videris quanti is a me fiat, pœnas mihi des taciturnitatis tuæ, qui literarum tuam ſilentio commiſiſti, vt ad illum nulla ſententia ſcriberem, quem tu nomine omnium æmulum feras. Tacet ipſe quoque etiam nunc,

ſed non hoc diu impune tulerit: Ad Egnatiũ porro ſcribendi hęc mihi cauſa fuit,ꝙ nec ei⁹ etiam literas adhuc potuerim elicere,nec Vil‑lanouano vllo tempore aut loco deeſſe velim: cui quidem tamen ne iam deſint oĩa, valde metuo.Iſtic enim a vobis lẽtius curatur nego cium,q̃ res & fortuna ipſius poſtulet. Sed hoc tu videris: in quẽ, niſi mature prouideris hoc quicquid eſt oneris,totum decidet. Admoni‑tus es a me non nunc primum:quare incũbe‑tu quoq;,ſi ſapis,in iſtam curam. Egnatiũ niſi perfecta re aut deſperata reſcripturũ nõpu‑to. In citeriore Gallia audio Mediolanum ab Hiſpanis & Germanis ſumma ope muniri,pe‑cunias imperari,delectum prouinciale haberi, pontes in Pado ad Placentiã fieri,omnia tu‑multus & trepidationis eſſe plena, præſertim cum Cares Alpinos Gallis ſuis auxilio veni‑re dubiũ iam nõ ſit. A Gallia & Germania,nul la adhuc fama,clauſis ſcilicet etiãnunc Alpi‑bus & noſtro mari:quę tamen propediẽ aperiã tur neceſſe eſt. Sed tuum eſt iſta ſcribere:huc enim iſtinc manant.Illud quidem meum:eſſe Bononię Hiſpanũ hominẽ quẽdã,qui a ſe oĩa Petr. Alcyonij in faciendo Ariſtotele latino er rata collecta eſſe,ac propediem editum iri huc ſcripſerit,de quo ipſo,ſi tibi videbitur, Alcyo nium noſtrum facies certiorem, & ſimul ho‑minem meis verbis ſalutabis. Vale.Patauij. xii.Clend.Mart.

CHRIST. LONG. MARIANO CASTELLANO S.

ACcepi epiſtolam tuam ad.ix. Cal. Mart. in qua q; officiũ deſiderari abs te meum ſignificas, eſt id mihi quidem ſubmoleſtũ, ſed nihilominus tamen iucundum, vt qui nullla mea negligentia a me ceſſatũ eſſe ſciã, & te iſta literarũ mearũ flagitatiõe mei memoriam adhuc tenere perſpiciam. Nam ne forte neſcias, ego aliquãto magis, atq; adeo iuſtius a vobis aliquid expectaui, q̃ vos a me. Etẽ cũ iſtuc perferũtur vndiq; om̃ia, tũ vero ea quotidie Romę & fiũt & dicũtur, quæ ſcilicet epiſtola ſunt digniſſima. Hic cõtra ſummũ ociũ, ſummũ eſt de rep. ſilentiũ. Sed quando tantopere literas requiris meas, nõ cõmittam poſthac, vt in eo genere de me queri poſſis: tu modo fac vt de rebus vrbanis ex te aliquid interdũ cognoſcã. Lęlius enim Maximus noſtri iãpridẽ plane oblitus eſt; eques videlicet Romanus, & idẽ vir fortiſſimus, hominis noui, & in ignaro literarũ ocio intabeſcentis Sed hoc fero eadẽ, qua Leonis mortẽ animi equitate: ex qua etſi mihi grauiſſimũ vulnus impoſitum eſſe ſentio, qui me ab omni humana ope deſertũ hic nũc videã, non ſuccũbo tamen, neq; mihi, neq; inſtitutis meis deſum ſtudijs: in quibus eo etiã elaboro diligentius, & euigilo acrius, quo mihi prçclarius aliquando fore ſpero, me non modo nullla fortunę iniuria de ſententia mea deijci

potuiſſe, ſed etiã aduerſus omnes ſæuiſſimas eius tẽpeſtates rectum curſum tenuiſſe. Omi-no Gallia mihi clauſa eſt, q̄ cõtra meorum o-mnium voluntatem Leonis promiſſa ſecutus in Italiã redierim. In ipſa autem Italia cũ Le-one ipſo ſpes mea omnis interijt. Florentia tu multuatur. Bembus lõgo & difficili morbo ꝑ ſtratus iacet. Abeſt Sadoletus. Abeſt etiã Ha-drianus noſter: de quo quidem multa mihi & magna polliceor: ſed vt vides longe abeſt gen tiũ, nec modo de aduentu, ſed omnino de ſalu te eius nihil exploratum habemus. In Hiſpa-nia eſſe dicit̃, ſed neci vtra, nec an i Italiã vẽtu rus ſit, etiam nunc ſcitur. Si venerit, ſpe ſum optima. Sin quintum Clementem ſibi imitã-dũ putarit, mihi tamen in Italia, dum ſtudio rum meorum rationem explicaro, manere de cretum eſt. Negociari enim iam cœpi ex ea pe cunia, quam ad hoſce fortunę caſus, ſepoſitam habebã: resq; iam ita proceſſit, vel ad multos annos ipſe me ęre meo tueri poſſe videar. Ne q; vero eſt q̄ vereare, ne hoc nouo vitę gene-re ſtudia cõturbẽtur mea. Aliena hac in re & o-pera & fide vtimur. Aliena, inquies, fide? pror-ſus aliena, ſed hominis nobis amici. qd enim faciã, ſi nec literis meis deeſſe, nec ipſe merca-turę operam dare poſſum, homo cũ in omni negociatione plane rudis, cũ vero ocij & qetis longe cupidiſſimus? Adhibita eſt tamen ea a nobis cautio, vt nobis fraus nõ facile fieri poſ-

Sed hoc fors viderit. De Panegyricis prǽſtabo quod tibi ſum pollicitus: & Romana, mihi crede, fide prǽſtabo. ſed nōdū ſatis maturuerunt, neq; tamen a maturitate abſunt lōgius. Res eſt ardua & operoſa, præſertim cum id mihi ſit cordi, non ſolum vt amicitia noſtra, ſed etiam vt vrbe Roma non indignę habeantur. Itaq; quoties tibi minus in eo maturare videbor, fac illius tibi in mentem veniat.
Tantę molis erat Romanam condere gētem.
Flaminiū ex tuis literis ęquidem accuſare poſſum negligētiæ, q nihil vnq̄ ad te de me: ſed eū nihilominus a me commendatū velim habeas. Dignus eſt adoleſcens quē omni tua humanitate liberalitateq; complectare. Vſus es tu quidē aliquādo ſumma in eū benignitate, ſed tum cum non tam neceſſe eſſet q̄ nunc eſt, nec ipſe in tātam doctrinæ ſpem adhuc ingreſſus. Caue enim putes quicq̄ ei iſtic eſſe, aut iā multis etiam ſeculis fuiſſe, ſimile, vel ingenio, vel induſtria, vel probitate, vel etiā grauitate. Eq; dē ſic de eo pronūciare ſoleo, vt dicā neq; natura benigniore quēq̄ hodie vti, neq; cū fortuna duriore conflictari. Quare cū id ei cumulatiſſime adſit, quod nullius beneficio aſſeq poſſit: id aūt omino abſit, quod tu ei cumulatiſſime præſtare potes: ne cōmiſſum velis mi Mariane, vt tātę ſpei, tātę virtutis adoleſcēti, & quod cōſtat propinquo tuo, tū deniq; defuiſſe videare, cū ad ſummam eruditionem dignitatemq; ple-

no gradu contenderet. Perueniet enim quo tẽdit, & ſi tu paululum modo adiuueris, maiorũ noſtrorum gloria dignum ſe præbebit. Hoc vt facias, vel mea, vel ipſius adoleſcentis, vel etiã honoris tui cauſa te tam rogo q̃ tibi nominis Romani dignitatẽ curę & eſſe & ſemper fuiſſe certo ſcio. Ornithiam delicias tuas meis verbis diſſuauiabere, matríq; eius Iulię & materterę Ludouicę ſalutem referes plurimam. Bernardinæ vero tuæ etiam me diligenter excuſabis. Queſta eſt mecum grauiter de literarũ mearum ſilẽtio: ſed ſatius puto, fuerit, ei reſcribere, ne me ſuperbię quoque condemnet, qui per te excuſari maluerim, q̃ literis eius reſpõdere. Valebis igitur, & Buſſeios, Torquatos, Alterios, Salomonios, ac reliquos item communes amicos a me iubebis ſaluere. Patauíj. vij. Calend. Mart.

CHR. LONG. STEP. SAVLIO S.

VEllem eo epiſtolæ initio tecum agere nunc poſſem, quo ſuperiorib⁹ meis ad te literis ſum vſus: ſed facit diſpar tuarum ratio, vt hæ quoq; diſſimile principij genus poſtulent. Scito igitur proximas tuas literas tantum mihi attuliſſe & moleſtiæ & doloris, quantum vel mihi dictu ſit perdifficile, vel tibi, niſi meum erga te perſpectum haberes amorem, creditu non facile. Ergo mihi te, vtroq; noſtrum viuo, in perpetuũ carendum erit: cuius ex ſuauiſſima cõſuetudine tantum

capiebam voluptatis,tantum in omni genere prudētiæ fructus & vtilitatis? Equidē,etſi tum ex miſerrima horū temporū conditione,tum ex languidiore literarū tuarū ſignificatiōe aduentui tuo ſubdiffidere cœperā,fruebar tamen interim quadam inanis ſpei vſura libēter,ſperabamq́ aliquādo fore,vt expectationi noſtræ reditu tuo tādem ſatisfaceres. Nunc etiam illud,omni præciſa ſpe,literæ tuæ nobis eripuerunt. Quo me igit̄ tandem eſſe cenſes animo? Nempe eo,quo eſſe debeo,orbat⁹ tali viro, mihi amiciſſimo,familiariſſimo,iucūdiſſimo. Polus quidem noſter,nō tam eorum commemoratione,quæ a me de iſta tua & virtute & induſtria perſæpe audierat,q̄ literarū quas tu mihi ſcripſiſſes,elegātia atq; prudentia commotus, te vnum iam ſibi deſtinarat,quicum ſocietatē ſtudiorū coiret ſanctiſſimam. regiæ ſcilicet indolis,& acerrimi iudicij adoleſcens, te ex paucis epiſtolis tuis,quaſi Leonem ex vnguib⁹,totū facile æſtimauit,dignumq́ quē vnū ex oībus in omī ſtudiorum ſuorum ratione comitem haberet & ſocium iudicauit. Itaq; cū hūc triſtiſſimū de te nuncium a me accepiſſet,magnum etiā mihi viſus eſt dolorem accepiſſe, qui ſe de tanta ſpe, & ea quidem vnica,repēte deturbatū videret. Scis em̄ qualia hic ſint veſtri ordinis ingenia & quibus etiam ſtudijs dedita. Verū ille, quidnam ſibi conſilij capiendū ſit,viderit. Ego certe,qua vna amoris memo-

rięq; tui ratione potero,tecum ſemper ero,lite ras partim legens aut expectãs tuas,ptim ſcri• bens,aut mittens ad te meas. Hoc enim vnũ mihi relictũ eſſe video,quo abſentis tui deſide• rium mitigem atq; conſoler. Q; ſi tu,quemad modũ oſtẽdis,mecũ in ſcribẽdo certaris, cum magna me ſane leuaris moleſtia,tũ vero te a• mici hoïs officio fungi non modo iudicabo,ve rumetiam vbiq; prædicabo. Sed venio ad lite ras tuas,quas abs te nõ ſine cura & angore ani mi ſcriptas eſſe intelligo:nec tamen eiuſce rei cauſam vllam exponis:tantũ tibi cõſiliũ opus eſſe ſignificas meum. Quod ſi ita eſt, vt tu ho mo prudentiſſimus ſine me deliberare nõ faci le poſſis,& tanta res agitur,vt eã literis conſi• gnare nõ audeas:iam vero abſentiã noſtrã lon ge mihi grauius ferendam eſſe video,q̃ initio putarã. Nam q; ad fiduciarij illius ſacerdotij, quo te a Leone abdicare coactus es, ꝓcuratio nem pertinet,expectãdum tibi cenſeo, dũ vel res apud Inſubres ex Gallorum ſententia con ſtituantur,vel Hadrianus noſter venerit, aut certe rem Romanã cõpoſuerit.Nec eñ dubito qn apud eũ Pontificẽ ius tuũ obtenturus ſis, quẽ iã multis ætatibus vnum, ſine vitio,ſine obnunciatione,ſine vlla ambitionis vel leuiſſi ma ſuſpicione,ſummo ampliſſimi collegij con ſenſu, ſacris noſtris oĩbus præfectũ eſſe antiſti tẽ,oẽs & prędicant & admirantur.Ego id pro• fecto diuinit⁹ factũ arbitror. Placet tamẽ inte•

rim, vt iſtic pontificias aliquot tabulas teſterẽ, inuitũ te & metu Leonis adductũ monaſterij, il lius procuratione tum depoſuiſſe, nunc autẽ cõſtitutũ tibi eſſe, vt primũ ius dici Romę cœperit, recupatorio iudicio experiri. Hęc cautio etiam ſi minus neceſſaria eſt, opus tamen eſt, & ad vitandam tacitæ cõſenſionis ſuſpicionẽ hoc tẽpore non inutilis. Sed hæc tu ſpero melius, vel tua, vel iſtorum conſultorum pruden tia fretus. Vale Patauij. v. No. Mart.

CHRI. LONG. M. ANT. FLAMINIO S.

IGnoſce, ꝙ qui antea ſolitus ſum mea ſpõte tibi ſcribere accuratiꝰ, nũc diſertiſſima abs te ꝓuocatus epiſtola reſpondeam negligẽtius: ꝑturbato eñ hæc ſcribimus animo. Turbarunt autem nos Saulij noſtri literę, quibus ille mihi ſpem reditus veſtri ademit oẽm. Vix credas q̃ id moleſte feram, quantoq́ꝫ veſtri deſiderio nunc ardeam, qui (fatẽdum eſt enim) digreſſum a me veſtrum haud ita grauiter tuleram: nimirum maturę veſtrę cõfiſus reuerſioni, necdũ ſatis animaduertens quantam vobiſcũ ſuauitatẽ a me dimitterẽ. Iam vero me & res & tempus docuit, quantum in eo amiſerim. Auget hunc meum dolorẽ, ſtultitię meæ recordatio, q id conſilij proficiſcenti Saulio dederim vt iſtic potius q̃ hic. Qđ etſi ne tũ quidẽ mihi erat iucũdũ, habẽdam tamẽ maiorẽ il lius rationẽ putaui q̃ mei. Ita cũ abſentia veſtra, tũ vero etiã magis cõſilij mei inſania tor

queor. Nã iſtic bellũ exortũ eſt: hic in ſummo vi ximus ocio. Sed huic dolori meo, ſi minꝰ freq̃uẽtes a vobis literæ, tẽpus quidẽ certe ipſum, atq; nouarum neceſſitudinum coniunctio vti ſpiro medebitur. Nũc ad literas tuas: ex quibus cognoui eas quas vobis ſupiore mẽſe miſi, ad .iii. Cal. Feb. iſtuc nondum fuiſſe perlatas. atq his ea complexus mihi videor omnia, quęcũ q; de vitę ac ſtudiorum noſtrorum ratione cupis intelligere, quare eas eodem exẽplo vobis mittẽdas putaui. Cõſtituti vero abs te ocij tui conſiliũ ita mihi probatur, vt eo tibi nomine etiã valde gratuler: ſed bona mehercule fide, nõ aũt quemadmodũ tu, qui mihi vere & iure optimo gratulatꝰ, ꝙ ad noſtros homines ſummũ perueniſſet imperii ius, ſummus põtificatus, neſcio quid etiã de eloquentię principatu adiũxiſti: quẽ quidẽ in hominibus noſtris nõ ſane video, niſi tu fortaſſe illi τῆς μωρίας ἐγκωμίῳ, aut etiã Silenis Scarabeiſq; noſtris tãtũ in eo genere tribuis, vt perfecti oratoris imaginem ab amico noſtro effictã atq; expreſſam putes. Quod ſi ita eſt, eſt etiã quod te vehemẽter pudeat, qui eloquẽtiã veſtram non tã vberiore vl la rerũ verborũq; copia, q̃ in inſigni illa Batavi oratoris ſtultitia victã eſſe fateare. Sed nũc iocari prę ſtomacho nõ libet. Vacuo aio ſcribã liberius & diligentius: itemq; de Luteriana cauſa, quod deguſtes, fortaſſe tibi mittetur aliqd. Vale Patauij. v. Non. Mart.

CHRIS.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

ALlatę mihi ſunt heri a Steph.Saulio literæ,ex quibus intellexi faſciculum illũ quem,ad te,vt Genuam mitteretur,proxime dederam,ei ad.iij.Cal.Feb.nondum fuiſſe redditum, vt illum omnino aut interceptum eſſe,aut tabellariorum negligẽtia amiſſum ſuſpicer.Nam perſcriptores tuos accuſare non audeo,qui ſi mea cauſa parum vellent,imperio certe mouerentur tuo. Itaque da, ſi me amas,operam,vt ille etiam nunc deſcriptus faſciculus,ad eum omnino perferatur. Q̃ tu ꝑ literas tuas mutui inter nos officiorum certaminis contentionem tam auide accipis,eſt id mihi pergratum,perq́ſane iucundũ.Tu modo vide, ne dum me officijs tuis vincere contendis,nimia cupiditate prolabare, hoc eſt ne me fortunis ſpolies omnibus, quem induſtria tua mirifice locupletatum cupis.Scis eo conſilio iſtam a nobis negociationem inſtitutam eſſe, non quo rem augeremus,ſed vt Platonis & Democriti exemplo in hac peregrinatione ocio noſtro præſidium aliquod pararem⁹. Sit quæſtus igitur minor potius dum tutior & crebrior,q̃ cum aliquo periculo fructuoſus & rarus.Mare q̃ ſit infidum, vides.Terras hodie pene omneis partim bellorum incendiis,partim militum latrocinijs infeſtas eſſe nõ ignoras.Iſtic q̃ certa ſit fides,neſcio.Sed ſus Miner-

uam,qui hæc ad te.ac ſum etiam profecto timi dior q̃ mihi p te liceat.quare quã rationes no ſtrę cautionẽ poſtulent,tute videris,qui vnus omniũ certe vides plurimũ.Ego enim, ſi qdẽ tu,vt oſtendis, iſtius tuæ induſtriæ fructũ ho-nore metiere,eum tibi habebo,quicũq; ex ſtu-diis noſtris proficiſci poterit honeſtiſſim⁹ atq; vberrim⁹.Et quoniã de Fr.Philelpho tã mul-ta in literis tuis: equidẽ cũ dixi coniunctionẽ noſtrã multo clariorẽ fore ea cauſa, quę illi cũ Nicol.Grimoaldo Cebe auo tuo fuiſſet,Philel-pho me comparare tum nolui , cuius quidem eloquentiæ atq; doctrinæ tam facile cedo,q̃ tu auũ tuũ cũ literarũ noſtrarũ ſtudio,& totius vi tæ ſplendore iam exæquaſti:tum vero exquiſi tiore quadam,& mea etiam ſentẽtia expeditio re negociandi ratione longe viciſti,qui iſtic in ſummo ocio ea & tractes & aſſequare: quæ ille vt conficeret,ab Italia procul ad extremã ſene ctã vixit,nõ Grȩciã modo & Thraciã ſummis difficultatibus peragrans,ſed maximis etiam periculis Syriam,Armeniam, Perſidem,Ara-biam ac reliquas Orientis parteis percurrens. Cũ igitur de neceſſitudinis noſtrę claritate illa ſcriberẽ, nõ tibi immortalem poſteritatis me-moriã pollicebar(hoc eñ promittere arrogan-tis eſſet hominis:atq; haud ſcio an etiã multo ſtultiſſimi:)ſed id ſignificare volui, pluribus a me neceſſitudinis noſtrę veſtigia monimẽtis impreſſum iri , q̃ is aui tui nomẽ nobis cõmẽ-

daſſet. Scis enim vnam tm̄ & alteram ad Cebã noſtrum extare epiſtolam. Sed de his alias, niſi hæc potius ipſa nimis multa. Verũtamẽ me pupugit lõga illa literarũ tuarũ de Franc. Philelphi, & Chriſt. Longolij eruditione diſputatio. Egnatius noſter quid iã habeat animi, neſcio. Tribus a me ad reſcribendũ honorificentiſſime inuitatus epiſtolis, ne ſchedulã quidem adhuc, nec literam. Nihil, inquies, de Villanoua no explicat. Ne tu quidem ipſe: attamẽ ſcribis. Equidem malim cauſam initio non ſuſcepiſſet, aut etiam omnem eius cogitationem poſt ea abieciſſet, q̃ me literarum ſuarum expectatione tam diu ſuſpendiſſet. Sed ei poſthac moleſti non erimus, ne in ſcribendo quidem, Vale. Patauij. v. Non. Mart.

CHRIS. LONG. BAPT. EGNATIO S.

Miſit ad me literas tuas hodie Romulꝰ Amazæus, iucundas illas quidem mihi & expectatas, ſed eo ſane tempore a te ſcriptas, cũ hic de Villanouano iã cõfeciſſemus. Collocatus eſt em̃ a nobis apud adoleſcẽtem quẽdam cum honeſto in primis loco natum, & optimis deditum ſtudijs, tum eo etiam fortunę ſplẽdore ornatũ, & ſic erga Villanouanũ animatum, vt vtriq; optime cõſultum arbitremur. Quãobrem cum iam nihil eſt quod eius cauſa labores: tũ vero tibi & meo & ipſius Villanouani nomine gratias ago q̃ poſſũ maximas, nõ de eo ſolũ qđ mea cauſa in eum con

tuliſti & ſtudij & officij, ſed de tua quoq; ad eũ ſuſcipiendum, ſi res coegiſſet, voluntate, quam mihi p lr̃as tuas humaniſſime atq; liberaliſſime detuliſti. Equidem, etſi domo tua non eſt vſus, tamen qui eam illi patere voluiſti, perinde me tibi aſtrictum iudico, ac ſi apud te vixiſſet. Q̃ autem in interiore tua epiſtola grauiorem te mihi aduerſariũ conſtituis, q̃ ij fuerint ipſi, qui me Romę indigniſſime diuexarũt; iocaris in eo tu quidem acute, nec amice minus q̃ opportune, qui nunc deniq;, lite ſecũdũ me a Senatu P.Q.R. honorificentiſſime data, in capitis iudiciũ me tã lõgo ĩteruallo retrahas, & vnus ex omnibus iugulum hoſtiliter petas meũ. Sed nihil agis. Veritas multorum gladijs peti poteſt, iugulari non poteſt. Nec enim qđ tibi quaſi telum acerrimum ſumis, ingratus in patriam videri poſſum, qui me Maclinienſem ſemp & vbiq; ſum profeſſus, eaq́; de Maclinię ornamẽtis & tũ prędicaui, & poſtea ſcripſi, quę ppetuo meæ in patriã charitatis teſtimonio fore nõ deſpero. At Gallus videri mauis q̃ Germanus. Ne iſtius quidẽ vnde coniecturã ducas, video. tu quidem certe nihil affers, cur ita tibi videri debeat. Sed nec ea ſane res ad Macliniã quicq̃ pertinet; quę ſiue Gallię attribuat, ſiue Germanię, nihilo inde obſcurior ſit aut illuſtrior. Nõ eñ vllo natiõis & circunfuſa rũ gentiũ nomine clara eſt. ſed tum ciuiũ ſuorum virtute atq; gloria, tũ ipſius vrbis elegan

tia & amœnitate celebris hoĩm memorię atq̃ beneuolentiæ cõmendata eſt. Carolus quidem Cęſar inter tot regnorũ nomina, inter tot im perij titulos, Maclinienſem principẽ ſeſe inſcri bit, idq̃ more maiorũ qui eã quaſi nullius Pro uinciæ regionib⁹ circũſcriptam, numero ſem per exemerunt, & vnde finitimæ gẽtes omẽs ius peterent, eſſe voluerunt. Ac profecto ſic ſe res habet, quẽadmodum in altera defenſionũ mearũ oratione diſputaui. Diiudicari vix po teſt, Germaniæ Maclinia ſit an Galliæ. Facit lingua imperium, vulgi opinio, vt Germanię aſcribenda videatur. Rurſus hominũ ingenia, mores, victus, veſtitus, ac ille gentiũ omniũ ce lebratus monimentis Gallię ac Germanię li mes Rhenus eã Galliæ adiudicat. Quæ quidẽ mihi cauſa eſt, vt vtriſq̃ honeſtiſſime cupiã, & hos bellorũ motus inter eos cõponi exoptem potius q̃ alteros cum aperta reip. Chriſtianæ pernicie vincere aut vinci. Sed ad id redeo, q̄ ais cæcos fuiſſe aduerſarios meos, qui illud de duabus ſellis non viderint. Viderũt Egnati, & in altercatione etiã mihi obiecerunt: ſed cõtra atq̃ tu. Nam cum a me quęrerent cuiatis eſſẽ, qui nec Gallus nec German⁹ eſſem, ita occur ri, vt me & Gallũ eſſe & Germanũ dicerẽ. hic de duab⁹ ſellis cũ neſcio quid illi cauillarent, etiam tribus me ſedere dixi, qui pręterea Ro manus iam eſſem. Hoc illis non ferẽtib⁹, & os hominis clamantibus, reſpondi, q̄ negare nõ

poterāt, Mundanū eſſe me, & patriam a me eā duci meā vbicūq; & mihi & virtuti loc⁹ eſſet. Atq; ita ſane eſt: ciues meos eos numero oēis, quicunq; nec a pietate chriſtiana, nec a literis noſtris abhorreāt: nec tum Romæ tam de adi piſcenda ciuitate contendi, quę necopināti & abſenti delata eſſet, q̃ ne improborū quorūdā hominū conſpiratione ex ea turpiter eiicerer. Hęc ad te ſcripſi paulo verboſius fortaſſe q̃ tu velles: ſed ſi in eo te offendi, q̃ lōgiori illi tuæ diſputationi plenius reſponderim, tu me voluminibus poſthac obruas tuis licet. Vale. & me, quod facis ama. Patauij. iij. No. Mar.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

NVnq̃ vberiores ad me dediſti literas, iis quę mihi hodie ſunt redditę, cum paulo ante ab Egnatio epiſtolā accepiſſem. In tuis cum omnia mihi fuerūt iucunda, tum vero id iucundiſſimum quod de fœderis inter Francos & Heluetios icti ratione addidiſti. tā etſi nihil ego a Caribus illis bona fide actum iri puto. Nolim ita ſit, ſed mihi inſignem aliquam cladem, non tam hoſtium virtute q̃ Alpinorum auxiliorum perfidia Franci acceptu ri videntur. Conſilia Proſperi Colūnę eadem plane eſſe ſuſpicabar, quę tu prudenter auguraris. Eſt enim minime ſtultus, neq; in ſubeū dis periculis nimiū audax. Aliquid ſit omnino oportet, qđ eum ad perferenda obſidionis

incõmoda adduxerit. Sed hoc propediẽ res iſpſa nos docebit,quę quidẽ diu duci nõ poteſt. Noua iſta aleæ ratio plane noſtra eſt, & a nobis Loteria,quaſi vaſculariã dicas, appellatur: ab argenteo ſcilicet vaſorũ ad abaci ornamentum apparatu,qui ita inter eos, quorũ in ſortem coniecta ſunt nomina,diſtribuit, vt cuiq; aliquod vas obtigerit. Q: autem eo ludi genere te minime delectari ſignificas,nec committendum putaſti, vt pecuniam tanto periculo exponeres meam:agnoſco prudẽtiam & tuam erga me beneuolentiam,qui nihil de rationibus noſtris ſtatuas,quod non ſit periculo vacuum.Marcilio velim res iſta bene & feliciter eueniat.quanquam vereor, ne ſi ex animi noſtri ſentẽtia ei ludus ꝓcedat,ita ſuperbiat, vt nos contemnat:ſin damni aliquid faciat,ne iratus taceat,aut certe triſtius q̃ expectamus reſcribat.Tu modo da operam,vt de exitu negocij primo quoq; tempore fiam certior. Sic enim ad id quod ſcripſeris,literas meas accommodaro.Vellem in aliud tempus literæ tuę incidiſſent:agerem tecum ſubtilius.Nunc cum & Egnatij literis reſponderim,& Hilaribus hæc ipſa ſcripſerim,plus mihi feciſſe videor, q̃ mihi per genialis huius diei hilaritatẽ liceret. Vale. Patauij.iij.Non.Mart.

CHRIST.LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

faue

PVdet me q̄ cū rariſſimas ad te dem liteꝛ ras, nullas etiā mittā niſi cōmendatitias ſed cū nihil fere eſt q̄d ſcribā aliud, tum vero tua in me beneuolētia vel hic tam nota eſt, vt ſi cui vel authoritate vel poteſtate tua ſit opꝰis p me potiſſimū tibi cōmendari velit. Ego aūt etſi ea te æq̄tate atq; animi cōſtātia p̄ ditū eſſe exploratū habeo, vt gratię locus apud te nō ſit, qui q̄d res ipa & cauſa poſtulet, nō q̄d hoīes cupiāt, ꝑ ſingulari tua prudētia atq; iuꝛ ſtitia animaduertere ſoleas: tn̄ interdū facere nō poſſum, q̄n neceſſarios meos hoc officij geꝛ nere ꝓſequar, eos pręſertim, quos nec amicitia noſtra īdignos, & ſalua dignitate atq; fide tua abs te iuuari poſſe cōfidā: vt hoc maxime tpe. Narrauit em̄ mihi Leonardus Pomarus mediꝛ cus, quid Lugduni Petro Pomaro filio ſuo acꝛ cidiſſet: quem quadruplatorū delationibus opꝛ preſſum, & in vincula cōiectū, iſtuc tandem in digniſſime raptū eſſe diceret, capitis apud vos dicturum cauſam, non de vlloquidem ſuo ſceꝛ lere illum, quem læſæ religionis nemo inſimuꝛ laret, ſed q̄ patrem ſuum impietatis falſo accuꝛ ſare noluiſſet. Atqui nihil neceſſe eſt, omnia vt hic commemorem. Notam enim tibi eorū cauſam eſſe ſcio. q̄q̄ vt pater ipſe tibi ſatis noꝛ tus ſit, vereor. Eſt autē vir plane bonus & doꝛ ctus, & in ea quam profitetur, medendi arte lō ge peritiſſimus: mihi vero tum h is de cauſis tum q̄ ad me amandum iam olim acceſſerit,

ſanctiore quodã neceſſitudinis vinculo ita cõ-
iunctus, vt ad meũ erga ipſum amorem nihil
omnino addi poſſit. Ac quãdo in caput abſen-
tis patris miſer iſtic torquetur filius. bonaque
eius quaſi hoĩs indicta cauſa impietatis dãna-
ti, publice iam poſſidentur: dicam tibi vere &
ex animo, quid de hominis ſenſu atq; religio-
ne nõ nũc primũ exiſtimarim. Sic enim habe-
to, tam lõge mihi ſemper abeſſe Leonardũ ab
illa Hiſpaniẽſi ſuperſtitione viſum, vt eũ etiã
cum primis optime de Chriſtiana pietate per-
ſuaſum iudicarem. quã quidẽ in ſentẽtiã ſum
adductus cũ ſingulari hominis doctrina & ꝓ-
bitate, tum vero quotidianis & accuratis eius
ſermonibus, quibus mecũ ille & Lugduni per-
ſæpe, & Venetijs ita ſemper eſt vſus, vt ipſe me
prę illo in Chriſtianis literis rudẽ, in perſuaſio
ne noſtra etiam ſi non repugnantem aut bar-
barum, tardum certe & duriorem eſſe arbitra-
rer. Neq; vero me fugit, q̃ nõ ſit temere de pia
alterius voluntate pronunciandũ, ne ex vultu
quidem, aut ex oratione ipſa: quæ etſi quędam
eſt animi imago, ſæpe tamen mentiri poteſt &
fallere. ſed multo ſane eſt arrogãtius & pericu
loſius homini Chriſtiano, ſolis ſuſpicionibus
cõmoto de nefaria ciuis ſui cogitatione iudici-
um facere. Ieſus qdẽ Chriſtus ipẽ, ſe vnũ occul
tę hoĩm impietatis & iudicẽ eſſe voluit & vlto
rem: grauiſſime ijs etiam minatus, qui de hu-
iuſmodi cauſis quicquã ſtatuiſſent, nec eas ad

ſe totas integraſq; reieciſſent. Nã q̀ Lugduno profectũ eſſe Leonardũ calũniantur, ne ei dies eo nomine diceretur. qui quidem aliquot ante annis graſſante illic ſęuiſſima peſte diſceſſit q̃ in hoc hominum genus inquiri cœptũ eſſet: num tamen continuo impius ſit, ſi cũ tẽporũ noſſet rationẽ, nec ſe mediocri ardere neſciret inuidia, q̀ & Hiſpanus eſſet, & locuples haberetur, ſordidiſſimorum quorundã, & tamen gratioſiſſimorũ hominũ, a quibus fortunas ſuas certa iã ſpe deuoratas eſſe intelligeret, calũnijs ſeſe ſubtraxit, atq; mature eripuit? Addunt delatores eius id q̃d extra Hiſpaniam Hiſpanis pene omnibus vulgo obijci, & q̃d grauiſſimũ eſt, temere etiã credi video. Eiuſdẽ criminis reum ex Hiſpania illum iamprìdẽ ꝑfugiſſe. Q̃d ipſum ſi tam verũ eſſet q̃ certe falſum eſt, eſſet tamen, mea quidem ſententia, iniquum, tãto præſertim interuallo, externis eũ præiudicijs dãnare, ei⁹ in primis gentis, cuius ipſe odio in inuidiã ac ꝑiculũ nũc vocaret. Non enim ignores totã illã cauſam inde pendere, q̀ in Hiſpania ſit natus. Sed fuerit ſane vel publico iudicio & iure illic damnatus: an illi in huiuſmodi crimine, inter homines religioſiſſimos poſtea pœnitere nõ licuit? Profecto enim multis in Gallia annis verſat⁹ ſic vixit, ſic liberos Lugduni ꝓcreauit, ſic eos in iſto ſtudiorũ domicilio optimis & artibus & moribus inſtituendos curauit: deniq; ſic ſe erga omneis geſſit, vt cũ

alios pleroſq; homines,prudẽtiſſimos atq; ſanctiſſimos ad amicitiam ſuam adiũxerit,tũ vero etiam Iac.Fabrũ & Car.Bouillũ viros ſumma virtute,atq; maximarũ rerũ ſcientia ornatiſſimos,ita ſibi deuinxerit, vt eũ illi dignum iudicarint, quem immortalibus ſuorũ ſcriptorũ monimentis poſteritati cõmendarent. Ac vide mi Barma q̃ inique & prępoſtere eorũ hodie imitemur mores,q Chriſtianos hoĩes quõdam proſcriberẽt.Dabãt illi operã,vt quicunq; Chriſtiani numerarenť, nõ modo ſpe ſalutis, ſed etiã magnis propoſitis pręmijs ad priſtinã impietatẽ reuocarẽť. Nos vero eos qui recte & nobiſcum ſentiunt, ad eiurandũ Chriſtũ ipm cogimus.Profitẽtibus quidẽ certe illis ſe Chriſtianos eſſe,non credimus:deteſtantes impietatem, quæſtioni ſubijcimus: tormẽtorũ vi coactos fateri,hoſtiũ numero habemꝰ. Apud illos ſi qs verbo Chriſtianũ ſe negaſſet,ſtati dimittebatur:Apud nos nec Chriſtianę pietatis ꝓfeſſio,nec vlla actæ vitæ innocẽtia ad diluẽdũ impietatis crimẽ ſatis eſt. Adeo quædã hoim peſtes vel ſuſpicionibꝰ ſuis ſcelerate indulgẽt, vel etiam alienę auaritię turpiter crudeliterq; inſeruiũt.Sed qd ago?cauſam hoĩs,& vehemẽtius qdẽ ago, cuiꝰ modo religioni teſtimoniũ apud te p literas dare cõſtituerã:& filiũ tibi cõmẽdare,quẽ iſtic ex vinculis cauſam miſerabiliter dicere audio. Cõmouit me ſcilicet rei idignitas:ſimul & illud veritus ſũ, vt ſi in re mę-

nime vulgari & tanta, vſitato literarum gene re eſſem vſus, ne tu hanc meam commēdatio nem vulgarē duceres. Itaq; ſi quid vnq̄ mea cauſa voluiſti, ſi me virū bonum, ſi minime in rogādo ambitioſum, ſi alieni ingenij exiſtima torem non ſtultum eſſe putas: peto nunc a te, primum vt tibi perſuadeas, ſic me de Pomaro patre ſentire, vt de eo q de perſuaſione noſtra ſentiat optime: Deinde, vt filium eius adoleſcentem optimū, & quod cōſtat, non vlla qdē ſua culpa, ſed pietate poti⁹ & patris fortuna calamitoſum, ſaluū eſſe & incolumē per te velis. Hoc ſi feceris: cum ego te hominis plane chriſtiani officio perfunctum eſſe iudicabo, tū abs te beneficiū apud homines humanitate tua dignos & memores pręclare poſitū eſſe tibi p̄ſtabo. Mihi qdē ipſi gratiſſimum feceris, qui Leonardi Pomari cauſa, oīa tū velle tū cupere debeo. De reb⁹ meis qđ tibi ſcribā, habeo prorſus nihil, niſi me in ſumma ſuauiſſimi atq; honeſtiſſimi ocij facultate ſtudijs meis hic pfrui, ea nimirū ſpe atq; mente, vt iſtą ą me oīa non temere eſſe relicta homines noſtri aliquando intelligant atq; cognoſcant. Vale.

CHRIST. LONG. P. BEMBO S.

NOn dici pōt, quanta me hodie Flauius Chryſolin⁹ voluptate affecerit. prſ⁹ icredibili. Cōfirmauit. n. mihi ex Colę nr̄i lr̄is depulſū eē abs te veterē iſtū & difficillimū morbū. Eqdē etſi ſupiorib⁹ dieb⁹ audierā, pri-

mũ,quartanę frigus a te prorſus diſceſſiſſe, deinde calorẽ q̃ leuiſſime accedere,poſtremo hũc quoq; reuerti deſijſſe,ita vt & tu omniũ ſentẽtia febri om̃ino careres,& ego ipſe mihi his ti moribus atq; moleſtijs, in quibus ꝓpterea mẽſes octo iacueram,plane liberatus viderer:quia tamen longiore circuitu febres interdũ redire atq; oẽm vim morbi in ſeptimanã aut in decumanã etiã conuerti poſſe ex medicorũ libris didicerã,nullam ſum adhuc auſus literis meis gratulationẽ cõplecti. Nũc aũt cũ iã bis,ac niſi me dierum fallet ratio,etiã ter, nulla in diem tuum λῆψις incurrerit,ſic vt partim diligentia atq; tẽperantia tua,partim ipſo anni tempore & clemẽtiſſimę huius tẽpeſtatis beneficio recuperatã eſſe valetudinem tuã mihi perſuadeã: faciũdũ putaui,vt meis tibi literis,q̃ iſta mihi res grata eſſet ac iucũda, ſtatim ſignificarem. Scio equidem mihi non neceſſe hoc eſſe apud te,qui pro mea tibi iampridẽ perſpecta & cognita erga te obſeruãtia id iudicatũ habeas & exploratũ:ſed meo ſane gaudio aliter ſatisfacere non queo,niſi lætitiam meã per literas tibi quoquomodo deferam atq; declarẽ.Quare cũ tibi etiã atq; etiã gratulor mi Bẽbe ſuauiſſime atq; chariſſime,tũ vero deũ immortalẽ precor vt te ſaluũ & incolumem nobis in perpetuum conſeruet:& quando huc iamdiu ſpectas,Patauij te propediẽ firmum atq; valentem ſiſtat.

Vale. Patauij.xiij.Cal.April.

CHRIS.LONG.HIERONYMO SAVORNIANO S.

VEnit ad me hodie Conſtantinus tuus: qui cum me & tuis & ſuis etiã verbis ſane q̃ liberaliter ſalutaſſet, multaque a me tũ de ſtudijs, tum de rationib⁹ tuis familiariter rogatus permodeſte ac ingenue reſpõdiſſet: viſus eſt mihi adoleſcẽs, vt nihil dicã aliđ, te tali ac tanto patre multo digniſſim⁹. Tu vero ꝙ in me tam officioſus es, vt tuorũ neminem huc vnq̃ dimiſeris, quin mihi ab eo ſalutem tuo nomine impertiri volueris plurimã: eſt id quidem mihi apprime gratũ, nec ab iſta tua ſingulari humanitate ſane alienum. Nam ꝙ me ad Aſopũ tuũ inuitas: currẽtẽ, vt aiunt, tu quidẽ incitas. feror eñ iſtuc iãdiu mea ſponte. tum vt conſuetudine tua, quã vnã ex om̃ibus facio plurimi, per ocium aliquando fruar: tum vt arcem iſtã, quam tua virtute atq; animi magnitudine defenſam in omne tempus nobilitaſti, viſam & ſpectẽ. ſed nihil dũ animo meo morem gerere potui, neq; vero idipſum tam propter inſtitutam ſtudiorũ meorum rationẽ, quã nulla peregrinatione cõturbari libẽter vellẽ, q̃ ꝙ idoneum ad hoc iter vel ducem vel comitẽ adhuc non ſim nactus. Nunc vero cũ Bemb⁹ etiã noſter iſto ſpectare videatur (ſic enim de filio tuo audio) nõ cõmittã vt is ſine me, ad te veniat. De reliquo dabitur a me opera, vt iſtius tuę erga mę voluntatis, ne te vnq̃

pœniteat.quanq̃ enim ea fortuna mea eſt, vt tecum,iſtius ſplendoris viro,paria facere non queam:officio quidem,& ſtudio certe & amore tecũ ita certabo, vt in eo amicitiæ genere primas haud quaq̃ laturus eſſe videare.Vale.Patauij.xiij.Calend.April.

CHRIST. LONG.OCTAVIANO GRIMOALDO S.

NIhil tam prȩter opinionem meam adhuc accidit, q̃ vt in tãta tabellariorum copia,loco tam propinquo,tot nouis in dies ſingulos iſtuc allatis rebus,literas tamdiu deſiderarem tuas. Alter certe eſt hodie & vigeſimus dies,cum nihil abs te: qui me cum aliis de rebus erudire potuiſti multis,tum vero qd vel lucri vel damni ſortes iſtȩ Marcilio noſtro attuliſſent,diligenter docere. Hoc enim vt faceres,poſterioribus meis ad te literis nominatim petieram.Itaq; quando tu tacendi finem facis nullum,ego ſcribendi faciam initiũ:neq; me pudebit a te taciturnitate vinci,modo te literarum] mearum officio victũ eſſe fateare: Scis enim cum mihi tecum initio cõueniſſet, vt ego ad duas epiſtolas tuas ſeptimo quoque die vna reſponderem,rem contra omnino cecidiſſe.Tu enim ad binas meas literas,vix ſingulis,idq; maiore etiã interuallo,reſcripſiſti:cũ tamẽ tibi Italica lingua multo ſit vti facilius q̃ mihi aliena & latina. Scilicet nihil eſt quod ſcribas,tanto ardente bello Italia,tanta in In-

ſubribus partium conatu. Nam valere te, ex multis qui iſtinc venirent, & tecum multum fuiſſent, nuper didici. Atenim ſummis occupationibus diſtringeris. De hoc ipſo etiã Gallos illos homines cum accurate percunctatus eſſem, ocioſum te & admodum hilarẽ viſum a ſe affirmarũt. Reliquum eſt, vt in eos culpam conferas omnem, qui epiſtolas accipiãt, nec ad me perferant. Velim ita ſit. nihil enim minus volo q̃ vt ĩ amicitia noſtra accuſere. ſed tu fac diligẽtia tua, tabellariorũ vt vincas negligentiam: ne ſi quãdo epiſtolę noſtrę in manus hominum veniant, nõ tam ego ineptus aut impudens, qui literas tuas ſemper flagitem, q̃ tu inhumanus iudicere, qui amicum hominẽ toties & tãdiu literarum tuarum deſiderio torqueas. Sed tu forſitan epiſtolas meas vnius nõ facis aſſis, qui tibi in ſingulas erogandus eſt, Id ſi ita eſt: vel de eo maxime certiorem me facias velim. Inibitur enim a me ratio, quemadmodum ſine tanto tuo ſumptu officium meũ tibi præſtetur. rarius enim ſcribam, & vberius. Tu tamen in eo nolim me imitere, qui & crebras & ponderoſas a te literas ſemper expectẽ. Quid Mediolani, quid in Gallorũ caſtris actũ ſit, ſcire de te velim. Hic eñ inconſtantiſſime narrantur omnia. De Frãc. item Roboriano Æſtenſi Alphonſo, Rauennatibus, Barriano duce, Iulio Medice, Fulgoſiis tuis ſiquid reſcripſeris, per mihi iucundum, perque gra-

CHRISTOPHORI LONGOLII EPIST. LIB. IIII.

CHRIST. LONG. MARIANO CASTELLANO S.

QVOD E triginta circiter diebꝰ ad ſuperiores tuas literas reſcripſerã, cum alteras a te accepi: ſed eodẽ pene exẽplo datas. Tm̃ em̃ ĩ his modo de ceſſatione mea quereris: de qua me tibi iam ſatis purgatum arbitror, ſi quidem proxima mea ad te epiſtola tibi eſt reddita. Panegyricos tuos velim luculentius & accuratius deſcriptos mihi mittas. Quos enim habeo, ne ipſe quidem eos poſſum legere aut etiam intelligere: adeo ſunt mendoſi, & ruſtica neſcio cuius librarij manu non tam deſcripti q̃ diſcerpti ac plane corrupti. Nam vt omnium quas ad te & Lælium maximum dedi, literarum exempla mihi curares, tecum ſępe egi, nec quicquam adhuc profeci. Quare cum id quoq; diligenter curabis, tum vero Lælium ipſum cohortabere, ſi quod

mittat,non ſit aliud, hoc ipſum ſaltem vt ſcri bat,q ſit hoc tpe Auguſti noſtri vultus,q̃ ora tio:quęnã iſtic de Hadriano noſtro expectatio, q̃ hoím opinio.Hic.n.certe nobis de ipſo polli cemur oĩa,quę iã multis ſeculis vnũ rite atq; ordine,ſine vllo oĩno vitio Põt.Maximũ factũ eſſe oẽs p̃dicãt.In ei⁹ Põtificatu oẽs a me ſpem poni volũt:nec eqdẽ habeo nullã,ſed nõ tãtã, quãtã vulgo videor debere:nõ quin apud illũ vel cõmune ciuitatũ noſtrarũ vinculũ,vel lin guę ſocietatẽ,vel quãdã literarũ cõiũctionẽ,vel patris mei memoriã,vel etiã ꝙ ipſe apud Phi lippũ Caroli Cęſaris patrẽ puer vixerim,vali turũ putẽ plurimũ:ſed ꝙ id haud ita laboro,q vt probe noſti, cũ icredibili quodã tenear ocii & literarũ ſtudio,tũ etiã ſi minus natura, iudi cio quidẽ meo,& ratione quadã ab omni rega li comitatu abhorreã.Sed veniat in Italiã mo do.Tum eñ quid nobis capiendũ ſit cõſilii vi debimus,ac tecũ etiã deliberabimus.Bẽbus no ſter etiã nũc Venetiis eſt, nudius deniq; octau⁹ lõga illa & graui quartana liberat⁹.Simulatq; ſe ad nos cõtulerit(qđ qdẽ paucis dieb⁹ futurũ ſperam⁹)ſalutabit a me tuis verbis diligẽter, qđ itẽ officiũ tu,ĩ referẽda Petro Cafarello ſalu te,mihi velim iſtic pręſtes. Quę apđ Inſubres agunt,quęq; ſũt acta,multorũ ad vos lr̃is & nũ ciis perferri non dubito.Quid autẽ futurũ ſit propter incertos bellorũ exitus,dictu eſt diffi cile:ſed tamen res in proximũ diſcrimen vide

tur adducta. Nã neq; Mediolani magnos eſſe cõmeat⁹ intelligo: neq; eo ſunt Galli ingenio. vt aſſidẽdo q̃ pugnãdo malint vincere. Ita ſcire ſuſpicor, vt alteri fame coacti, finiendi belli cupiditate, alteri de ſũma rei p̃lio decernere feſtinẽt & approperẽt. Q đ ſi cõtiget, lugebit, mihi crede, victor, vnus aũt cõis oĩm hoſtis Turca triumphabit. Vale. Patauij. viij. Cal. Apr.

CHR. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

CVM mihi antea minime ſatiſfaciebat Marcilius, ꝙ nihil ad literas reſcriberet meas, tum vero lecta epiſtola tua, ei grauiter ſuccenſui, ꝙ ipſe idem tuarum ad me literarum curſum tandiu impediuiſſet. Quid quæris? dabit mihi pœnas. Nõdum dico quas, aut quando: ſed dabit tamen opinione ſua & citius & grauiores. Ipſum nõ ſcribere toties inuitatum. Eundem tibi ſcribere cupienti eſſe impedimento. Neutrum impune feret: idque velim ei meis verbis denuncies, extra iocum. Tu poſthac non quid alij cupiãt, ſed quid ego a te expectem, fac cogites. expecto autem ſeptimo ad ſummum quoq; die tuas literas, etiam vt nihil magnopere ſit qđ ſcribas. q̃q̃ hęc eiuſmodi ſunt tempora, vt epiſtolæ argumẽtũ tibi deeſſe nõ poſſit. Sed de his nimium, & ſępe & multa. De rep. Hadrianus igitur noſter in vltima adhuc eſt Hiſpania. Atqui maturo eius aduẽtu fore ſperabã, vt ſi minus pax oriretur,

bellũ certe ex Italia depelleret. Scis em̃ quãtũ is apd Cęſarẽ & gr̃a valeat & authoritate,apd Gallos ſanctitatis opinione,& Põtificatus ma ieſtate.Profecto ſiqs eſt q extorq̃re arma poſſit ex manib⁹ iratorꝫ regũ,Hadrianus noſter eſt: qui cũ pacis ſit cupidiſſimus,& vir oĩ laude or natus,tũ vero ea eſt & poteſtate & authoritate prędit⁹,vt eos ipſius arbitratu arma depoſitu ros eſſe nõ deſperẽ.Sed aduẽtu eius opus eſt,& in ipſo Põtificatus domicilio Romę cõmoret oportet. Vix em̃ credas quãtũ trãſalpinę gẽtes vrbis nomini & dignitati adhuc tribuant. A principib⁹ iſtis oẽs teneri,& iãdiu tritas eſſe.pe cunię vias ſciebã: tã immanẽ iſtic exiſtere am bitũ plane neſciebã. Sed hoc cõmune eſt rerũ oĩm publicarũ vitiũ.Inſtruẽdę claſſis cõſilium valde probo:nec qd tamen quadraginta trire mes aduerſus trecẽtũ profuturę ſint,video:nõ ſane magis q̃ qui obſidionis illius futurus ſit exitus.q̃q̃ ſi vera ſunt quę ſcribis, Cæſariani Gallis neqꝫ opib⁹ neqꝫ copijs cedũt,& ſunt ipa populorũ beneuolẽtia munitiores,ac ducũ ſuo rũ prudẽtia vigilãtiaq́ꝫ multo ſuperiores. Gal los equitatu & militũ genere firmiores eſſe au dio,& ad dimicandũ paratiſſimos: quib⁹, ſe tñ initia parũ ꝓſpere dederũt,amiſſis vno baliſtæ ſaxo,duobus ſimul clariſſimis viris M. Anto nio Colũna,& Camillo Triuultio.Oĩno vix tã ti Gallis eſſe debuit Proſperũ ipſum capere & Mediolanũ expugnare, vt illis in tãta taliũ vi

rorũ penuria,& alieniſſimo tpe tam miſere ſpo liarent.Ego quidẽ ipſe Columnę interitũ gra uius tuli,q̃ eorum quiſq̃ ſibi facile perſuadeat, qui eum male de me meritũ eſſe nõ ignorãt. Aduerſatus eſt ille quidẽ cauſę noſtrę Romę, ſed neq; tã vehemẽter q̃ potuit : neq; tã vllo maiore conatu,q̃ noĩs ſui authoritate atq; gra tia:quã qdẽ apud Po.Ro.labefactatum iri pu- tauit,ſi quod mihi pollicitus erat,cauſę noſtrę patrociniũ ſuſcepiſſet.Itaq; vt tũ eius ambitio ni facile ignoſcebã,ſic eius nũc & acerbiſſimũ caſum doleo, & qua vna mortuis ratione pro- deſſe poſſumus,manib⁹ bene precor & exopto. Camillũ Triuultiũ Valentiæ quondã ſalutaui in hybernis,cum grauis armaturę equitũ alę prȩeſſet.familiaritas mihi cũ eo nulla interceſ ſit:ſed ea vixit modeſtię,virtutis,prudẽtiæ fa- ma,vt ex ei⁹ morte magnũ ceperim dolorẽ,& theatrũ noſtrũ in ppetuũ claudi optarim. Ve- rũ quid agas?non modo libenter & inuitis no bis pugnant,ſed nos etiã pugnarũ ſuarum ſpe ctatores,nec id ſine noſtro periculo eſſe cogũt. De Io.Medice longe alia hic narrantur. Circũ- ſideri hominẽ arctiſſime Sõcini:quo etiã Gal li finitimos populos ſpe diripiendi copioſiſſi- mi oppidi euocaſſe dicuntur.certe hic magna de eo ſumus expectatiõe ſuſpẽſi.Frãc.Roboria nus bene in præſens quieti ſuę cõſuluit,q? cũ Po.Florẽtino fœdus percuſſerit:ſed vt ſuſtinẽ dę parũ grati animi inuidię,& erupturo aliqñ

Gallorũ Florentinorũq; odio par ſit futurus, etiã atq; etiã vereor. Eadẽ eſt Aeſtenſis Alphõſi cauſa: quem in tanto belli ardore, qđ præſertim eius potiſſimum cauſa ſit excitatum, ocioſum eſſe non oportuit. Baleares inſulas a Cęſare defeciſſe, huc nihildum allatum fuerat: tantũmodo Cęſarem in Hiſpaniam cogitare audieramus, quẽ tu Bruxellis, ſi deo placet, faciũdis tum cœnis tum ludis occupatum eſſe ſcribis. Omnino nihil a principũ noſtrorũ ingenijs facit alienum, qui imperij ſui rationem luxuria, voluptate, licẽtia definiũt. Nam Leſcutũ aiunt in Gallorũ caſtra cum omnibus ſuis copijs iam perueniſſe incolumem, capta in itinere Nouaria, Vigleua, & alijs quibuſdã ignobilioribus caſtellis. Q. autem is inter ſyphos & epulas Apulię minatur & Sicilię & Hiſpaniæ, agnoſco Gallicã fortitudinẽ. Sed hæc tametſi mala ſunt nobis, tñ iam tolerabilia longo vſu facta. Illud qđ de Turcarũ regis terra marique apparatu aſcribis, plane exhorreſco. Nam ſiue in Italiã, ſiue in Pannoniã is veniet, hoc eſt ſi vincet (vincet.n. mihi crede, modo veniat) ſeruiendũ nobis erit, & turpiſſime qdẽ ſeruiendũ. Verũ hoc Deus viderit, qui quid nobis maxime expediat, vnus & videt & dare põt. Habes quod optaſti, ad longiſſimam bene longã epiſtolam. Vale. Patauij. iij. Cal. April.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

EXpectaui heri die toto auidiſſime,ſi qd a te ferretur hiſtoria dignum. Eadẽ in expectatione hodie fui vſq; ad horam ſextam,quo quidem tempore ſcis tabellarios munere ſuo iam eſſe perfunctos. Quare cum tu nihil adhuc eorum quæ iſtic:accipe q̃ multorum literis & nunciis confirmata,hic ꝑ certis habentur:atq; illud in primis ipſum, Falſum id eſſe qd̃ nullo certo authore, ſed ex opinione hominum atq; fama de Io. Medice nuper reſcripſi. Tranſijt enim ad Gallos cũ equitibus leuis armaturæ trecentis, grauis quinquaginta, militum vero cohortibus quatuor. Cauſam relinquẽdę illi patrię hãc fuiſſe aiũt, ꝙ Vidonẽ Rangonium a Florentino Po. ſibi in copiarum imperio prælatum ferre nõ poſſet.Nam tres illę,quę nnper Mediolano ad eoſdem Gallos trãfugerunt equitum turmæ, eo ſe extrema ſtipendii inopia adductos affirmabãt.Nouariam in Gallorũ veniſſe poteſtatem proxime tibi ſcripſi:ſed tum vi captam fuiſſe neſciebã.direpta eſt igitur, & cohortes partim Hiſpanę,partim Germanę tres,quæ illic præſidii cauſa eſſent,occidione occiſæ.Viui in victoris manus deuenere N.Ruſca,& Philippus Torellus,eius ciuitatis lõge principes,ac Cęſarianarũ partiũ ſtudioſiſſimi.Vigeuũ quoq; expugnatum eſt,ſed nondum arx recepta:in cuius oppugnatione tormẽti pila grauiter ictus Cotin⁹ Martinengus alterum oculũ amiſit, nec

an vulneri ferendo par futurus ſit etiam nũc ſatis conſtat. Florentinorũ auxilia laboranti-bus Mediolani Cæſarianis,nulla vẽtura exiſtimãtur.Sũt enim finitimo bello impediti,ducto in Senenſem agrũ exercitu, ad comprimẽdos Borgheſiorũ exulũ conatus, q magnis Ballionũ,& nonnullorũ item Vrſinorum principũ copijs nixi,reditum ſibi in patriam moliãtur. Alphonſus Æſtenſis quo Bagnacauallum modo recuparit audiſſe te arbitror. Iſtinc eñ id miſſum eſt.Mediolanum inter & Ticinum quicquid fuit agri conſiti, a Gallis vaſtatũ eſt, completæ foſſę,ęquata omnia,ita vt ab vtroq; oppido alterius portã conſpici poſſe affirmẽt. Id eo a Gallis cõſilio factum arbitror,cum vt ſi in aciẽ deſcendendũ ſit,ęquitatu,quo maxime valent,cõmodius vtantur: tum vero ne ſubitis eruptionib⁹ opprimi poſſint. Nõ eñ ignoras q̃ iniquo caſtra fecerint loco:Inter duo maxime oppida, eaq; hoſtium copijs refertiſſima atq; munitiſſima cõſederũt. Mediolanũ fame vrgeri veriſimile eſt in tãta oppidanorũ multitudine, tamq; arcte iãdiu obſeſſo oppido, vt nihil niſi furtim importetur.Cõſilia Proſperi quę iã ſint,exputare nõ queo, præſertim cum & Heluetij ex animo res Gallorũ iuuare videãtur,nec ſubſidij ſpes vlla circũſeſſo ex Germania oſtẽdat,nec re frumẽtatia Galli tã anguſte q̃ initio nũciatũ eſt,vtant. Hucaccedit q; pacificator Britãnus a Gallo paucorũ menſium in

ducias iam poſtulat,quo commodius de cõpoſi tione agatur. Id ego ſic interpretor. Summis difficultatibus,atq; rerum Italicarum deſpera tione adductum Cæſarem noſtrum, inducias per Britannum tentare. Sed nihil,ſcio, impe- trabimus. Nec enim tam ſtulti ſunt Galli,ta- metſi ſtulti,quin quo iſta ſpectent,aperte intel ligant.Vereor etiam ne nos irrideant,qui nos huiuſmodi nugis aliquid profecturos ſpere- mus.Omnino aut nouis auxilijs opus eſt,iiſq; pręſentibus,aut pręclara aliqua ſimul qua Ti- cino qua Mediolano eruptione.Tertium nihil video,niſi fœdam,omni conſumptu cõmeatu deditionem.aut certe fugam,qua iam ſibi nu dius quartus aliquot Proſperi turmas ęgre cõ ſuluiſſe audio.Nam Rheti & Vindelici,quos ſe cum Barrianus adduxerat, ſenſim dilabi dicũ- tur,& in Germaniam reuerti.Barrianus quidẽ ipſe quaſi ſpe & animo fractus,ſe iam Placen tiam recepit,inde Mantuam cum eius ciuita- tis principe petiturus.Quæ ſi vera ſunt, non modo meliore loco res Francorũ ſunt,ſed no ſtrę etiã plane deplorate ac perditę. Hadrian⁹ noſter cũ priuatas ad multos,tum ad ampliſſi mũ collegiũ literas publice miſit,qbus verecũ- de dubitanterq; ſcriptis,ad extremum tamen ſignificet, ſuſceptã eſſe a ſe Romani ſacerdotij pcurationẽ, neq; ſibi quicq̃ fore antiqui⁹ q̃ vt primo quoq; tẽpore ad gerendũ Pontificatum in Italiam Romãq; veniat,oneraria Venetoꝝ

triremi vſurus putatur, quam ad Cantabriæ littus neſcio quomodo appulſam, præſidio ſuo inſtruxerit, & vt circũacta Hiſpania ſibi Barcinone præſto eſſet imperarit. Equidem pro mea in eum beneuolẽtia mallem pedibus veniret, q̃ ſe maritimis periculis & iactationibus id ætatis homo obijceret. Per Narbonenſem prouinciã & tutius & honeſtius iter facturus mihi videretur, nec vllam abalienati Franciſco animi ſuſpicionem daturus. Mare q̃ a prædonibus Gallis ſit infeſtum, cum aliæ ab eis interceptæ naues plurimæ declarant, tum vero duæ illæ maximæ, quarum altera ſuperiore autummo cum omnibus Valentinæ nobilitatis reliquijs opibusq́ capta eſt: altera nuper, cum principibus Hiſpanis viris duodecim, qui ad gratulandum Hadriano noſtro in Hiſpaniam proficiſcerentur, qua etiam vehebatur fœlix ille Iulij Medicis arcanorum conſiliorum omnium ſcriptor, de quo tu quoq; ad me proxime. De Marcilio. Incidi nuper in epiſtolam quandam Egnatij noſtri, qua illum raræ probitatis virum appellat. ego vero raræ etiã humanitatis. & ſi tacere pergat nullius officij hominem ipſum eſſe iudicabo. De elephanti barritu aliquid a te expecto. Vale Patauij. vii. Id. Apr.

CHRIST. LONG. LEONAR-
DO POMARO
SALVTEM.

OFficium meũ, quo in te filioq́ tuo cõmendando ſum vſus, cum tibi gratum fuiſſe gaudeo, tum etiam alicuius apud Rog. Barmam ponderis futurum non deſpero: de quo ipſe ſiquid acceperis, velim me ſtatim facias certiorem. Renouabitur enim, ſi qd opus erit, commendatio. Q̃ petis vt in eandem rationem ad Franc. Deloinum ſcribam, literas confeci, easq́ cum his ad te mittã. Aliter autem cum eo atque cum Barma egi: vel quia aliud eſt ad ipſum quęſtionis iudicẽ, aliud ad eum qui in conſilio ſit, ſcribere: vel quia me apud hũc amore tantum & gratia valere exiſtimem, vt longa illa cauſæ explicatione nihil neceſſe ſit, præſertim cum a procuratoribus veſtris de re tota certior factus ſit, atque diligenter eruditus. De reliquo ſic tibi perſuadeas velim, nihil eſſe quod ab induſtria, ſtudio, officio, re denique noſtra proficiſci poſſit, quod non libenter ad tuendam dignitatem tuam ſim collaturus. Vale, ac animo forti magnoq́ fac vt ſis, Patauij. v. Id. Ap.

CRIST. LONG. FRANCISCO DELOINO S.

NEſcio q̃ tu pro noſtra neceſſitudine, literarum mearum officiũ deſideres: mihi quidem non modo certa res nulla, ſed ne genus oĩno epiſtolarũ aliqd in mẽtẽ adhuc venit, quo qdẽ tecũ cõmode agere potuerim,

Scis enim cum quę tēpora profectionē meam haud ita longo interuallo ſint conſecuta:tum vero ꝙ meum non ſit,inanibus literis amicos colere:eos pręſertim quibus a rep.non ſatis eſſe ocij exploratum habeā.quo quidem in numero cum te vnum ex omnibus eſſe diſtētiſſimum certo ſcirem,non obliuione tui,neque negligētia mea nullas tibi adhuc miſi literas: ſed quia nihil plane haberem, de quo ad te hominem occupatiſſimum,tam longe gentium ſcribendum exiſtimarem.Verum de mea erga te obſeruantia dabuntur,ſpero, ea aliquando a me ſigna,quibus facile iudicaturus ſis,tā hic a me tui memoriam ſumma cū beneuolentia cultā eſſe,q̄ & ſumma tua dignitas,& ſingularis tuus erga me amor poſtulare videantur.Interim de eo tecum agam,quod me nunc ad has tibi ſcribendum literas potiſſimum adduxit.Leonardo Pomaro Medico & Lugduni ſū vſus familiariſſime:& Venetijs, quotieſcūq; eo me animi cauſa confero,vtor adhuc non minus familiariter.Is in ſuſpicionem impietatis iſtic neſcio quomodo venit: puto ꝙ & homo Hiſpanus ſit,& Lugduno ante aliquanto ꝓfectus,q̄ in id hominum genus, quos Marānos appellāt,inquiri cœptum eſſet. Sed hoc,vt in rebus aduerſis, ſi non ęquo,forti certe animo tuliſſet. Illud autem non grauiſſime ferre nō poteſt,ꝙ præter damnatę ſectę ignominiam, & in abſentis etiā fortunas quadruplatores iā

inuaſerint,& in ſuũ caput de filio ſuo acerbiſſi
me iſtic quæratur. Ac filiũ quidem,qui in Gal-
lia ſit natus, atq; Lugduni ſancte inſtitut⁹, tũ
ipſius probitas atq; innocentia,tum vero illa
quę in eius ore elucet gallicę liberalitatis ſim
plicitas atq; facilitas,facile ab iſto crimine vin
dicabit. De patre vero,quẽ tibi minime cogni
tum eſſe reor,ſic tibi velim me authore pſua-
deas,virũ eſſe plane bonũ illum & doctũ,& ab
illa cuius nunc inſimuletur,ſuperſtitione lon
ge alieniſſimum. Scio equidẽ non eſſe pruden
tis affirmare de voluntate alterius:ſed ſi tamẽ
ex vultu,ex oculis,ex ſermone, breuiter ſi ex
lõgo vſu & conſuetudine pene quotidiana cu
iuſq̃ ſenſus & mens perſpici poteſt, auſim tibi
recipere nihil minus in Pomarũ cadere q̃ va-
nã iſtam,propter quã nunc in periculum vo-
catur,ſuperſtitionem. Quãq̃ niſi me fallit opi-
nio,non tã vlla læſæ religiõis ſuſpicione peri-
clitatur,q̃ ꝙ magnã pecuniã Lugduni habere
exiſtimatur. Noſti etiam tu,quæ ſit & horum
temporũ ratio,& q̃ impium hodie iſtic & gra
ue crimen,Hiſpanũ eſſe atq; locupletẽ. Sed nõ
faciam,vt te aut iſtorum improbitatis accura
tius admoneam,qui religionis noĩe ad quęſtũ
ſuum ſceleratiſſime abutuntur:aut q̃ ab homi
nis chriſtiani officio ſit alienũ, doceam,eos im
pietatis, nõ dico dãnare ſed omnino inſimula
re,q ſe Chriſtianos eſſe hoĩes aperte profitean
tur. Tantũ a te peto,vt ſi vllam in me fidẽ eſſe

putas,tantum huic meo teſtimonio tribuas, quãtũ de his alicui, qui in Pomari perniciem vel ſtultitia vel cupiditate aliqua occęcatus in cumbat. Sic enim certe de ipſo exiſtimo,vt de viro optimo,atq; religionis noſtrę ſtudioſiſſimo. Tum vero illud poſtulo,vt ſalua exiſtimatione atq; religione tua, quibuſcũq; reb⁹ poteris præſentem filium & abſentẽ patrẽ iuuare, iĳs omnib⁹ eos mea cauſa diligẽter cõplectare atq; tueare. Nec enim dubito quin vel tu iſti quęſtioni ipſi interſis, vel multos eorũ ex qb⁹ conſiliũ iſtud cogit,familiaritate atq; amicitia coniũctos habeas. Caput cõmendationis meæ hoc eſt, vt vel iudicio & beneficio tuo, vel etiã gr̃a & authoritate tua, qua te in iſto ordine valere plurimũ ſcio,enitare, contẽdas vt Pomari nobis ſalui atq; incolumes prę̃ſtẽtur. Q đ ſi feceris,cũ eos viros optimos atq; gratiſſimos cognoſces,tũ vero meip̃m ſingulari bñficio afficies,q hac de re tã laboro,q̃ q vehemẽtiſſime. Hoc vt velis,te vehemẽter etiã atq; etiã rogo. De me aũt: valeo dei benignitate,vt cũ maxie. Verſor aũt ſumma cũ voluptate in iĳs ſtudiĳs, quibus ego nec ſuauius quicq̃ nec honeſtius vnq̃ eſſe duxi. Vale. Pataui. x. Id. Apr.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

Ergo nõ fugam Barrianus meditabaẽ, ſed ſtratogema illud fuit, quo deceptis noctu hoſtibus ſe cũ Proſpero cõmodi⁹

coniungeret.ego vero quid ea coniunctio illis profutura ſit non diſpicio.Nam ſi dimicādum eſt, Gallos a tergo & a frōte ancipiti ꝑlio diſtineri fuit ſatius:Sin bellū ducendū, Ticino eis omnia infeſtiora reddi potuerunt. Sane ne illud quidē mihi probatur , ꝙ ipſe cuius maxīe peteretur caput,rebus adhuc dubijs vel aduerſis potius,tanto periculo ſe in tantum periculum coniecerit.Aut Gallos plane cæcos eſſe fateamur neceſſe eſt, aut omnē eos daturos operam, vt ne is e manibus elabatur , quo aut in poteſtatem redacto,aut cæſo,belli finē ſibi ſtatim fore non dubitant.Quare nō modo oēs præſidiorū ſuorum exitus poſthac diligentius cuſtodient,ſed maioribus etiā,ſi res coget,animis depugnabunt.Neq; tñ,ſi ſapient,in aciem deſcenderint,nō quia Mars ſit cōis, ſed ꝙ aſſidendo incruentā victoriam conſequi poſſunt: niſi fortaſſe eorum caſtra ad extremum oppugnaturi ſumus:qđ ipſum a Proſpero minime cōmiſſum iri certo ſcio. Sed ſi Galli eo quo dixi conſilio pugnā detrectabūt,qui omni cū copiatum tum opū genere hoſtibus longe p̄ſtāt: quid imperatoris noſtri prudentiæ relinquetur loci? Nā tantum,inquies,in Gallos homines cadit vel conſilii vel conſtantiæ.Si ita eſt, ſummis vtrinq; pugnabitur odiis, idq; inter Heluetios & Germanos , q de virtute ſua hoc ꝑlio decretū iri arbitrātur.Quē porro ſit acies habitura exitū dici nō pōt:ſed tñ,niſi qs Pani

cus exiſtat caſus, magno victoribus ſtabit victoria: Nam Hetruſci belli rationem ab eius quæ hic inſtat, pugnæ euentu totam pendere video. Ego certe animi vehementer pendeo, nec quid ad te ſcribam magnopere iam reperio, niſi hic vituperari Hiſpanos in Vigeuanæ arcis deditione, ꝙ cum Italis commilitonib' ſuis non minus ac ſibi conſulere potuiſſent, irati hoſtis arbitrio eos reliquerint. Nam de Alexandria a Gallis recepta hic iampridem audieramus. Vale.

CHRIST. LONG. STEPHA. SAVLIO S.

FRanciſcum Deuariū Corcyrenſem, cuius miniſterio in rebus domeſticis bienniū fere ſum vſus, tibi vnice commendo. Dimiſi autem illum a me, non quo mihi non ſatisfaceret operis ſuis (ſatisfecit enim cumulate & fide, & beneuolentia, & modeſtia, & probitate): ſed ꝙ in animo ſibi eſſe diceret, Romam hoc tēpore viſere, & dum per ætatem liceret. multorum hominum mores noſſe, & vrbes, quam quidem in opinionem quocūq; ille modo nunc venerit, eſt tamen a nobis in hoc conatu adiuuandus. Quare per mihi gratū erit, ſi curaris, vt apud virum aliquem grauem & honeſtum iſtic ei eſſe liceat. Quod vt velis, te etiam atq; etiam rogo. Nunc venio ad tuas literas, quas hic duab' deinceps epiſtolis accepi, In earum priore paululum me recreaſti, qui

ſpem reditus tui nobis aliquam attuleris, obſcure tu quidem illud, ſed (vt opinor) nõ temere. Itaq; ꝙ me iſto vocas, idq; mihi das conſilij quod rationibus noſtris ſit omnino accommodatius q̃ tuis agnoſco tuum in me amorem: ſed nihil mihi ſcito vſu atq; conſuetudine tua eſſe iucundius, vt ne ſi iſtic quidem Pontifex ſit Maximus, apud eum malim viuere, q̃ hic prudentia & ſuauitate tua aliquando perfrui. Quare ſi tu Patauium venturus es, nulla me hinc profecto ratio abduxerit. Sin minus, cũ Hadrianus noſter in Italiam aduentarit, tum aut tecũ de eo quod ſcribis, per literas deliberabimus, aut cõſilium tibi noſtrum ſtatim expediemus. Interea ꝙ prouidendũ mihi cẽſes, ne nimium operę in rem minime neceſſariã cõferã, atq; doctrinę ſtudio abſtrahar a rebus agendis: Ego vero neq; ingenuarum artium tam ſum ſtudioſus, vt eo quidẽ nomine adhuc vituperari a quoq̃ recte poſſim: neq; vllã ſane hodie magnopere video actionem, quæ literarũ noſtrarũ vſui delectationi, honeſtati ſit antepo nenda: niſi tu fortaſſe in ea es ſentẽtia, vt prĩcipibus iſtis ſeruire, ſit hodie remp. gerere, atq; adminiſtrare. Sed hoc quoq; ipſum alias. Literas, quas Genua proficiſcens mihi abs te ſcriptas ais, nihildũ accepi. Briſſo mecum erat cũ ſuperiores tuæ mihi ſunt Patauij redditæ. Is cum mihi de te alia multa, tum illud etiã, vt domũ tuam & rem familiarem ſibi patere vo-

luiſſes.quod ipſum, etſi ab iſta ſingulari tua li beralitate nõ erat alienũ,fuit mihi tamẽ audi tu iucundiſſimũ. Scripturũ eum ex Mutinen ſi,quemadmodũ tibi pollicitus eſt confido. Nã mihi quoq; ex literis tuis a me appellatus, id ſe facturũ recepit.De Hadriani ad collegiũ am pliſſimũ,& S.P.Q. Romanum literarum exẽ plis valde te amamus.Reſpondi priori. venio ad alterã.in qua illũ etiã mihi fuit gratiſſimũ, ꝙ ex conſilio noſtro omnia prius a te acta eſ ſent q̃ literæ meæ tibi venirent. Ex eo enim iudicaui q̃ conſentientibus eſſemus inter nos ſenſibus, qui quod ipſe cogitarẽ. tu tã longe a nobis gentium eodem tempore faceres.Nam ꝙ Bendinelli fratris tui iniuriã legibus & iudi dicio perſequi ſtatuiſti, laudo equidem pietatẽ tuam.ſed temporis in eo opportunitatem ve hementer deſidero:vereor enim mi Stephane chariſſime ne cũ in ſumma inimicorum tuo rum potentia,tũ in iſta gladiorum licentia tibi non ſatis tutũ ſit inermem contra armatos cõ tendere. Memento te eſſe Romæ, & quod me maxime commouet,in vrbe,quæ non ſolũ ſi ne imperio ipſa hodie ſit,ſed magnis aduerſa riorũ tuorũ opibus etiã nũc teneatur. Sed q̃m eo res iã a te deducta eſt,vt honeſte pedẽ refer re non queas,etiam atq; etiã diligẽter videto quantum vnicuiq; vel tuorum committen dum ſit.Quin aduentu Pont.Maximi omnia iſtic tutiora ſint futura, & tibi etiam æquiora,

non equidē dubito:ſed vt eo vſq; ſaluum te & incolumē nobis cōſerues, cū tuæ cautionis eſt & prudētiæ, tū vero diuinæ, opinor, cuiuſdam prouidētię. Proinde quanti nos facis, vel te a nobis fieri non ignoras, tantū (quęſo) fac in te cuſtodiēdo conſilij & diligentię adhibeas. Satis maturū & vberem pietatis tuæ fructum tuleris, ſi ſaluti tuæ his tēporibus conſulueris. Hector noſter mādata ad me tua nulla adhuc ꝑtulit, literas tantum Venetijs reddidit. Ex eius ſermone ſcribam ad te accuratius, ſiquid modo erit huiuſmodi, quod literis recte committi poſſit. Vale. Patauij. iij. Id. Mai.

CHRIST. LONG. ANT. FLAMINIO S.

HEctorem noſtrū, qui mihi literas tuas attulit, per ocium nondum conueni: ed conuento alteras ad te dabo. Interim ain tu periculum eſſe, ne Lęlio noſtro nō modo equeſter cenſus, ſed etiā equus adimatur? Atqui cenſu in eū ordinem a Leone noſtro lectus eſt, & ſtatim ab eiꝰ morte, turmę, vt audio, ꝓfectus. Sane nudiuſdecimus ab eo mihi ſunt reddite literę, qbus non modo tale quiddā mihi viſus eſt nihil metuere; ſed altos etiā illos decurionis ſpūs gerere. Sic eñ ceſſationē ſuam mihi excuſat, vt me, ꝙ de ea apud Marianum Caſtellanū per literas queri leuiter ſum auſus, etiā acerbiſſime accuſet. Sed hoc nobis humaniter ferēdūeſt. illud autē quod de Alexandri

no aſcripſiſti eqte, minime diſſimulandũ. Hominem nobis tam amicũ, tam probũ, tam doctum, ſpirantem adhuc & viuũ a ſcelerato iſto Chiromante domi ſuæ defoſſum eſſe. Hoc Lælius videt, nec cũ vniuerſo equitatu ſubuenit equiti pſertim Romano? Nã de agreſti illa, in quã ſeſe abſtruſurum eſſe Furnius Molſa affirmaret, ſpelunca, factus ſum a Briſſone noſtro certior. Ac de Furnio quidem non valdę ſum miratus. Vult eñ Furniã ſuã imitari, quam ſe ſe in recentẽ iſtũ Luparum furnũ iã abdidiſſe intelligo. Briſſonem ipſum ſum mirat⁹ eo inſanię pduci potuiſſe, vt ab iſta hominum luce in ſolitudinẽ & tenebras cõfugeret. Equidem vereor ne tu quoq; quaſi fatali quodam malo eodẽ prolabare, qui a grãmatiſtis iſtis tã cõtumelioſe ſis acceptus, vt ne inter poetas quidẽ tibi iã quicq̃ relictum ſit loci, qui etiam in diſſertorũ fueras numero, & vtriuſq; generis hominum exiſtimator habebare acerrimus. Sed iſtuc tua culpa eſt, qui Academicorũ tuorum inſtitutum oblitus, auſus ſis aliqd de me certius affirmare non modo q̃ res ipſa, ſed iſtorum etiã aures paterent. An neſcis ab Eraſmo noſtro laudatos eẽ Scarabęos & Crabones? eoſdẽ a nobis perpetuà oratione vituperatos? Quid igitur tibi venit in mẽtem, vt me illi non modo & cõparares & æquares, ſed etiam aſſeuerãter anteponeres. Ergo aut tibi ſolũ vertẽdum eſt, ne apud iſtos indoctus habeare, qui cũ igno

rantiæ profeſſoribus iamdudũ verſeris: aut ex Academiæ ipſius diſciplina commutes oratio nem, oſtendasq; me Eraſmo non modo non anteferendũ, ſed ne conferẽdũ omnino. Quod ſi feceris, cum tu volũtates eorũ facile recuperaris, tum vero me magna inuidia etiã liberaris. Sed hęc hactenus iocati. Franciſcum Deuarium Corcyrẽſem, qui has tibi reddidit, velim a me etiam atq; etiã cõmendatũ habeas. Nã cũ mihi miniſterio ſuo cumulate ſatisfecit: tũ ea eſt probitate, & fide, & pudore, vt tamen ipſum ſtudijs meis minime recõmodatum eſſe intelligã, tamẽ inuitus eum a me dimittam. Caput cõmendationis meæ hoc eſt, vt tãtiſper eum ſuſcipiatis & tueamini, dũ aliquid i quo ſpes ſit, iſtic nanciſcamini: quod ipſum nec longum, nec difficile fore ſpero. Hoc te tam rogo q̃ qđ vehementiſſime. Vix enim credas quantopere laborẽ, vt mea commẽdatione, tuo ſtudio, Saulij noſtri vel officio vel beneficio reb⁹ ſuis non male conſultum probus adoleſcẽs intelligat. Fuiſſet ad literas noſtras vel ętate vel natura aptior, profecto non tã facile a nobis diſceſſiſſet. Reliqua enim indoles eius ita mihi probatur, vt nihil ſupra. Vale & communes amicos a me ſaluere iube. Patauij. iij. Id. Mai.

His ſcriptis, necdum datis, accepi a Mariano literas, ex qb⁹ cognoui quid Molſæ noſtro iſtic accidiſſet. O caſum acerbum. Ait ille quidẽ a medicis hominẽ nondũ eſſe deploratũ: q̃q̃ ad

ſeptum trāſuerſum vulnus pertineat. Verum̃ me ſollicitum habet continens iſta febris,quę niſi cito diſſoluitur . Sed non queo plura præ dolore ſcribere.Tantū a te peto,vt quicūq; erit exitus,de eo me q̄primum facias certiorem.

CHRI.LONG.LAELIO MAXIMO S.

NÆ tu homo mirus es,qui cum in epiſtolę tuę initio aperte poſueris,nulla dicendi vi taciturnitatem poſſe purgari tuā,idem tamen ſtatim te mihi de ea ſic excuſare conere,vt me etiā perpetua oratione grauiſſime accuſes,ꝙ literas a me tuas deſiderari Mariano ſignificaſſem. Quid quęris?minime miratus ſum me tam longo temporum locorumq; interuallo,ex animo effluxiſſe tuo,qui ne in breui quidem ſcripto tuo memoria ſatis valere viderere. Atqui hoc ip̄m eſt,inqes, quare te inhumanitatis & temeritatis accuſē, qui mecum ſic agas. At quid potius agam,ſi nunquā, ſi niſi laceſſit⁹ ſcribis, & eo modo ſcribis,vt cauſam tecum expoſtulādi mihi ſemp afferas? Vide igitur vtrum fateri malis, μνημοσύνης ἁμάρτημα,an militaris inſolētię ferociam. omnino enim plaga tibi accipiēda eſt.Sed illa leuior ignauis,īqes:nā hęc honeſtior ἀνδρὶ δεῖ νῷ κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.Vtrū voles:mō culpā agnoſcas,& poſthac verba mea ſimplici⁹ iterp̄tere.Extra iocū mi Lęli chariſſime: nūq̄ te mei oblitū exiſtimaui,nō ſane magis q̄,

vt ſcribis,tui.Scio enim quanti me facias,q̃q; ſis in tuendis amicitiis & firmus & conſtans. Neq; vero ego,cũ ad Mariañ ſcripſi,verendũ mihi eſſe,ne tibi plane excidiſſem,qui ipſo an no nihil ſcripſiſſes, aliud volui atq; te leuiter pungere,vt literas quoquo modo elicerẽ tuas. In quibus etſi me aſperrime obiurgatũ eſſe te voluiſti:fuit ea tamen mihi obiurgatio ceſſatio ne tua non ſolũ tolerabilior,verũ etiam plane grata atq; iucundiſſima: pręſertim cũ & abun dantiã quandã tui erga me amoris oſtenderet, nec te iſtic tam equo meruiſſe,q̃ optimis atq; elegantiſſimis ſcriptoribus operã dediſſe ſigni ficaret. Caue enim putes quicq̃ adhuc nitidi⁹ a te profectũ,aut mihi certe miſſum eſſe orna tius. Quare cũ excuſationem tuam accipio,tũ vero etiam tibi gratulor, qui tãtum in ſtudiis noſtris nauaris operæ:tũ a te peto, vt ad nos homines amantiſſimos tui interdũ ſcribas:ſed illud q̃primũ,qui ſit hoc tempore vrbis ſtatus qui Pop.Ro.ſenſus,quę de Hadriano noſtro ex pectatio. Q; ſi nihil de rep.illud quidem certe fac ſciam, qui ſit Auguſti noſtri vultus, vnde noua iſthęc in Alexandrinũ equitem inceſſe rit religio,quid ſodali tuo acciderit Molſę, vt voluntariũ ſibi conciſcat exiliũ.Sed plura im pero q̃ ab hoie occupato pręſtari poſſint.quare ſi nõ ad omnia,ad eorũ aliqua ſaltem reſcribe: & Vale.Pat.iij.Id.Mai. Scripta,vt vides,perq̃ hilare epiſtola:ecce de grauiſſimo, necopina

to Molſę noſtri caſu fulmē. Oīno verba mihi deſunt, quibus dolorem meū tibi ſignificem: qui fortaſſe cohibendus eſt. Scio enim tantū te ex eo traxiſſe doloris, quantum vix vlla dies exhaurire poterit. Non igitur committam vt ad infinitum tuum mœrorem, luctum ipſum meum adiungam. Rogabo modo te, vt quod tua ſponte diligentiſſime facis in iſto curando vulnere, ſi quidem remediјs locus vllus relictus eſt, ſtudium tuum omne & induſtriam adhibeas. Ego enim ſi quid piæ preces, & abſentis vota valent, ſalutem ei optare non deſino neq; profecto modum faciam, dum tu me de exitu rei certiorem feceris. Vale.

CHRIS. LONG. CAMILLO THEOLO S.

MAxima ſum ex tuis literis affect⁹ voluptate, non eo ſolū, q̄ ſuauiſſime atq; per honorifice ſcriptę, magnā tuę erga me obſeruantię ſignificationem haberent: q̄q̄ id ipſum mihi pro eo ſane ac debuit, fuit gratiſſimum: ſed q̄ ea etiam verborū puritate atq; elegantia eſſent belliſſime contextę, vt illam, quā de ſtudiorum tuorum curſu præceptam animo habebam opinionem plane cōfirmarent, atq; haud ſcio an etiam vincerent. Omnino mihi non ſolum ęqualibus tuis, quos quidem norim, præſtare iam videris omnibus, ſed eo quoq; ſingulari quadam naturæ indulgentia perueniſſe, quo haud ita multos adoleſcentes pari ſtudio, atq; diligentia aſpiraſſe explora-

tum habeo. Quare cum tibi de iſta tui in percipiendis literis ingenij facilitate atq; proceſſu gratulor: tũ vero te hortor, vt quibus artibus operam tuam omnẽ adhuc dediſti in ijs ipſis tibi tam diu elaborandum putes, quoad tam vberes atq; maturos ſtudiorum tuorum nobis edas fructus, q̃ pulchros atq; ſuaueis literatæ iſtius tuę pueritiæ flores iam protuliſti. Quod ſi feceris, cum rationibus tuis optime cõſulueris, tũ vero & ex induſtria tua magnã aliquando voluptatem ceperis, & nomẽ tuum immortalitati commendatum conſecraris. Qđ autem me ad reditum amãtiſſimis verbis inuitas, facis vt in acerba grauiſſimę iniurię recordatione, ſumma tamen delecter orationis tuę dulcedine. Ne viuam, ſi quid adhuc hoc in genere ſcriptum legi humanius, vel etiam accuratius. Verum ea eſt ne forte neſcias, mea cauſa, vt tanta de re nihildum a me cõſtitui poſſit. Si quorum tamen voluntatibus aut precibus vnq̃ in eo ceſſurus ſum, faciam vt intelligas, magnum ad id ipſum literas tuas pondus attuliſſe. De quo ſic tibi velim perſuadeas, nullum eſſe neq; officij neq; ſtudij genus, quod quidẽ a me proficiſci poſſit, quo non ego ad te ornãdum, extollendum ſim libentiſſime vſurus. Tu modo fac vt in me amando perſeueres, & literis tuis nos interdum appelles. Hoc mihi, hoc tempore, facere nihil potes gratius. Saluta meis verbis fratres tuos, pueros optimos atq;

humaniſſimos.Vale.Patauii.Id.Maii.

CHRIST.LONG. STE.THEOLO S.

LEgi Camilli tui pueri humaniſſimi atq; optimi,ad me epiſtolam.Vix dici poteſt quãtum ex eo perceperim voluptatis.Equidem ea lecta facere non potui,quin & puero ipſi ſtatim reſcriberem,& tibi,quo potiſſimum authore in recta ſtudia incũberet, etiã gratularer.Scito enim neq; ſuauius neq; apti⁹ quicq̃.non modo ab iſta ętate,ſed nec a multo quoq; adultiore poſtulandum fuiſſe iis literis quas ille ad me nup dedit. Ne me hoc putes auribus tuis dare. Non vulgare quidem fuit, quod de ingenio ei⁹ & induſtria expectaui: ſed vicit tamẽ opinionẽ meã,atq; ita ſanę vicit,vt iſtas paucorũ annorum acceſſiones non excurrentis alicuius naturę incrementa,ſed euolantis pręclarę cuiuſdã indolis proceſſus eſſe iudicẽ.Tu(quęſo)fac,vt in quã ingreſſus eſt diſcẽdi viã,ab ea ne tranſuerſum quidẽ vnguẽ.Habeat Ciceronẽ ſemper in manibus, hũc legat ex omnibus vnũ,hunc amet,hũc admiret, ab eodẽ ipſo ſi quid ſcribendũ erit aut dicendum, non dubitanter ſumat, mutuetur. Sors enim vt ille ait,fit ex vſura.Reliquos,cũ erit ociũ,& iudiciũ ipſe facere poterit,tũ attinget.Interim hũc nũq̃ de manibus deponat: ex eo quaſi ex puriſſimo quodam atq; vberrimo latini ſermonis fonte,omnem emendate loquendi copioſeque dicendi rationem hauriat.Afferrem

hanc in rationem vulgo nō ſatis probatā plu ra,niſi tecū agerem,qui ſcias & videas q̄ inqui= nata ſit & abſurda eorū hodie oratio, qui alio atq; Cicerone ipſo dicendi ſcribendive magi= ſtro ſunt vſi.Illuc igit̄ redeo.Sic mihi placue= rūt Camilli tui literæ, vt gaudium meum ad te continuo per epiſtolam deferēdum eſſe du xerim:idq; cum pro mea in nomen Romanū beneuolentia feci,qui ingeniis veſtris ſupra o= mnem fidem faueam, tum vero vt ei⁹ quam tibi debeo memoriæ voluntatiſq; ſignificatio nem nonnullam darem,qui me vobis, vt nūc quidem eſt,ratione alia memorem & gratum oſtēdere poſſum nulla. Nā Camillium ipſum, ſiquid de iſtiuſmodi ætate certi pronūciari po teſt,in eorum certe q̄ paucorum refero numē rum,quos parentibus lętitiam,ſibi opes & gra tiam,poſteris etiam ſuis gloriam aliquādo al= laturos eſſe ſperem.Quæ res quoniā ad te vel maxime pertinet,qui eum talem tum procrea ris,tum liberali tua inſtitutione finxeris: vide ne quid vel de iſta tua diligētia, vel de ſtudio= rum eius ratione in hoc ætatis flexu remitta= tur.Vale. & vxori tuę Ludouicæ fœminæ pri= marię meis verbis gratulare.Patauii,Id.Maii.

CHRIST.LONG.IACOBO SADOLETO S.

Binas ad te iam dedi literas: alteras per= paucis ante Leonis noſtri obitum dieb⁹, alteras ſtatim ab eiuſdē interitu.Eas vt

accèpis,ſane vereor.Nihil em̄ tu adhuc reſcri-
pſiſti,homo cũ cęteris in reb⁹ diligentiſſimus,
tũ vero in ſcribẽdo impiger & officioſiſſimus.
Sin aũt reſpõdiſti,vide cui dederis. Ego.n.his
quinq; menſib⁹ nihil neq; a te,neq; de te.Itaq;
faciundũ putaui,vt eodẽ exẽplo tecũ agerẽ, &
hic te,ne me literarum tuarũ deſiderio diuti⁹
torqueres,rogarẽ . Nihilo em̄ meliore etiã nũc
loco res noſtrę ſunt,q̃ tũ erãt,cũ ſuperiores ti-
bi mitterẽ.Spes tãtũmodo quędã ex Hadria-
ni pontificatu,mihi iniecta eſt.Omnino vali-
turum apud eũ vel cõmune ciuitatũ noſtrarũ
vinculũ,vel q⁹ ipſe cum Philippo Caroli Cæſa
ris patre in Hiſpania vixerim,nõ deſpero: ſed
vt vſq;dum ille aduentarit ; & nobis ad eum
ipſum aditus patefactus ſit,ocium noſtrũ ho-
neſte tueri poſſimus(quoquo em̄ adhuc modo
poſſumus)tui eſt mi Sadolete tũ conſilij,tum
etiã auxilij.Verũ hoc ex re & cõmodo tuo. Nã
illud a te etiã atq; etiã vehementer peto,vt ſi
qd futurũ certo ſcio,ſingulari iſtius tuę virtu
tis doctrinæq; laude Pont.Maximo commen-
datus,in familiaritatẽ eius aut amicitiã vene-
ris,idẽ me tibi quadam ſtudiorũ ſocietate vel
opinione potius cõiunctũ atq; neceſſariũ eſſe
intelligat.Hoc ſi feceris,& me vel iudicij vel be
neuolẽtię tuę teſtimonio apud eum ornaris:
faciam vt eius te officij ne vnq̃ pœniteat:me-
morem quidem me ſemper, & gratum certe
experiere. Vale.Patauij.xvj.Calend.Iun.

CHRIS. LONG. MARIANO CASTELLANO S.

QVod tibi Lælius Maximus de ſcribendo receperat, in eo fidem ſuam liberauit. Dedit enim ad me literas, vberrimas quidem illas & elegantiſſime perſcriptas, ſed in quibus me grauiſſime accuſet, ꝙ de ceſſatione ſua apud te familiarius queri ſim auſus. Hoc eo pertinet, vt tibi poſthac literas meas vni miſſas exiſtimes, pſertim ſiquid iis huiuſmodi conſignaro, quod homines nobis parum amici in aliam atq; velimus partẽ accipere poſſint. Nã ſi iocationib⁹ ad te noſtris, quaſi grauioribus quibuſdam aculeis Lælij animus ita offenſus eſt, vt ſtomachoſioribus literis ea de re mecũ expoſtulandũ putarit: quid cęteros cẽſes, quos nec vlla erga me beneuolentia, nec politior vlla humanitas mihi coniunxit? Sed de his nimis multa, præſertim ad te, qui ſemel tamen a me admonendus fuiſti, ne dũ alios ex tuo ĩ me amore metiris, nouas nobis iſtic turbas incautus excites. De Flaminio ꝙ benigne polliceris, reſpondes illi omnino, quã de ꝓlixa iſta tua atq; benefica in ſtudioſos oẽs natura ſemper habui, opinioni: ſed nihil eo qđ oſtendis etiã nunc eſt opus. Inita eſt enim a nobis ratio, quemadmodũ hic adoleſcentem tueamur. In veſtiario tãtũ laboramus: in quo ſe adiut⁹ a te fuerit, ociũ eius liberalitate tua cõſtitutum eẽ iudicabo. De Panegyricis, res tota tui eſt cõ-

filij. Mea quidem nõ magnopere intereſt, niſi ꝙ iſtos emendatiores eſſe ſcio ijs quos deſcribendos curares. Noui librariorum veſtrorũ ſomnolentiã & imperitiam. Sed hoc, vt dixi, ipſe tu ſtatues, cuius potiſſimũ res agit. P. Bembo mandata tua expoſui: erã em̃ apud eum cum literę tuæ mihi ſũt redditę. narrabat is illo ipõ tẽpore, q̃ tu in extremis tuis literis de acerbiſſimo Molſę noſtri caſu aſcripſeras. O male factũ. Verũ ita ſe habent res humanę, vt hęc nobis neq; inuſitata, neq; intolerabilia videri debeãt. Ad hos. n. fortunę caſus naſcimur. Quid etiã? Accepi a Camillo Theolo literas, quas is te authore mihi miſerit. Viſa eſt mihi elucere in ijs ſupra pueri ætatẽ, quędã ingenij eruditionisq; forma. qua quidẽ de re & cũ ipſo, & cũ patre eius eo ſtatim egi cõſilio, vt alter a me laudatus magis excitaretur ad laudem, alter oẽm in excolendo filij ingenio adhiberet diligentiam. Vale. Patauij. xvj. Calend. Iun.

CHR. LONG. OCT. GRIMO. S.

VEreris, opinor, nequid mihi literis tuis moleſtię afferas. quã em̃ ego alium ceſſatiõis tuę cauſã eſſe ſuſpicer? Atqui ego nihil tale verit⁹ ſcribẽdũ ad te putaui, & eũ q has tibi reddidiſſet etiã diligẽter cõmendãdũ. Peto igit abs te, vt ipſum tãtiſper apud te eẽ velis, dũ nauẽ & tẽpeſtatẽ ſit nactus idoneã. Dimittendi a me hois cauſa nulla plane eſt alia, niſi ꝙ & ipſe Vrbẽ viſere cupiat hoc tẽpore, nec

ego eum ſtudiis meis ſatis accõmodatũ intelli-
ligã. præterea enim ſic fideliter beneuoleq; ope
rã ſuã mihi nauauit, vt tametſi ocii noſtri ra-
tionibus ſit minime omniũ aptus, tamẽ non
me libente diſcedat: neq; id vero ipſum mea
cauſa, cui miniſtri deeſſe nõ poſſunt, ſed q; ve
rear ne rerũ omniũ ignoratione perditus pla-
ne perdatur miſer adoleſcẽs. Vides ętatem, vi
des formã. Proſecutus ſum eũ viatico ſatis li-
berali: vberiore quidẽ certe q̃ facultates meæ
paterẽtur. Habet etiã a me ad Steph. Saulium
& M. Anto. Flaminiũ literas cõmendatitias:
veruntamen ſi quos tu Romæ habes amicos,
quibus eũ recte cõmẽdare poſſis de eo ipſo ve-
lim ad eos diligenter ſcribas: iſtic vero, vt ho-
noris mei cauſa, dũ conſcenderit, ei de habita-
tione accõmodes, te etiã atq; etiã vehemẽter
rogo. De Hieronymo Sauorniano ſiquid ha-
bes, fac ſciã. Bembus hic te ad Id. Iun. expectat,
ego vero etiã ante eũ diem literas tuas audiſſi
me. Nec vero te deterreo, quo minus in Gallos
iã ſcribas, qui cũ a pecunia tã flagitioſe eſſent
imparati, tantos tamẽ tota Italia tumultus cõ
morint: ſed me magis mouẽt qui ab iſta Tur-
carũ claſſe impẽdẽt reip. Chriſtianę caſus & mi
ſerię. q̃q̃ Pannones, Germanos, Sarmatas, Sau
romatas magnis hac æſtate copiis impetũ in
Thraciã facturos audio. Certe qui illinc veniũt
Pannones, Byzantiũ ſuũ iã numerãt. Sed de
his abs te doceri malim. Vale, Pat. 16. Cal. Iun.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

QVam perturbato ad me animo ſcripſiſſes, etiam te tacente, vel eo facillime collegiſſem, ꝙ nihil de iis quę potiſſimum abs te expectabam, mihi miſiſſes. Ac ꝑfecto ea perturbationis iſtius eſt cauſa, quę vel fortiſſimum quemuis de ſtatu ſuo deijciat. Nos tamen hic ea de re nihil omnino accepimus. contra potius heri, Adornios noſtros male acceptos & repulſos, ſeſe in citeriorem Galliam trepide ęgreq́ꝫ recepiſſe. Nam vel Proſpero vel Piſcariano Genuam cum exercitu proficiſci ſaluis Gallorum pactionibus non licuit. Sic eñ ijs nominatim cautũ audio, vt neve Proſper neve Piſcarianus, neve eorũ exercitus quinq́ꝫ paſſuum milibus Cremona longius diſcedat, quod ipſum a Gallis cum aliis de cauſis exceptũ eſſe ſuſpicor, tũ vero ne ſine iuſto exercitu turpiſſime obſeſſi viderentur. Sed quęcũq́ꝫ vel his id poſtulandi cauſa fuerit, vel illis eo deſcẽdendi, certũ eſt, ſi quidẽ vera nunciant ij qui illinc veniũt, neq́ꝫ Proſperũ neq́ꝫ Piſcarianũ cũ omnibus copijs in Liguriam profectos eſſe, & haud ita a Cremona longe nudius etiam tertius caſtra habuiſſe. Sed hodie, cras ad ſummũ firmiora ſciemus. Nec enim res tanta diu celari poteſt. Cõfirmauit mihi nuper iterum Pet. Bembus, te hic propediem futurum. quod ſi erit, erit id mihi optatiſſimum, qui coram cu-

piam de rebus communibus tecũ commentari. Sin minus, agam per literas accuratius, aut ipſe etiam ad octauũ Idus iſto me conferã. Literas tuas ſimul atq; accepi, ſtatim ipſi Panegarolę reddidi. Rogatus a me nunquid ad te vellet, cõſtitutũ ſibi eſſe reſpondit tabellarios ſuos tibi hodie mittere. Val. Patauij. iii. Nõ. Iu.

CHRIS. LONG. EGIDIO VITERBIENSI CARDINALI S.

CVM nuper eſſem apud P. Bembum, hominem amplitudinis tuę ſtudioſiſſimũ, lecta eſt mihi ab eo quædã epiſtola tua, quam is paucis a te ſibi miſſam diebus, & tua etiam manu ſuauiſſime atq; humaniſſime ſcriptam eſſe diceret. Ea q̃ illi iucunda fuerit, tute vel pro veſtra conſuetudine, vel ex eo etiam ꝙ totam mihi recitandam ipſe putarit, facile exiſtimare potes. Mihi quidem infimum eius caput, quod quidem vnum ad me pertinebat, tantæ fuit voluptati, quantam vix vllis verbis hic aperire queam. tametſi idem nonnihil admirationis attulit, ꝙ aditum mihi ad cognitionem tuam patefactum eſſe etiam munitũ ſignificaret, qui me tibi ne nomine quidem adhuc notum eſſe a· bitrarer. Sed tamen voluptas ipſa incredibilis fuit, cum me tanti abs te fieri perſpicerem, vt me tuis verbis, tanti viri ore, perq̃ amice & honorifice ſalutatum eſſe velles. Scio equidem nihil eſſe in me eiuſmodi, quod te iſta doctrina atq; dignitate virum,

ad amicitiam expetendam meã adducere de buerit:ſed tamen facere non poſſum,quin iſto tuo vel beneuolẽtię vel iudicij teſtimonio plu rimum delecter:& de eo etiam tibi gratias agã immortaleis, ꝙ me ad tuorum numerũ prius aſcripſeris ,q̃ id ego aut optare aut omnino ſperare fuerim auſus . Qua quidẽ ex re facile quoq; intelligo, q̃ non ſim facile expectationi de me tuę reſponſurus:cui tamen,vt i ſpero, ſa tis a nobis quoquo fiet modo, ſi vel perpetua grati animi memoria,vel vllo ſtudiorũ noſtro rum fructu teſtimonij tui laudẽ ſuſtinere atq; tueri potuero.Sic enim velim tibi perſuadeas, ita me tuis literis animatũ eſſe, vt iam ſim cũ ocium noſtrũ,quod minime fieri poſſe videba tur,cõplexurus multo ardentius, tum vero te eo habiturus & obſeruantię & ſanctitatis loco, quo is apud me debeat eſſe vir, quẽ & mihi a micisſimũ, & in ãpliſſimo ciuitatis noſtrę gra du ſingulari quadã & eximia tum optimarum artium atq; virtutum cõmendatione, tũ vero etiã diuinæ cuiuſdam eloquentię laude floren tem,collocatum eſſe nõ ignorem. Extremum illud erit:quod equidẽ nõ aſcriberẽ,niſi & gra uiſſimos viros idẽ rogare atq; rogari ſolitos eſ ſe ſcirẽ, & ipſe parum his confiderem artibus, quibus me tibi cõmẽdatũ eſſe ſuſpicor, ſentio enim q̃ parũ ab iis ſim vel ornatus, vel inſtru ctus.Peto igitur abs te,vt quando me tua ſpõ te in fidem atq; amicitiã recepiſti tuam, ſi mi

nus ſtudioſę noſtrę vitę gratia,conſtātię quidē plane tuę cauſa in iſta ad me amādum animi inductione atq; voluntate perſeueres.Ego eñi ne quod ſtudiū aut officium in colenda amplitudine tua meū vnq̄ requiratur,perficiam: opera quidem certe,vt nequis id vllo tempore iure deſideret,a me dabitur, eaq; optima atque perpetua. Vale.Pat.iiii.Cal.Iun.

CHRIS.LNOG.NIC.DRACONI S.

ETſi de tua erga me beneuolentia mini me dubitabam,qui q̄ cum cæteris in rebus omnibus,tum vero in tuēdis amicitiis conſtans eſſes & firmus,exploratum haberem:tamen ſcito mihi literas tuas,ex ea etiam parte fuiſſe iucundiſſimas,quaten⁹ me de perpetuo iſto tuo in me amore certiorē faciūdum putaſti. Nam q̄ ſcribis te,vetere illo depulſo morbo, ac priſtina plane recuperata valetudine,cū māſuetiorib⁹ muſis rationē habere,& in literis totum prorſus viuere cœpiſſe:id vero ipſum huiuſmodi eſt, vt ſiquis politiori humanitati faueat,ab eo tibi vere gratulādū exiſtimē.ego qdē certe eo maxime noīe & gaudeo,& vt tibi iſta tū valetudine tū ocij ſuauitate in perpetuū frui liceat, mirifice cupio atq; vehemēter exopto.Nec.n.mihi dubiū eſt, qn ſi id contingat,eos ſis aliquādo editurus ingenij & induſtriæ tuæ fructus,qui & nobis,qui te facimus plurimi, voluptatem afferant maximam,& tibi etiam ipſi gloriam pariant ſempi

ternā.Sed de mea erga te voluntate, neq; mi-
hi hic ſcribēdū puto,& ſi qd de ea vnq̃ ſignifi
care velim,eris tu mihi imitādus, qui arrepto
ex Fuluij literis teſtificādi amoris tui loco,nō
pri⁹ verbis q̃ re ipſa declararis, q̃ tibi res meæ
eſſent curę,idq; cū a me ne leuiſſime qdē fuiſ-
ſes admonitus. Sic em̄ velim tibi perſuadeas,
nihil abs te potuiſſe hocquidem tempore,pro
ficiſci ad me gratius ijs quæ de Vincentio Va-
ramiano tua ſponte tā diligēter curaſti.Omni
no enim aliquis iſta virtutis & ingenij indole
mihi opus eſt, id eſt is qui tū meis tū ſuis pa-
riter ſtudijs bene conſultū velit, & proſpicere
poſſit. Nodus hac in re vn⁹ occurrit, neq; is ſa
ne facilis,q; diſcipulū iſte ſe apud me fore,non
miniſtrum arbitratur,cum ea,vt noſti,mea ſit
ratio,vt ludus mihi nunc aperiendus non ſit,
ſed vno eiuſmodi aliquo opus q operas ea mi-
hi conditione locet & p̄ſtet ſuas,qua tecū Ful-
uius & Candidus hic vixerunt:tametſi multo
minus negocij apud me habiturus iſte ſit,q̃ il
li tecum ſuſtinuerunt. Primū enim ſcis q̃ ipſe
raro in publicū prodeam, & ſi quando domo
exeā,vt nunq̃ pediſſequo,ſemper vtar aut co-
mite aliquo,aut ipſe etiā ſolus vrbem obeam.
Deinde ſi quod eſt domi ſordidi⁹ miniſterium
ſuis id operis curat.Lectus modo vnus ei ſter-
nendus eſt:p̄terea nihil quod eum a ſtudijs ab-
ducat aut pudeat. q̃q̃ ne hoc omino ſeruile iu-
dico,tantum ocij tam parua opera,eaq; liberis

hominibus hodie vſitatiſſima, & pleriſq; etiā optatiſſima redimere atq; cōparare. Ita ſi Vincentius tuus, quē tu mihi & honeſto admodū loco natū, & fortuna eſſe ſcribis optima, eo eſt animo, vt literarū cauſa eo deſcenſurus ſit, facies me q̄primum certiorem, vt Franciſcum a me dimittā, & eius rationibus quoquomodo conſulā. Sin tanti literas & artes non facit noſtras, curato mihi alium: cui ſi affuerint cætera quib⁹ iſtum ornatiſſimum eſſe prædicas, non magnopere deſideraturus ſum ⁊ eo neq; generis nobilitatē, neq; vllum ſane fortunæ ſplendorē. Habeat modo tantū pecuniæ, quantū ad librorum ſumpt⁹, & veſtiariū tuendū ſatis ſit: reliqua a me ſuppeditabuntur abunde omnia. Quentiā illud nobis in primis erit curæ, non modo vt tēporis ei ſatis ſit, quo ad magiſtros eat, ſed vt in hāc quoq; noſtrā diſcēdi rationē atq; conſuetudinē ingreſſus, me ſibi & hortatorē ſemper, & ſi res poſtulabit, etiā interdum doctorem domi eſſe ſciat atq; intelligat. Quid quęris? ita a me tractabitur, vt dēpta cubiculi mei cura, nec a parēte liberali⁹ quicq̄, nec a magiſtro ſanctius cuiuis hoc in gn̄e poſtulandum ſit aut etiā expectandum. Habes fere quaſi adumbratam & informatam eius qui mecum victurus eſt, vitæ rationē. In quo illud tu etiam atq; etiam videto mi Draco, tanta cura dign⁹ is vt ſit, quē ad me ea ſpe miſſurus es: ne, ſi forte min⁹ aut ille mihi ſit vtilis, aut ego ei accō-

modatus, vtrũq; noſtrum tandem pœniteat: te tui iudicij,qui talem delegeris:me meæ fortunę,qui neminem reperiam quē meo ſtudio meiſq; officijs libenter complecti debeam. De Steph.Saulio quod quæris,eſt is Romę,eo ſtatim profectus,vt Hadrianus noſter Pont.Maximus renũciatus eſt.rogatus a me p literas, quid tam alieno tempore ad vrbem properaſſet,reſcripſit nihil ſibi fuiſſe lõgius q̃ vt tibi eſſet,vbi Bendinelli fratris ſui iniuriā ac mortē aliquando vlciſceretur,ſimul & de fructuoſſima illius ſacerdotij procuratione recuperatorio iudicio primo quoq; tēpore experiret. Eſt cũ eo M.Ant.Flaminius,homo,vt ſcis,nobis cum perpetua animorũ volũtate, tũ firma ſtudiorum ſocietate coniunctiſſimus. Ambos a te,ſi voles,ſaluere meis literis iubebo.Sed qd quæro velis ne,qui pro veſtra inter vos neceſſitudine,id te non nolle, atq; adeo cupere certo ſciam?Sic igitur propediem faciam.Tu vero meis verbis velim iis ſalutem impertias omnibus plurimã,quoſcunq; prædicatione tua nobis iſtic adiũctos & conciliatos eſſe voluiſti. Vale:& ſic te in iſto laudis atq; induſtriæ curſu gere, vt valetudini tuæ in primis ſeruias. Patauij.xvj.Cal.Iul. Quæ tibi ſupra de pueri apud me victuri conditione recepi,pręſtabũtur ea quidem bona a me fide omnia,atq; etiã aliquanto q̃ ſcripſi commodius & prolixius: ſed quando ab exiſtimatione mea alienũ vide

tur,vt mihi hac in re a quoq; perſcribatur, eū ad me velim mittas, qui ſe fidei meæ penitus cōmiſſū,atq; mihi plane traditū eſſe arbitret.

CHRIS.LONG.IO.PETRO MA-CHIAVELLO S

CVM ipſius Antonij Francini aduentus mihi per ſe iucundiſſimus fuit,tum hoc iucūdior q; ex multo & accurato ei⁹ſer-mone facile cognoui, eam mihi abs te adhuc præſtari memoriam atq; beneuolentiam,quæ ſit ab homine amiciſſimo & longo vſu coniun ctiſſimo expectanda. Omnino enim verebar, ne diuturna mea ceſſatione offenſus,alieniore a me eſſes animo : præſertim qui nec in eo qđ tibi anno ſuperiore per literas pollicitus eſſem fidem meam liberaſſem.Verum ea,vt noſti,re pente inciderunt tempora:quæ mihi non mo do iſtuc veniendi,ſed mittendi facultatem o-mnem prorſus eriperent. quibus ipſis rebus, etſi me tibi ſatis purgatum eſſe debere arbitra bar,tñ optatiſſimū mihi fuiſſe ſcito & gratiſſi-mum , quod de tuæ erga me voluntatis con-ſtantia atque perpetuitate Francinus noſter mihi nunciauit.Nam de me ſic tibi velim per ſuadeas , ita a me abſentis tui coli memori-am , non modo vt quicquam de meo in te amore imminutum nō ſit, ſed id ipſum quod fuit , etiam longo conſuetudinis tuæ deſide-rio ſic auctum atque incenſum , vt nihil hoc tempore , q̄ vt te videam , mihi ſit longius

atq; antiquius. Perſcriberē hic tibi omnem vi tę ſtudiorumq; noſtrorum rationem, niſi eam Francino ea ſane lege aperuiſſem, vt te de gener toto certiorem ipſe faceret. Ex ipſo igi tur ſubtili9 ſingula. Hęc a me ſummatim pau ca. Sic dei benignitate valeo, vt cum maxime ſic ocio fruor, vt qui ſuauiſſime: ea deniq; tum ſpe viuo, tum conſcientia ſuſtentor, vt ſi homi ni Chriſtiano in animo ſint omnia, neq; miſer neq; ſane ſim infelix. Vale. Patauij 7. Cal. Iun.

CHRIST. LONG. ANDREÆ NAVGERIO S.

CVm ad. xv. Cal. Iul. hac potiſſimū de cau ſa Venetias veniſſem, vt ab Rhamnuſio naturalem C. Plinii hiſtoriam auferrem intellexi nihil ei abs ea de re adhuc miſſum eſ ſe, ego vero iiſdem quibus ei Clementem Bri tannum literis commendaſſes, promiſſi tui ra tionem completam eſſe, arbitrabar. quod ip ſum quando non accidit (feſtinanter enim, & eo tempore properante Clemente ſcripſiſti, vt mihi mirū non ſit, te, de eo quod mihi pol licitus eſſes, fugiſſe tū ſcribere) fac, ſi me amas, vt ex literis tuis liber is nobis primo quoq; tē pore curetur. Vix enim credas quantam nobis illius inſpiciendi cupiditatem excitaris: ſimul & hoc tempore nactus ſum aliquid ocii, quod libenter in eius generis lectione ſim omne po ſiturus. Narrauit mihi Calceranus noſter, te to tū eſſe in literis. quod equidē nō ſum miratus,

qui ſcirem te iſto profectũ vt ſtudijs tuis frue‑ rere liberius. quod autẽ addidit, te etiã ſuauiſſi ma Baptiſtę Turriani doctiſſimi hominis cõ‑ ſuetudine vti: iſtuc vero ipſũ tibi & gratulor, & pene etiam ſubinuideo. Sed ſiquãdo in iſta loca venero (quod quidẽ primo autumno futu‑ rũ ſpero) faciã vt tu item mihi fortaſſe gratu‑ lere. Interim hominẽ meis verbis velim ſalue‑ re iubeas, atq; ipſe tu valetudinis tuę rationẽ in primis habeas. Apud Bembum eſt vt volu mus, Vale. Patauii. ix. Calend. Iul.

CHRIST. LONG. LAVREN‑
TIO BERTOLINO S.

NVnq̃ fore putaui vt aut res de qua ad te ſcriberem, aut etiam verba quibus tecũ agerem, mihi deeſſent, pręſertim ſi tam longo interuallo literas darem: ſed plane nũc deſunt, nec quid ſcribam, nec quomodo ſcribã ſatis occurrit. Equidem etſi ipſe me non ab o‑ mni culpa omnino vindico, qui commiſerim vt qui ſit rerum tuarũ ſtat⁹ etiã nũc ignorem atq; ex eo genus ſcribendi nullum reperiam: tamen tuũ fuerat, etiam tacente me, de eo ipſo mihi aliquid mittere. Nam de vitę meę ratio ne, tum iſtic tum Rome vel ex P. Bembo cer tior fieri potuiſti: de te vero quem rogarẽ ad‑ huc habui neminem, præter Verardũ fratrem tuũ, q me anno ſuperiore tuis verbis quidem ſalutauit, ſed eo ſane tẽpore, cum hinc perfectu rus, equũ iam admitteret. Idem cũ nuper feciſ

ſet Antonius Francinus,& nunquid ad te vellem rogaſſet:q̃q̃ quod ſcriberem non habebã, tamen hęc tibi breuiter ſignificanda exiſtimaui. Primum eo me adhuc erga te eſſe animo, quem cum ſingularis tua probitas atq; humanitas tum vero innumerabilia tua in me officia mereantur & poſtulent. Deinde fixum meum manere conſilium, quod tibi Lugduno decedens aperui, cum mihi decretum eſſe dicerem, quiduis potius perpeti, q̃ a ſperata ſtudiorum meorum laude ante aliquot annos diſcedere. Poſtremo ea me frui tum corporis valetudine, tum animi tranquillitate, vt ſi nobis res paulo ſit vberior, beati plane & eſſe & numerari poſſimus. Sed hoc fortuna viderit. Tu ſi poſthac literas meas voles elicere, mitte ipſe aliquid vnde mihi epiſtolę argumentũ naſcatur & ſententia. Ioanni Zenobio, Verardo, fratribus tuis, viris optimis, plurimã velim a me ſalutem impertias. Vale. Pat. 6. Cal. Iul.

CRIST. LONG. ANT. FRANCINO S.

SOLueram iſtinc eo, vt ſcis animo atq; conſilio, vt ſimulac Patauium appuliſſem, exararem literarum aliquid cum ad alios nõnullos, tum vero ad Philippum Strozam, Alexandrum Paccium, Verardum Bertolinum, de quibus nobis multus tum hic, tum iſtic fuiſſet ſermo. Verum cum nihil in mentem veniret, quod hoc quidem tempore illis a me recte mitteretur: ſuperſedendum putaui,

non vllo quidem ſcribendi labore, qui mihi vel omnino nullus, vel certe fuiſſet ſuauiſſimus, ſed inepta potius & odioſa, & a me profecto aliena inanium literarũ oſtentatione: præſertim cum tu is eſſes, qui & mea cauſa velles, & rationem conſiliorum rerumq́ mearum omnium ad eos aliquanto elegantius deferre poſſes, q̃ id ego vllis exequi literis. Sic igitur vt ſpero facies, hoc eſt eos meis verbis diligenter ſalutabis: ſimul & ſi noſtra audire cupient, dabis operam, vt ne vlla in re literas meas deſiderent. Noſti enim omnem ſtatus mei conditionem. Literas porro, quas ad Laurentiũ Bertolinum, & Ioannem Petrum Machiauellum do, velim primo quoque tempore eis reddẽdas cures, niſi tu forte ipſe Florẽtiam propediem cogitas. id ſi eſt, malim eas abs te accipiant, vt earum ſermonem ipſe oratione tua ſtatim ſubſequare. Sic enim ad eos ſcribo quaſi ex te plenius omnia cogituri ſint, quæ literis meis leuiter attingenda exiſtimaui. Sed hoc cõmodo tuo. Illud te etiã atq; vehemẽter rogo, vt cũ illo veneris, mãdata nr̃a tibi curę eſſe velis. ego quidem hic & memoriam tui ſumma beneuolentia tuebor: & literas tuas ea quam mihi oſtendiſti ſpe expectabo. Vale. Patauii, ad iii. Calend. Ian.

CHRIS. LONG. BERNARDINO CORTONAE S.

CVm nuper Fuluiũ fratrem tuum vbi eſſes,& quid ageres rogarem : eſſe te qdem ille Foroiulij Carnorum reſpondit: quid vero ageres,id ſe nõ modo neſcire,ſed nec tuas omnino literas vlla iampridem ratione elicere potuiſſe. Vereri aũt ſe,ne quid ad te delatum eſſet,quo animus tuus ſibi eſſet offenſior. Tũ ego q te nõ ſine cauſa iſta taciturnitate aduerſus fratrẽ tuũ vti arbitrarer,& ipſum etiam ſibi parũ vtilẽ adhuc fuiſſe ſuſpicarer:vide inquã ne te hic ita geras,vt merito ille tibi ſuccẽſeat,Studiũ inqt,ł me fortaſſe deſideret:grauius admiſſum nullũ reperiet.Quid tu,inquã, an ſceleribꝰ mõ putas, & atrocioribꝰ delictis animos bonorũ offẽdi,nõ etiã ignauia,inertia,luxuria,laſciuia,eorũ pſertim qui ſpem aliquam induſtriæ & virtutis nobis aliqñ præbuerint? Multa in hãc rationẽ cũ diſputaſſem, ſimul & illud ab eo expiſſem,auerſam eſſe a ſe ciſtellã quãdã tuam cũ aliquot ſudariolis:etſi rẽ leuiorẽ eſſe iudicabã,tamẽ grauiſſime eũ corripui,pfeciq; vt ille lachrymas vix tenẽs tum iuſtam aduerſus ſe indignationem tuam eſſe fateret, tum mihi gratias etiam magnas ageret, q; admonendi ſui curam ſuſcepiſſem. Quid multa? pollicitus eſt ſe in poteſtate tua futurum,ac iuri ciuili,aut etiã literis(nã dialecticis quidem & phyſicis nõ admodũ delectatur)ex authoritate mea poſthac operã daturũ.Vno ſe tantũ angi dixit,quẽadmodum tibi ſatisfaceret, quem

a ſe mirandũ in modũ abalienatum eſſe non dubitaret. Pœnitẽtia ſatisfeceris, inquã, & reliqui tẽporis diligentia. Hic ille cũ perturbato vultu obiurgationis tuæ acerbitatem horrere videret, nec eo a me adduci, vt ad te ꝓficiſcere tur, facile poſſet: recepi me curaturum per literas, vt omnẽ tu prius offenſionẽ deponeres, ꝗ ipſe in cõſpectum tuum veniret. Quare ſi quid forte propter infirmitatẽ ætatis minus ab eo ſtudioſe, vel etiã prudenter factum eſſe videatur: peto abs te, vt vel humanitatis tuę vel fraternæ neceſſitudinis, vel mea deniq; cauſa adoleſcẽtiæ eius ignotũ eſſe velis. Magnum tibi ſit, ꝙ ſe reſpexerit, ꝙ ſupioris vitę deteſtatus errata id conſilij ceperit, quod ipſi fructuoſum fore non dubitẽ, tibi certe gratum eſſe debeat & iucundum. Confirmauit eñ mihi, ſe in ſtudio ita euigilaturum, vt paucis menſibus tantum ſis ex ſua induſtria percepturus voluptatis, quantũ ex actę vitę inertia traxeris doloris. Scio equidẽ tibi hoc non facile perſuaderi poſſe, nec item meũ eſſe, alienæ voluntatis ac ſentẽtiæ, præſertim adoleſcentis hominis, ſpõſorẽ fieri: ſed tamen ea ipſiusfuit tum oratio, tũ etiam aſſeueratio, vt mihi fidem faceret, & eũ talem qualem volumus, futurum confiderẽ. Q đ cũ ita ſit, velim eũ quoq; poſthac omni fraterna pietate cõplectare, id eſt in bonæ mẽtis curſu eũ ſic adiuuandum cures, vt in tuendis ſtudijs ſuis neq; fortunæ iniquitatem, neq;

cuiuſq̃ accuſare queat iniuriã aut illiberalitatē. Hoc vt facias, te nõ tam mea iã aut ipſius, q̃ tua plane cauſa rogo. Tua enim maxime omniũ intereſt: fratrem tuum, id ætatis, cui nemo non facile concedat, ea indole, de qua optime ſperare liceat, omni potius officio & lenitate ad optimam ſpem excitari, q̃ nimia ſeueritate ad nouiſſima conſilia traduci atq; detrudi. Sed hæc tu pro tua prudentia conſiderabis melius. Mihi tamen gratiſſimum feceris, ſi, qđ has ad te ſcribẽs fore mihi perſuadebam, ei te facilem & exorabilem præbueris. quod vt velis te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale. Pataui, pridie Calend. Iul.

CHRIS. LONG. NIC. DRACONI S.

QVid tu iſtic de Varamiano, aut alio quouis ad ſtudiorum noſtrorum rationes apto & idoneo confeceris, neſcio. Nam ex literis quas mihi Paulus Sauornianus nuper a te reddidit, incerta adhuc omnia eſſe cognoui. ego quidem interim hic Fuluiũ tuum, vel noſtrum potius, in hanc ſententiam pduxi, vt ad bonã frugem ſibi iam tandẽ redeundum putaret, ac ſe vobis ſuiſq; dignũ aliquando pbere vellet. Viſus eſt mihi adoleſcens neq; in errore eſſe pertinax, neq; ad ea quæ honeſtiora ſunt percipienda, tardus. Certe enim mihi ſtatim pollicitus eſt ſe curaturũ, vt omnem ſuperioris vitæ inertiam a ſe abiectã eſſe intelligeremus, atq; ita abiectam, vt nulli ſuorũ

æqualiũ neq; ſtudio,neq; labore,neq; aſſiduitã te cedere iudicaretur. Sed quoniã huiuſce inductionis animi atq; recentis volũtatis fidẽ vobis a ſe fieri poſſe deſperaret, contẽdit a me vt ſibi ad te & ad Bernardinum fratrem ſuum literas de ſe accurate ſcriptas darẽ.quod ipſum hoc feci libentius, ꝙ eũ hac ratione, quę ad ociũ eius tuendũ ſunt neceſſaria facilius conſecuturum viderẽ,prȩſertim te authore,qui quã tũ apud fratres eius valeas,& mea etiam cauſa velis non dubitẽ. Sic igitur hominẽ tibi commendo, vt magis ex animo,iuſtioreve de cauſa poſſim neminẽ.Peterẽ hoc a te pluribꝰ verbis & vehementius, niſi ea eſſet adoleſcẽtis ipſius tũ cauſa tũ pudor,qui te vel ſua ſponte ad rẽ ſuſcipiendã cõplectendãq; inuitaret. Quin fratrẽ apud fratres in gratia facile poſiturus ſis ambiguũ non habeo:illud tantum bonus adoleſcens reformidat,ne acerbioribus illi verbis ſecũ agere velint,q̃ fraternę pietatis vinculũ patiatur.Huic tu malo, mi Draco, accõmodato ad eã rationẽ ſermonis tui lepore, velim in primis medeare. atq; ita occurras, vt prius q̃ congrediantur,omnẽ iſti ex animo offenſionem depoſuerint, placatosq; ſe & ęquos venienti fratri præbere parati ſint. Sed de Fuluio hactenus. De me vero ſic habeto:nulliꝰme rei expectatione ęque ſuſpẽſum eſſe hoc tẽpore, atq; illiꝰde qua inter nos ꝓxime ſcripſimꝰ.Quare,ſi me amas,vel potius quãtũ me amas,tanq;

tum in eam rem incũbe, facq́ꝫ vt abs te prope diẽ aliquid ex animi noſtri ſententia confectũ eſſe intelligamus Ego etſi ad vos ex Idib⁹ aut etiã Calendis Septemb. cogito, tũ vt vltimam iſtã Venetię oram, & Carnorum regionem perluſtrem, tum vero vt eos quos mihi iſtic cõparaſti amicos viſam & complectar: velim tamẽ interim Camillo Colloretano ſalutem diligenter referas, eaq́ꝫ ãpliſſimis verbis a me polliceare omnia, quę ſint ab homine amiciſſimo expectanda faciã, vt nihil ei temere de me receperis. Vale. Patauij, Prid. Calend. Iul.

CHRIS. LONG. OCT. GRIMOALDO S.

CVM Ludouico Stephaniano, qui tibi has literas reddidit, nulla mihi quidem intercedit familiaritas aut conſuetudo, ſed ea eſt neceſſitudine atq́ꝫ amicitia Nicolao Leonico, cuius me cauſa omnia tum velle tum etiã debere non ignoras, coniunctus, vt ſi amicorũ communes ſunt etiam amici, mihi non poſſit eſſe non neceſſarius. De hoc ipſo mecum egit accurate Leonicus, vt eum diligenter commãdarem. quod facio, teq́ꝫ vehementer etiam atq́ꝫ etiam rogo, vt ſi quid vnq̃ honoris mei cauſa factum eſſe voluiſti, in ipſius Stephaniani negocio quanti a te fiam declares. Quibus rebus eo poſſit commodare, nec tibi obſcurũ eſſe arbitror, qui rationes eius iampridẽ conſolidaris: etſi forte dubitas ab ipſo diligenter edocebere. Librũ Rodolphi Agricolæ de inuẽtione

dialectica. quem, vt ſcis, diu ſum oblitus Egnatio mittere, & ipſe aliquando tandem cum ad eũ pertuliſſem, oblitus quoq; ſum iſtinc diſcedẽs auferre, velim mihi referendum cures. videtur enim Egnatius noſter tam in eo remittendo indormire, q̃ ego in eo mittẽdo immemor fui & obliuioſus. Verũ tamen ipſi⁹ cõmodo: hoc eſt, ſi eo, vt cõſtituerat, & vt ego opinor iam ſatis eſt vſus. De rep. mirũ in tanta rerum omniũ perturbatione ſilentiũ: qđ tamen diuturnũ fore nõ puto. Sed nihil in his malis tã horreo q̃ Turcarũ claſſem: quæ cum in curſu, eſſe dicatur, quo tamen curſum teneat, adhuc ignoratur. Tu ſi quid de Regum noſtrorũ inſania vel furore potius habes exploratum, fac, amabo te, ſciam. Vale. Patauii. prid. Cal. Iul.

CHRIST. LONG. FRANCISCO BELLINO S.

NEſcio q̃ tu hodie mei viſendi cupid⁹ fueris, qui, vt me domi in aduentũ contine rẽ tuũ, heri non difficulter impetraras. Me quidẽ lõga tui expectatione ſuſpẽſum acriter torſiſti: ſed non impune feres, neq; vllã ſane maximi hymbris excuſationẽ accipiã. Quo enim dies ipſe tẽpeſtatibus extitit fœdior, hoc ſcilicet fuit ad horas multas ſuauiſſimo ſermone cõſumẽdas aptior & accommodatior. Nũc autem commiſiſti, non modo vt tua, qua quidem delector plurimũ, ſed vt Bẽbi etiã iucũdiſſima cõſuetudie hoc ocioſo die carerẽ. Oĩno. n.

ad eum aditurus fui, niſi vt te domi opperiret heri tam diligenter mecum egiſſes. Hoc te ſcire volui, cum vt ne me poſthac aduentus tui expectatione fruſtrere, tum vt ad querelā meā ſi quid forte potes præter nimbos & tonitrua meditere. Nolo enim te imparatum & mutū offendere. q̄q̄ ea tua eſt ratio, vt quid cauſæ afferre poſſis, non diſpiciam: niſi hoc fortaſſe ais, tanti tibi ſermones noſtros nō eſſe, vt pluuio ad me cælo, ac luculenta via accedas, qui ſericatis calceis vtare. Atqui perpetuis porticibus tectus venire potuiſti, & fuerunt nonnulla nimborum interualla. Sed hæc ex te malo cognoſcere. Tu, ſi cōmodo tuo potes, fac ſtatim a cœna congrediamur, eſt enim quod te velim.

CHRIST. LONG. IAC.
SADOLETO
PONTIFICI S.

EGo quidem mi Sodolete, ſine me (quæſo) quod nec ſtudiis nec amicitia noſtra indignum, paulo tecū familiarius agere q̄ vel ſumma tua authoritas, vel perpetuū meum de tua ſingulari virtute iudicium patiatur. Ego igitur mi Sadolete ſic mihi antea perſuaſeram, eſſe te virū omnino cum omni literarum genere præſtantiſſimum, tum vero incredibili quadam integritate atq; animi cōſtantia admirabilē: tanta aūt te vel humanitate vel ſuauitate p̄ditū eſſe, plane neſciebā, Sic enim vitā hominū eſſe arbitrabar, vti quiſq;

grauitate,temperãtia,dignitate, doctrina maxime excelleret, ita ſe ad hęc familiaria quidẽ officia minime demitteret. Nunc vero lectis tuis literis,quas tu ad me eodem etiam exemplo plurimas & ſuauiſſimas dediſti: ſane expectationem meã longe ſuperaſti,perfeciſtiq́; vt ipſe a me ſis poſthac etiam valde amãdus, nõ vt antea laudãdus modo & ſuſpiciendus.Nam ꝙ me turbulentiſſimo illo tempore Mellinia no, cum incredibili omnium ordinum inuidia iſtic arderem,tuis ſententiis perſępe ornaſti:ꝙ cauſam noſtram & in Senatu, magno cũ tuo periculo,& apud Põt.Maximum,ſumma mea cum laude egiſti: deniq; ꝙ certorũ hominũ offenſiones,& multitudinis calumnias fortiter ſubieris, nihilq́; tibi vel ſalute vel dignitate noſtra antiquius eſſe oſtenderis: multum tibi quidem, immo vero tantũ iis nominibus debeo, vt ſi ſubductis rationibus tabulas conferre libeat,ſoluendo ſim nunq̃ futurus. Verũ iſta vt neq; tuo erga me amori dediſſe, neque tuendi iudicij tui conſtantiæq́; tuæ cauſa potius q̃ ꝙ id ꝑequum eſſe putares, feciſſe videare: ſunt tibi quidẽ certe cũ P.Bẽbo,P.Paccio, ac nõnullis itẽ alijs viris clariſſimis cõmunia, quos in innocẽtia nr̃a tuenda pari tecũ ſtudio, induſtria,gr̃a,authoritate cõtendiſſe nõ ignoras. At vero ꝙ tu iſta doctrina, dignitate,ãplitudine vir,tot priuatis,tot publicis diſtẽt⁹ negocijs,ad me,ne lr̃is quidẽ meis ſubinuitatus,

ea quę diſceſſum meũ cõſecuta ſunt oĩa,tã ac curate,nec id vna epiſtola, nec aliena manu ꝑ ſcripſiſti,ꝑſertim cũ id vt ſcirẽ,tua nullã in par tem referret,mea plurimũ intereſſet:in hoc q dem ſocium habes neminẽ:hęc ſcilicet animi tui ꝓbitas,hęcfacilitas,hęc in hoĩem exterũ & multitudinis inuidia abiectũ humanitas,pla ne tota,quãtacũq; eſt,quę certe apud me maxi ma eſt, tota eſt inquã tua:itaq; me tibi deuin xit,vt nulla iã orõne cõſequi poſſim,quanti te faciam,quãtũ tibi debeã,quãtũ mihi omnẽ in partem enitendũ eſſe videã,vt me gratum me moreq́; ſemp intelligas. Sed hæc ſuo loco,ſuo tpe cõmodius.Nũc venio ad tuas literas, quas hic quatuor epiſtolis accepi: q̃q̃ id iã ſupuacu neũ in pleriſq; earũ videri poſſit.ſed quãdo ita vis geretur tibi mos, & ſingulis ordine quem admodũ poſtulas,a me reſcribetur. Ad primã quã ad.vi.Id.Septemb.cum in Britãniam iter haberem,dediſti:tibi hoc reſcribo, me vero ea iam inde ab ineunte adoleſcentia fuiſſe mẽte atq; animo,vt ne cui ęqualium meorum inge nuarum artium cognitione concederẽ. Nunc autem ſummo ſtudio conniti, vt me cum vo bis patronis fuiſſe nõ indignum,tum inſolẽti atq; ſcelerata iſtorum inſectatione multo indi gniſſimũ æqui & iniqui aliquãdo intelligant. Nam q; ſtatim a profectione mea in celeberri mo ampliſſimi collegij conſeſſu, ipſo quoq; au diente Pont.Maximo,ita ſunt in me inuecti,

vt parum abfuerit, quin omniũ prope ſententiis hoſtis abſens iudicarer: id equidẽ multorũ literis Genuę primũ, deinde Lugduni cognouerã, plenius aũt apud extremos hoĩm Morinos, atq; adeo apđ ipſos toto diuiſos orbe Britannos eadem omnia intellexerã. Quo nõ eñ gentiũ contumelioſę illius & peracerbę actionis fama peruenit? quas nõ terras vrbanus ille tumultus peruaſit? ipſis nimirũ (opinor, vt ſe exteris nationibus aliquid & eſſe & feciſſe oſtẽderent) tum ſuis, tũ amicorũ literis hoſce rumores diſſipãtibus. Profecto meorũ pleriq; vt primũ in cõſpectum veni, nec oculis ſuis ſatis credere, nec me ſaluũ arbitrari: cęteri vero, qđ quidem Gallis in more poſitũ non eſt, arctius etiã me amplexari: etenim quibus nihil ęque præter ſpem accidiſſet, atq; vt me incolumẽ intuerentur. Vt aũt a me reditum in Italiam adornari intellectũ eſt, nõ dici poteſt, quibus precib9, quibus promiſſis animũ meũ ab eo cõſilio ad remanendũ traducere ſint conati. Qđ poſtq̃ ſe fruſtra moliri viderunt, ad minas conuerſi, diris atq; execrationibus me defigere, qui ſpem ſuã tã crudeliter fallerem: nullo me nõ ſupplicio dignũ iudicare, q ſciens ac prudẽs in ipam inuidię flãmam me coniicerem, qui contumaciter ſpretis neceſſariorum, propinquorũq; & optime de me meritorũ hominum precibus, ad inimicorum meorum carnificinam feſtinarẽ, quã me ſemel euaſiſſe magni miraculi inſtar

eſſe ducerent. Sed extremum iſtuc parũ ad li-teras tuas:in quibus ꝙ ais Pont. Max.accuſa-toris noſtri actiões ita laudaſſe, vt cauſã meã ſuperiorem diceret,fuit id mihi quidẽ, pro eo ſane ac debuit,apprime gratum:verũ illud ti-bi minime aſſentior,illũ nominis noſtri dela-torem optimo omnia animo feciſſe, atq; ſum mis virtutibus ornatiſſimũ eſſe. Quib9 ille vel naturę vel fortunę ornamẽtis ſit prędit9,pla-ne neſcio:eſt quidẽ peſſime tũ de me,tum etiã de ſeipſo meritus, qui cõtra bonorũ omnium voluntatẽ,pręter ius omne ac fas,auſus ſit me abſentem,immo ne in ius vocatũ q̃dẽ,in ma-gno conuentu, apud principem ipſum, nõ tã accuſare,q̃ probris omnib9 impudẽter perfun-dere.qđ cuiuſmodi ſit,ipſe ęquius tu multo di iudicares,ſi vt es infamię inſolẽs,eodẽ loci im puris conuicijs,nõ magno tm̃ ſilentio, ſed mi-rifica etiam quadam conuiciatorum tuorum laude iactarere.Tu optimũ illum mihi,tu or-natiſſimũ,qui alieni capitis periculo hiſtrioni cę neſcio cuius geſticulationis famã aucupet? qui verę pietatis oblitus, apud ipſos religiõis Chriſtianę principes,in hominẽ Chriſtianum immaniter debacchetur? qui fœdam illam ci-uiũ ſuorũ ſeditionẽ ſibi concitandã putarit,vt per hominis noui innocẽtiſq; contumeliã,vel apertũ poti9 exitiũ, nomen illuſtraret ſuum? Tantũ abeſt vt cauſam eius mihi probaris,vt ne rationem omnino inire poſſim queãdmo-

dum mihi Pont. Maximũ & purpuratos iſtos patres excuſem, quos certe nihil minus decuit q̃ iſti in me declamãdi poteſtatem facere. Sed dixit perq̃ appoſite. hoc perinde eſt mi Sadole te ac ſi tu eũ apud me de eo laudares, q̃ conuiciũ mihi egregie feciſſet. Nolim equidem ipſe quẽq̃ odiſſe, nec ſi iuſtis etiã de cauſis odi, alios velim in ſententiã meã trahere. atqui permagni intereſt, purges ne apd me aduerſarios meos, an ornes, q̃q̃ nebulonem iſtum ne excuſari quidẽ abs te poſſe reor, qui cum ſub profectionis meæ tempus per cõmunes amicos, ac etiã Regis Frãci legatum mecũ egiſſet, facillimeq; impetraſſet: Quis enim me humanior? vt in gratiã rediremus: continuo tñ a diſceſſu meo, nõ contentus iis ſcilicet quæ in præſentem tota vrbe euomuiſſet, auſus eſt: ſed nõ faciam vt vulnera mea ſępi⁹ refricem: vlciſcar hominẽ. quid dixi? imo hominẽ amabo, petulãtiã eius & perfidiam ſemper auerſabor. Parũ tibi e religione Chriſtianus adhuc videor? Sit igitur ſane per me quidem, quando ita tu vis, nec ipſe mihi immitior q̃ ſibi fuit, vel optimis vel ornatiſſimis: nec tã ipſe accuſandus q̃ ſceleſti illius ſubſcriptores inſectãdi, quorũ cõſilijs actus inſanire cœperit. Q; aũt me mones, vt aliquãto maiorem valetudinis meæ q̃ ſtudiorũ noſtrorũ rationem habeã: agnoſco humanitatẽ tuam, ſed mehercule nõ ſum tam ſtudioſus q̃ tu fortaſſe exiſtimas, nec ſalutis meę tam ſecu

rus, quin malim hoc ocio diu perfrui q̃ nihil ſtatim neſcire. Nam ꝙ aiſ prolata defenſione noſtra, nõ modo cauſam meã omnibus proba tam fuiſſe, ſed magni etiam inde me oratoris nomen rettuliſſe: ego vero vtrũ moleſtius fer re debuerim, neſcio: inimicorũ ne vulnꝰ, an po tius amicorũ remedium. Illo enim in me toti us prope Italiæ odia concitata audio: hoc me vobis ridiculũ prębuiſſe non dubito. Etenim doctis hominibus eam orationem tantopere probari vt credam, fieri qui poteſt: quę ne meũ quidem iudicium vnq̃ promereri potuerit? Solari me ſcilicet in tãta calamitate voluiſti, ἢ μή τις μᾶλλον εἰρωνείαν φῇ καὶ μυκτῆρα οἷον ὢν ἀττικὸν προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. quam tamen in ſententiam adduci non poſſum, qui in te non minus fidei & humanitatis, q̃ prudentię ſemper & conſilij eſſe iudicaui. Verum quoquo modo res ſe ha bet, dabitur a nobis opera, vt & Italorum vo luntates recuperemus, & labefactatam ingenij noſtri fidem aliquando recipiamus. Singula rem erga me P. Paceij & fidem & animũ, vehe mẽtem itẽ Bapt. Caſalii ĩ tuẽda dignitate no ſtra propugnationem, etſi coram perſpexeram neq; de eorum conſtantia quicq̃ dubitabam: fuit mihi tamẽ ex literis tuis cognoſcere per iucundum, q̃ fideliter, q̃q; honorifice etiã ab ſentis cauſam defendiſſent. Iſtiꝰ patrocinij ne eos vnq̃ pœniteat diligenter curabimus. Qđ me ad extremũ hortaris, vt forti animo in

micorum iniurias ſufferam,ſimul & quantum mihi elaborandum ſit videam, vt incredibili quæ de me excitata eſt,expectationi ſatisfaciã. Ego vero pręclare vtrũq; mihi facere videor, qui & illas iampridẽ deuoraui, iamq́; cõcoque re incipio,& ad eam quam de me concitaſtis, ſuſtinẽdam opinionem me dudũ comparaui. Equidem in hoc ſum vno dies ac noctes tot⁹, vt (qđ initio tibi ſum teſtatus) tum me vobis patronis fuiſſe non indignũ, tum vero capitali illa & famoſa inſectatione multo indigniſſimum,non ſolum hæc hominum ætas,verum etiam omnis poſteritas intelligat. Iam venio ad epiſtolam,quam prid.Id.Decemb. cum Mediolani(opinor)eſſem,dediſti:cui quidẽ tamen quid reſpondeam nõ ſane habeo. Tãtũ eñ mihi de meo in Italiam reditu gratularis:ſed ita mehercule,vt humanitatis amoriſq́; erga me tui veſtigia nullis quidẽ literis imprimere potueris illuſtriora. Nam cum nullũ meũ extet in te officium, tua vero in me toti iam Italiæ nota ſint merita,ſic tamẽ negas quę in me cõtuleris conferaſq́; beneficia prętermitti abs te ſine ſcelere & ſumma inhumanitatis nota potuiſſe. Hæc ipſa ſunt mi Sadolete chariſſime, quę me tibi magis q̃ illa ipſa beneficia deuinciunt,quæ mihi ſomnum ſubinde excutiunt: nec me vigilare ſine cura, opinor, patientur, quoad præclarum aliquod grati erga te animi documentum protulerim. Ad Pont.Maximũ

CVm nuper Fuluiũ fratrem tuum vbi eſ-
ſes,& quid ageres rogarem: eſſe te qdem
ille Foroiulij Carnorum reſpondit: quid
vero ageres,id ſe nõ modo neſcire,ſed nec tu-
as omnino literas vlla iampridem ratione eli
cere potuiſſe. Vereri aũt ſe,ne quid ad te dela-
tum eſſet,quo animus tuus ſibi eſſet offenſior.
Tũ ego q te nõ ſine cauſa iſta taciturnitate ad
uerſus fratrẽ tuũ vti arbitrarer,& ipſum etiam
ſibi parũ vtilẽ adhuc fuiſſe ſuſpicarer:vide in-
quã ne te hic ita geras,vt merito ille tibi ſuc-
cẽſeat. Studiũ inqt,ſ me fortaſſe deſideret:gra-
uius admiſſum nullũ reperiet. Quid tu,inquã,
an ſceleribꝰ mõ putas,& atrocioribꝰ delictis a-
mos bonorũ offẽdi,nõ etiã ignauia,inertia,lu
xuria,laſciuia,eorũ pſertim qui ſpem aliquam
induſtriæ & virtutis nobis aliqñ præbuerint?
Multa in hãc rationẽ cũ diſputaſſem, ſimul &
illud ab eo expiſſiſſem,auerſam eſſe a ſe ciſtellã
quãdã tuam cũ aliquot ſudariolis:etſi rẽ leuio-
rẽ eſſe iudicabã,tamẽ grauiſſime eũ corripui,p
feciq̃ vt ille lachrymas vix tenẽs tum iuſtam
aduerſus ſe indignationem tuam eſſe fateret,
tum mihi gratias etiam magnas ageret, q̃ ad
monendi ſui curam ſuſcepiſſem. Quid multa?
pollicitus eſt ſe in poteſtate tua futurum,ac iu
ri ciuili,aut etiã literis(nã dialecticis quidem &
phyſicis nõ admodũ delectatur)ex authorita-
te mea poſthac operã daturũ. Vno ſe tantũ an
gi dixit,quẽadmodum tibi ſatisfaceret, quem

a ſe mirandũ in modũ abalienatum eſſe non dubitaret. Pœnitẽtia ſatisfeceris, inquã, & reliqui tẽporis diligentia. Hic ille cũ perturbato vultu obiurgationis tuæ acerbitatem horrere videret, nec eo a me adduci, vt ad te ꝓficiſcere tur, facile poſſet: recepi me curaturum per literas, vt omnẽ tu prius offenſionẽ deponeres, q̃ ipſe in cõſpectum tuum veniret. Quare ſi quid forte propter infirmitatẽ ætatis minus ab eo ſtudioſe, vel etiã prudenter factum eſſe videatur: peto abs te, vt vel humanitatis tuę vel fraternæ neceſſitudinis, vel mea deniq; cauſa adoleſcẽtiæ eius ignotũ eſſe velis. Magnum tibi ſit, ꝙ ſe reſpexerit, ꝙ ſupioris vitę deteſtatus errata id conſilij ceperit, quod ipſi fructuoſum fore non dubitẽ, tibi certe gratum eſſe debeat & iucundum. Confirmauit eñ mihi, ſe in ſtudio ita euigilaturum, vt paucis menſibus tantum ſis ex ſua induſtria percepturus voluptatis, quantũ ex actę vitę inertia traxeris doloris. Scio equidẽ tibi hoc non facile perſuaderi poſſe, nec item meũ eſſe, alienæ voluntatis ac ſentẽtiæ, præſertim adoleſcentis hominis, ſpõſorẽ fieri: ſed tamen ea ipſius fuit tum oratio, tũ etiam aſſeueratio, vt mihi fidem faceret, & eũ talem qualem volumus, futurum confiderẽ. Q̃d cũ ita ſit, velim eũ quoq; poſthac omni fraterna pietate cõplectare, id eſt in bonæ mẽtis curſu eũ ſic adiuuandum cures, vt in tuendis ſtudijs ſuis neq; fortunæ iniquitatem, neq;

cuiuſq̃ accuſare queat iniuriã aut illiberalitã tẽ. Hoc vt facias, te nõ tam mea iã aut ipſius, q̃ tua plane cauſa rogo. Tua enim maxime omniũ intereſt: fratrem tuum, id ætatis, cui nemo non facile concedat, ea indole, de qua optime ſperare liceat, omni potius officio & lenitate ad optimam ſpem excitari, q̃ nimia ſeueritate ad nouiſſima conſilia traduci atq; detrudi. Sed hæc tu pro tua prudentia conſiderabis melius. Mihi tamen gratiſſimum feceris, ſi, qđ has ad te ſcribẽs fore mihi perſuadebam, ei te facilem & exorabilem præbueris. quod vt velis te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale. Patauii, pridie Calend. Iul.

CHRIS. LONG. NIC. DRACONI S.

QVid tu iſtic de Varamiano, aut alio quouis ad ſtudiorum noſtrorum rationes apto & idoneo confeceris, neſcio. Nam ex literis quas mihi Paulus Sauornianus nuper a te reddidit, incerta adhuc omnia eſſe cognoui. ego quidem interim hic Fuluiũ tuum, vel noſtrum potius, in hanc ſententiam pduxi, vt ad bonã frugem ſibi iam tandẽ redeundum putaret, ac ſe vobis ſuiſq; dignũ aliquando pbere vellet. Viſus eſt mihi adoleſcens neq; in errore eſſe pertinax, neq; ad ea quæ honeſtiora ſunt percipienda, tardus. Certe enim mihi ſtatim pollicitus eſt ſe curaturũ, vt omnem ſuperioris vitæ inertiam a ſe abiectã eſſe intelligeremus, atq; ita abiectam, vt nulli ſuorũ

æqualiũ neq; ſtudio,neq; labore,neq; aſſiduitã te cedere iudicaretur. Sed quoniã huiuſce inductionis animi atq; recentis volũtatis fidẽ vobis a ſe fieri poſſe deſperaret, contẽdit a me vt ſibi ad te & ad Bernardinum fratrem ſuum literas de ſe accurate ſcriptas darẽ.quod ipſum hoc feci libentius, ꝙ eũ hac ratione, quę ad ociũ eius tuendũ ſunt neceſſaria facilius conſecuturum viderẽ,pręſertim te authore,qui quãtũ apud fratres eius valeas,& mea etiam cauſa velis non dubitẽ. Sic igitur hominẽ tibi commendo, vt magis ex animo,iuſtioreve de cauſa poſſim neminẽ.Peterẽ hoc a te pluribꝰ verbis & vehementius, niſi ea eſſet adoleſcẽtis ipſius tũ cauſa tũ pudor,qui te vel ſua ſponte ad rẽ ſuſcipiendã cõplectendãq; inuitaret. Quin fratrẽ apud fratres in gratia facile poſiturus ſis ambiguũ non habeo:illud tantum bonus adoleſcens reformidat,ne acerbioribus illi verbis ſecũ agere velint,q̃ fraternę pietatis vinculũ patiatur.Huic tu malo, mi Draco, accõmodato ad eã rationẽ ſermonis tui lepore, velim in primis medeare. atq; ita occurras, vt prius q̃ congrediantur,omnẽ iſti ex animo offenſionem depoſuerint, placatosq; ſe & ęquos venienti fratri præbere parati ſint. Sed de Fuluio hactenus.De me vero ſic habeto:nulliꝰme rei expectatione ęque ſuſpẽſum eſſe hoc tẽpore, atq; illiꝰde qua inter nos ꝓxime ſcripſimꝰ.Quare,ſi me amas,vel potius quãtũ me amas,tan-

tum in eam rem incũbe,facq́ꝫ vt abs te prope diẽ aliquid ex animi noſtri ſententia confectũ eſſe intelligamus Ego etſi ad vos ex Idibꝰ aut etiã Calendis Septemb.cogito,tũ vt vltimam iſtã Venetię oram,& Carnorum regionem per luſtrem, tum vero vt eos quos mihi iſtic cõpa raſti amicos viſam & complectar: velim tamẽ interim Camillo Colloretano ſalutem diligen ter referas,eaq́ꝫ ãpliſſimis verbis a me pollicea re omnia, quę ſint ab homine amiciſſimo ex= pectanda faciã, vt nihil ei temere de me rece= peris.Vale.Patauij,Prid.Calend.Iul.

CHRIS.LONG.OCT.GRIMOALDO S.

CVM Ludouico Stephaniano,qui tibi has literas reddidit,nulla mihi quidem inter cedit familiaritas aut conſuetudo,ſed ea eſt neceſſitudine atq́ꝫ amicitia Nicolao Leoni= co, cuius me cauſa omnia tum velle tum etiã debere non ignoras,coniunctus,vt ſi amicorũ communes ſunt etiam amici,mihi non poſſit eſſe non neceſſarius.De hoc ipſo mecum egit accurate Leonicus,vt eum diligenter commã darem.quod facio,teq́ꝫ vehementer etiam atq́ꝫ etiam rogo, vt ſi quid vnq̃ honoris mei cauſa factum eſſe voluiſti, in ipſius Stephaniani ne= gocio quanti a te fiam declares.Quibus rebus eo poſſit commodare, nec tibi obſcurũ eſſe ar= bitror, qui rationes eius iampridẽ conſolida= ris:etſi forte dubitas ab ipſo diligenter edoce= bere.Librũ Rodolphi Agricolæ de inuẽtione

dialectica.quem,vt ſcis,diu ſum oblitus Egna tio mittere, & ipſe aliquando tandem cum ad eũ pertuliſſem,oblitus quoq; ſum iſtinc diſcedẽs auferre, velim mihi referendum cures.videtur enim Egnatius noſter tam in eo remittendo indormire, q̃ ego in eo mittẽdo immemor fui & obliuioſus. Verũ tamen ipſi⁹ cõmodo:hoc eſt,ſi eo,vt cõſtituerat,& vt ego opinor iam ſatis eſt vſus.De rep.mirũ in tanta rerum omniũ perturbatione ſilentiũ: qđ tamen diuturnũ fore nõ puto. Sed nihil in his malis tã horreo q̃ Turcarũ claſſem: quæ cum in curſu, eſſe dicatur,quo tamen curſum teneat, adhuc ignoratur. Tu ſi quid de Regum noſtrorũ inſania vel furore potius habes exploratum,fac, amabo te,ſciam.Vale.Patauii.prid.Cal.Iul.

CHRIST.LONG. FRANCISCO BELLINO S.

NEſcio q̃ tu hodie mei viſendi cupid⁹ fueris,qui,vt me domi in aduentũ continerẽ tuũ, heri non difficulter impetraras. Me quidẽ lõga tui expectatione ſuſpẽſum acriter torſiſti:ſed non impune feres, neq; vllã ſane maximi hymbris excuſationẽ accipiã.Quo enim dies ipſe tẽpeſtatibus extitit fœdior,hoc ſcilicet fuit ad horas multas ſuauiſſimo ſermone cõſumẽdas aptior & accommodatior.Nũc autem commiſiſti, non modo vt tua,qua quidem delector plurimũ,ſed vt Bẽbi etiã iucũdiſſima cõſuetudie hoc ocioſo die carerẽ.Oino.n.

M

ad eum aditurus fui,niſi vt te domi opperiret heri tam diligenter mecum egiſſes.Hoc te ſci re volui, cum vt ne me poſthac aduentus tui expectatione fruſtrere,tum vt ad querelā meā ſi quid forte potes præter nimbos & tonitrua meditere. Nolo enim te imparatum & mutū offendere.q̄q̄ ea tua eſt ratio,vt quid cauſæ af ferre poſſis,non diſpiciam:niſi hoc fortaſſe ais, tanti tibi ſermones noſtros nō eſſe, vt pluuio ad me cælo,ac luculenta via accedas,qui ſerica tis calceis vtare. Atqui perpetuis porticibus tectus venire potuiſti, & fuerunt nonnulla nimborum interualla.Sed hæc ex te malo co gnoſcere. Tu,ſi cōmodo tuo potes,fac ſtatim a cœna congrediamur,eſt enim quod te velim.

CHRIST.LONG.IAC.
SADOLETO
PONTIFICI S.

EGo quidem mi Sodolete,ſine me(quæ ſo)quod nec ſtudiis nec amicitia noſtra indignum, paulo tecū familiarius age re q̄ vel ſumma tua authoritas,vel perpetuū meum de tua ſingulari virtute iudicium pa tiatur.Ego igitur mi Sadolete ſic mihi antea perſuaſeram,eſſe te virū omnino cum omni li terarum genere præſtantiſſimum, tum vero incredibili quadam integritate atq; animi cō ſtantia admirabilē:tanta aūt te vel humanita te vel ſuauitate ꝑditū eſſe,plane neſciebā, Sic enim vitā hominū eſſe arbitrabar,vti quiſq;

grauitate,temperātia,dignitate, doctrina maximeexcelleret, ita ſe ad hęcfamiliaria quidē officia minime demitteret. Nunc vero lectis tuis literis,quas tu ad me eodem etiam exemplo plurimas & ſuauiſſimas dediſti; ſane expectationem meā longe ſuperaſti,perfeciſtiq; vt ipſe a me ſis poſthac etiam valde amādus, nō vt antea laudādus modo & ſuſpiciendus.Nam ꝙ me turbulentiſſimo illo tempore Mellinia no, cum incredibili omnium ordinum inuidia iſtic arderem,tuis ſententiis perſępe ornaſti:ꝙ cauſam noſtram & in Senatu, magno cū tuo periculo,& apud Pōt.Maximum,ſumma mea cum laude egiſti: deniq; ꝙ certorū hominū offenſiones,& multitudinis calumnias fortiter ſubieris, nihilq; tibi vel ſalute vel dignitate noſtra antiquius eſſe oſtenderis: multum tibi quidem, immo vero tantū iis nominibus debeo, vt ſi ſubductis rationibus tabulas conferre libeat,ſoluendo ſim nunq̄ futurus. Verū iſta vt neq; tuo erga me amori dediſſe, neque tuendi iudicij tui conſtantiæq; tuæ cauſa potius q̄ ꝙ id æquum eſſe putares, feciſſe videare: ſunt tibi quidē certe cū P.Bēbo,P.Paccio, ac nōnullis itē aliis viris clariſſimis cōmunia, quos in innocētia nr̄a tuenda pari tecū ſtudio, induſtria,grā,authoritate cōtendiſſe nō ignoras.At vero ꝙ tu iſta doctrina, dignitate,āplitudine vir,tot priuatis,tot publicis diſtēt⁹ negocijs,ad me,ne lr̄is quidē meis ſubinuitatus,

eá quę diſceſſum meũ cõſecuta ſunt oĩa, tã accurate, nec id vna epiſtola, nec aliena manu pſcripſiſti, pſertim cũ id vt ſcirẽ, tua nullã in partem referret, mea plurimũ intereſſet: in hoc quidem ſocium habes neminẽ: hęc ſcilicet animi tui pbitas, hęc facilitas, hęc in hoĩem exterũ & multitudinis inuidia abiectũ humanitas, plane tota, quãtacũq; eſt, quę certe apud me maxima eſt, tota eſt inquã tua: itaq; me tibi deuinxit, vt nulla iã oĩone cõſequi poſſim, quanti te faciam, quãtũ tibi debeã, quãtũ mihi omnẽ in partem enitendũ eſſe videã, vt me gratum me moreḿq; ſemp intelligas. Sed hæc ſuo loco, ſuo tpe cõmodius. Nũc venio ad tuas literas, quas hic quatuor epiſtolis accepi: q̃q̃ id iã ſupuacaneũ in pleriſq; earũ videri poſſit. ſed quãdo ita vis geretur tibi mos, & ſingulis ordine quem admodũ poſtulas, a me reſcribetur. Ad primã quã ad. vi. Id. Septemb. cum in Britãniam iter haberem, dediſti: tibi hoc reſcribo, me vero ea iam inde ab ineunte adoleſcentia fuiſſe mẽte atq; animo, vt ne cui ęqualium meorum ingenuarum artium cognitione concederẽ. Nunc autem ſummo ſtudio conniti, vt me cum vobis patronis fuiſſe nõ indignum, tum inſolẽti atq; ſcelerata iſtorum inſectatione multo indigniſſimũ æqui & iniqui aliquãdo intelligant. Nam q̃ ſtatim a profectione mea in celeberrimo ampliſſimi collegij conſeſſu, ipſo quoq; audiente Pont. Maximo, ita ſunt in me inuecti,

vt parum abfuerit,quin omniũ prope ſenten-tiis hoſtis abſens iudicarer: id equidẽ multorũ literis Genuę primũ,deinde Lugduni cogno-uerã,plenius aũt apud extremos hoīm Mori-nos,atq; adeo apđ ipſos toto diuiſos orbe Bri-tannos eadem omnia intellexerã. Quo nõ ẽm gentiũ contumelioſę illius & peracerbę actio-nis fama peruenit?quas nõ terras vrbanus ille tumultus peruaſit?ipſis nimirũ (opinor, vt ſe exteris nationibus aliquid & eſſe & feciſſe oſtẽ derent)tum ſuis,tũ amicorũ literis hoſce rumo res diſſipãtibus.Profecto meorũ pleriq; vt pri mũ in cõſpectum veni,nec oculis ſuis ſatis cre dere,nec me ſaluũ arbitrari:cęteri vero,qđ qui dem Gallis in more poſitũ non eſt,arctius etiã me amplexari:etenim quibus nihil ęque præ-ter ſpem accidiſſet,atq; vt me incolumẽ intue-rentur.Vt aũt a me reditum in Italiam adorna ri intellectũ eſt,nõ dici poteſt, quibus precib⁹, quibus promiſſis animũ meũ ab eo cõſilio ad remanendũ traducere ſint conati.Q đ poſtq̃ ſe fruſtra moliri viderunt,ad minas conuerſi,di-ris atq; execrationibus me defigere, qui ſpem ſuã tã crudeliter fallerem:nullo me nõ ſuppli-cio dignũ iudicare,q ſciens ac prudẽs in ipſam inuidię flãmam me coniicerem,qui contuma citer ſpretis neceſſariorum,propinquorũq; & o-ptime de me meritorũ hominum precibus,ad inimicorum meorum carnificinam feſtinarẽ, quã me ſemel euaſiſſe magni miraculi inſtar

eſſe ducerent. Sed extremum iſtuc partũ ad li-
teras tuas:in quibus ꝙ ais Pont. Max.accuſa-
toris noſtri actiões ita laudaſſe, vt cauſã meã
ſuperiorem diceret,fuit id mihi quidẽ, pro eo
ſane ac debuit,apprime gratum:verũ illud ti-
bi minime aſſentior,illũ nominis noſtri dela-
torem optimo omnia animo feciſſe,atq; ſum
mis virtutibus ornatiſſimũ eſſe. Quib⁹ ille vel
naturę vel fortunę ornamẽtis ſit prędit⁹,pla-
ne neſcio:eſt quidẽ peſſime tũ de me,tum etiã
de ſeipſo meritus, qui cõtra bonorũ omnium
voluntatẽ,pręter ius omne ac fas,auſus ſit me
abſentem,immo ne in ius vocatũ qdẽ,in ma-
gno conuentu, apud principem ipſum, nõ tã
accuſare,q̃ probris omnib⁹ impudẽter perfun-
dere.qđ cuiuſmodi ſit,ipſe ęquius tu multo di
iudicares,ſi vt es infamię inſolẽs,eodẽ loci im
puris conuicijs,nõ magno tm̃ ſilentio, ſed mi-
rifica etiam quadam conuiciatorum tuorum
laude iactarere.Tu optimũ illum mihi,tu or-
natiſſimũ,qui alieni capitis periculo hiſtrioni
cę neſcio cuius geſticulationis famã aucupet?
qui verę pietatis oblitus, apud ipſos religiõis
Chriſtianę principes,in hominẽ Chriſtianum
immaniter debacchetur? qui fœdam illam ci-
uiũ ſuorũ ſeditionẽ ſibi concitandã putarit,vt
per hominis noui innocẽtiſq; contumeliã,vel
apertũ poti⁹ exitiũ, nomen illuſtraret ſuum?
Tantũ abeſt vt cauſam eius mihi probaris,vt
ne rationem omnino inire poſſim queadmo-

dum mihi Pont. Maximũ & purpuratos iſtos patres excuſem, quos certe nihil minus decuit q̃ iſti in me declamãdi poteſtatem facere. Sed dixit perq̃ appoſite. hoc perinde eſt mi Sadole te ac ſi tu eũ apud me de eo laudares, ꝙ conuiciũ mihi egregie feciſſet. Nolim equidem ipſe queq̃ odiſſe, nec ſi iuſtis etiã de cauſis odi, alios velim in ſententiã meã trahere. atqui permagni intereſt, purges ne apd me aduerſarios meos, an ornes, q̃q̃ nebulonem iſtum ne excuſari quidẽ abs te poſſe reor, qui cum ſub profectionis meæ tempus per cõmunes amicos, ac etiã Regis Frãci legatum mecũ egiſſet, facillimeq; impetraſſet? Quis enim me humanior? vt in gratiã rediremus: continuo tñ a diſceſſu meo, nõ contentus iis ſcilicet quæ in præſentem tota vrbe euomuiſſet, auſus eſt: ſed nõ faciam vt vulnera mea ſępiꝰ refricem: vlciſcar hominẽ. quid dixi? imo hominẽ amabo, petulãtiã eius & perfidiam ſemper auerſabor. Parũ tibi e religione Chriſtianus adhuc videor? Sit igitur ſane per me quidem, quando ita tu vis, nec ipſe mihi immitior q̃ ſibi fuit, vel optimis vel ornatiſſimis: nec tã ipſe accuſandus q̃ ſceleſti illius ſubſcriptores inſectãdi, quorũ cõſilijs actus inſanire cœperit. Qꝫ aũt me mones, vt aliquã to maiorem valetudinis meæ q̃ ſtudiorũ noſtrorũ rationem habeã: agnoſco humanitatẽ tuam, ſed mehercule nõ ſum tam ſtudioſus q̃ tu fortaſſe exiſtimas, nec ſalutis meę tam ſecu

rus, quin malim hoc ocio diu perfrui q̃ nihil ſtatim neſcire. Nam q̀ ais prolata defenſione noſtra, nõ modo cauſam meã omnibus proba tam fuiſſe, ſed magni etiam inde me oratoris nomen rettuliſſe: ego vero vtrũ moleſtius ferre debuerim, neſcio: inimicorũ ne vuln⁹, an potius amicorũ remedium. Illo enim in me totius prope Italiæ odia concitata audio: hoc me vobis ridiculũ prębuiſſe non dubito. Etenim doctis hominibus eam orationem tantopere probari vt credam, fieri qui poteſt: quę ne meũ quidem iudicium vnq̃ promereri potuerit? Solari me ſcilicet in tãta calamitate voluiſti, ἢ μή τις μᾶλλον εἰρωνείαν φῇ καὶ μυκτῆρα οἷον τὸν ἀττικὸν προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. quam tamen in ſententiam adduci non poſſum, qui in te non minus fidei & humanitatis, q̃ prudentię ſemper & conſilij eſſe iudicaui. Verum quoquo modo res ſe habet, dabitur a nobis opera, vt & Italorum voluntates recuperemus, & labefactatam ingenij noſtri fidem aliquando recipiamus. Singularem erga me P. Paceij & fidem & animũ, vehemẽtem itẽ Bapt. Caſalii ĩ tuẽda dignitate noſtra propugnationem, etſi coram perſpexeram neq; de eorum conſtantia quicq̃ dubitabam: fuit mihi tamẽ ex literis tuis cognoſcere periucundum, q̃ fideliter, q̃q; honorifice etiã abſentis cauſam defendiſſent. Iſti⁹ patrocinij ne eos vnq̃ pœniteat diligenter curabimus. Quod me ad extremũ hortaris, vt forti animo ini-

micorum iniurias ſufferam,ſimul & quantum mihi elaborandum ſit videam, vt incredibili quæ de me excitata eſt,expectationi ſatisfaciã. Ego vero pręclare vtrũq; mihi facere videor, qui & illas iampridẽ deuoraui, iamq; cõcoquere incipio,& ad eam quam de me concitaſtis, ſuſtinẽdam opinionem me dudũ comparaui. Equidem in hoc ſum vno dies ac noctes tot⁹, vt (qđ initio tibi ſum teſtatus) tum me vobis patronis fuiſſe non indignũ, tum vero capitali illa & famoſa inſectatione multo indigniſſimum,non ſolum hæc hominum ætas,verum etiam omnis poſteritas intelligat.Iam venio ad epiſtolam,quam prid.Id.Decemb. cum Mediolani(opinor)eſſem,dediſti:cui quidẽ tamen quid reſpondeam nõ ſane habeo.Tãtũ eñ mihi de meo in Italiam reditu gratularis:ſed ita mehercule,vt humanitatis amoriſq; erga me tui veſtigia nullis quidẽ literis imprimere potueris illuſtriora. Nam cum nullũ meũ extet in te officium, tua vero in me toti iam Italiæ nota ſint merita,ſic tamẽ negas quę in me cõtuleris conferaſq; beneficia prętermitti abs te ſine ſcelere & ſumma inhumanitatis nota potuiſſe. Hæc ipſa ſunt mi Sadolete chariſſime, quę me tibi magis q̃ illa ipſa beneficia deuinciunt,quæ mihi ſomnum ſubinde excutiunt: nec me vigilare ſine cura, opinor, patientur, quoad præclarum aliquod grati erga te animi documentum protulerim. Ad Pont.Maximũ

ſcribendi ſic mihi author es, vt interim nec qua ratione, nec quatenus cum illo nos agere velis pręſcribas. Atqui id in primis abs te expectabam. Veruntamen ſi quemadmodum tu ſcribis literæ illi meæ ſilentio gratiores futurę ſunt, non committam vt in eo officium noſtrum diutius a quoq̃ deſideretur. Nicolaus Tepolus talem ſe nobis hic præbuit, qualem tu mihi illum fore prædixeras. ſtudioſus eſt & doctus, & homo apprime temperatus: humanitate vero tanta præditus, quantam ab eius ordinis nemine expectaram. Hæc ad alteram epiſtolam. Nam ex tertia proſpexi q̃ vel in ſcribũdis ad me literis eſſes officioſus ac diligens, q ſimul atq; tuas mihi nondum redditas eſſe intellexeris, duas illas ſuperiores cũ ea quam ad Gul. Budæum dediſſes, eodem mihi exemplo ſtatim curaris. In quo illud quidem peropportune cecidit, q hac mihi ratione tuam ad Budęum, legendi poteſtas facta ſit. qua ſane ex re tanta ſum voluptate affectus, vt hoc equidem tempore nulla potuerim magis. Sed quoniam idem Budæus ad Bembum quoque noſtrum ſcripſit, literasq; eius elicuit, mitto tibi illarum exempla, ſed ea mediusfidius lege, vt tu me item Budæi ad te epiſtolæ participem facias. Nam quod Lælium Maximum in mittendis tuis ad me literis negligentiæ accuſas: ille autem ſtatim vt me Venetias appuliſſe audiuit, officio functus eſt, poſtridie enim

q̃ tibi ſcripſeram, tuas omnes accepi. Vellē idē Lælius ſe mihi tam facile de taciturnitate ſua purgaret, q̃ eū tibi hoc nomine excuſo. Adde bas Leoni noſtrū ad vrbē aduentum in expe-ctatione eſſe maxima, frequētemq; & perhonorificam atq; amicę volūtatis plenam ab eo de nobis mētioné fieri. Id ſi ita eſt, nōdū plane abiecti ſumus, ſperamusq; iſtorū iniuriam nobis aliquando & honori & emolumento fore. Conſedi autem hoc potiſſimum loco, q́ & ab vrbano iſto tumultu ſit alieniſſimus, & eorum mihi librorum hic fiat poteſtas, ſine quib⁹ inſtituta a nobis opera recte perfici atq; perpoliri nō poſſint. Nam q́ ſuſpicaris me Bēbi noſtri conſuetudine adductum huc migraſſe: valuit illa quidē ad id plurimum, ſed magis (mihi crede) locus ipſe, & Nicenę bibliothecę quoties libeat excutiendæ facultas. Iam deinceps epiſtolæ quam ad me proxime, id eſt ante. xj. Cal. Feb. dediſti, reſpōdeo: atq; illud equidem primum, Mihi iam non eſſe nouum, me abs te eorum fieri certiorem omnium, quæ tu ad rationes noſtras pertinere arbitraris. Deinde mihi gratiſſimum fuiſſe, q́ qui tuus eſſet ea de re tota ſenſus libere aperueris. Ego enim pari libertate animi (quod quidem te non nolle oſtendis) quæcunque mihi in mentem veniunt, diligenter perſcribam. Sic enim te rebus meis conſulere certo ſcio, vt ſalutis atque dignitatis noſtræ rationem in primis haberi velis.

Atqui hoc in genere vtraq; nobis conſtare, vt poſſit non plane deſpicio. Nã vt ſit incredibile totius erga me Florentini populi ſtudium, vt præclarum nobiliſſimæ atq; ſapientiſſimæ ciuitatis iuuentutem optimis tum moribus tum literis inſtituere, deniq; vt iis conditionibus & pręmiis homo tranſalpinus accerſar, q̃ ſuperbum ſit homini Italo vel q̃libet excellẽti doctrina prędito repudiare: vide tamen mi Sadolete ne mea ea ſit cauſa, vt ego id muneris vel honeſte ſubire, vel etiam ſuſtinere non poſſim, qui ius ciuile iam olim profiteri cœperim, qui in foro Lutetię Pariſiorũ ita ſim verſatus, vt in centumuirale illud iudicium allegerer, qui nec Pannoniæ regum nec Galliæ p̃miſſis ceſſerim, nec eos quibus nos Leo Pont. Max. ornatos eſſe voluit, honores abiicere poſſim, pręſertim cum is ocium noſtrum perhonorifice copioſiſſimeq; adhuc tueatur. Hic tu mihi ſcio, Iulium Firmicum, Lucianum Syrũ, Lactantium Firmianum narrabis, quos conſtat relicto foro atq; iudiciis, ad hanc ſe vitæ partẽ totos contuliſſe. Ego vero etiam ipſum M. T. Ciceronem poſt felicem illam nũq̃ ſatis laudati conſulatus ſortem, poſt fortiter & integerrime adminiſtratam Prouinciam, relatũq; inde Impatoris nomẽ, & laureatos faſces, quaſi ludũ amicis aperuiſſe ſcio: hac etiam ętate docuiſſe literas Hermolaum Barbarum & Hieronymũ Donatum patricios Venetos non igno

to. Addo illud: multos hoc ſibi inſtituto viã partim ad conſularia inſignia, partim ad cõſulatũ ipſum muniuiſſe, Senecas, Quintilianos, Auſonios, Floros, Frontones. Sed ii illis temporibus docuerunt, cum ea res multum etiam dignitatis afferret. Nunc cum & hæ iaceant artes, ad quas tu me vocas, & mihi populo ſcenæ ꝙ ſeruiendũ ſit, & tuenda in primis grauitas: vereor vt familiæ noſtrę honori ſatis a me cõſultum homines iudicẽt, ſi huc deſcẽdero. Sed cõtẽnamus ſane vulgi opinionẽ, ſtatuamusq; non poſſe cuiq̃ eſſe turpe id docere, qđ ſit multis glorioſum ſcripſiſſe, omnibus honeſtũ didiciſſe: etiam ne me obeundo muneri parem fore putas? Ego ſane, qđ me fateri quidẽ pudet, ſed hic fatear neceſſe eſt, nondum ad eum doctrinę gradum perueni, vt quiſq̃ ea in re optima mea opera vti poſſit. Magnum eſt, mihi crede, negocium, & laboris & deſperationis plenum, acerrimo eruditę illius ciuitatis iudicio ſatiſfacere: cui haud ſcio an Argyropoli, Chalcondyli, Laſcares, Aretini, Politiani, Lãdini, Marcelli oĩno ſatiſfecerint. Auget hanc meam diffidentiam non tam conſcientia mediocritatis noſtrę, quę tamẽ ipſa maxima eſt: q̃ quod incredibilem expectationem illic eſſe vel aduentus vel doctrinæ noſtræ prædicas. Quis.n. tãtę opinioni reſpõdeat? Ne tu hic illud modo ſpectes, quid de me aut certi homines, docti quidem illi & graues, ſed nimis amã

tes mei iudicent,aut etiam ipſe tu ſperes:illud potius tibi fac occurrat,quãtulũ id ſit qđ a nobis nunc prçſtari poſſe exiſtimes. Prçſenti eñ & numerata pecunia opus eſt, nõ ea q̃ annua, bima,trima die curetur.Verum fac a nobis vel ſtudio vel diligentia effici poſſe quçcũq; deſideraris:vacuum ne etiam periculo conſiliũ tuũ, & me inuidiæ parem fore mihi prçſtabis? Scis quanto capitis mei periculo Romæ certatum ſit.Vicimus nosquidem,& iuſte,deus immortalis,vicimus:ſed tamen plus offenſionis apđ multitudinem ipſa victoria cõtractum eſſe q̃ cauſa,nõ ignoras.Q̃ tu me vel fortẽ vel prudentem hic eſſe velis neſcio. Equidem ſæuiſſimas inuidiç tempeſtates excitari iam proſpicio,& imperitorũ in me renouari odia.Hominũ certe nobis aperte iratorum illa mihi iam audire videor.Vnde nobis ab vltima Barbaria nouus Anacharſis iſte? An non ille Italiç inimicus? Populi Ro.hoſtis? Apageſis lõgum & infelix iſtud loliũ. Eorũ vero qui nobis obſcurius ſunt iniqui,aut etiã patriæ ſtudioſi, paulo forte mitior fuerit oratio,ſed haud ita diſpar ad diſturbanda conſilia noſtra ratio. Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Non adeo neq; effœtam neq; ægram eſſe Italiã, qn ipſa ſibi dicendi magiſtros ſuppeditare poſſit. Non modo ad Hetruriæ populos, ſed ad vniuerſæ Italos hanc pertinere: nec omnino diſſimulandam eſſe contumeliã, vt vſq; trans al

peis accerſatur barbarus aliquis qui latinas in ipſo Latio literas conſerat. Præclare nimium mecum actum, ꝙ in Romanam ciuitatem veſtra paucorum factione irruperim. Iam nõ eſſe tolerandum, vt Romanos ipſos latinas artes atq; literas tanta vnus gloria in Italia doceã. Quid quæris? eo me certe nomine, quaſi ex iure manum conſertum vocabunt. quæſo, quid tum tu? quid ego? qui cũ inueterata illa ardeo inuidia, & ſum illiuſmodi hominum iniuriis neſcio quo meo fato opportunus, tũ vero me apte natura litium fugiens, nec ad ſubitas eorum velitationes ſatis exercitatus. Age vero, vincantur omnes facile a nobis, vel iuſtis vel tumultuariis præliis. Horreo tamen adhuc βῶας καὶ ξωάδας ἐλκιστασίτωλες; ſed aliter profecto atq; Hector ille Homericus. Nemo enim iſtorũ eſt, qn ſe de Italię nomine atq; dignitate optime mereri arbitraretur, ſi me inde, quando aliter non poſſet, vel veneno vel ferro exturbaret. Vides iniquũ pugnę genus, in quo turpis infamię plaga victo accipienda ſit, victori paratũ exitiũ, mortuo etiã miſericordia defutura. Quis enim vel meorũ, vicem meã doleat, ſi ſemel facto naufragio, ipſisq; multum & diu reclamãtibus, eo me iterũ demiſero, vnde exitũ nullũ videã? Quibuſnam igitur, inquies, rebus adductus in Italiam reuertiſti? Primũ, vt fidẽ quam de meo reditu vobis dederam, liberarẽ. Deide, vt veſtra doctiſſimorum atq; optimo-

rum virorum cõſuetudine fruerer. Poſtremo ꝙ ad excitanda fouendaq; ſtudioſorum hoím íngenia plurimũ conferre ſum arbitratus cæli veſtri clementiam,terræ halitum, maris afflatum,atq; vt vno verbo complectar omnia, felicem illum ac plane diuinum Italię geniũ ſum ſecutus:qui etſi nobis,hoc eſt tranſalpinis gentibus, ſua ſpõte non admodum fauet, exorari tamen ſe nonnunq̃ patitur,obſeruantiaq; noſtra & aſſiduo cultu delinitus non minore nos interdum indulgentia q̃ indigenas ipſos cõplectitur. Hæc fere ſunt mi Sadolete cur vicenis illis quinis in annos ſingulos ſeſtertiorũ nummum millibus haud ita mouear,& rẽ totam ad veſtrorũ hominum quempiam deferri malim:quæ ſi tibi probabuntur, ocio noſtro & inſtitutis a nobis ſtudiis bene conſultum iudicabo:ſin minus,in poteſtate tua tamen ſum futurus. Nec enim is ego ſum, qui cõſiliũ meũ anteponi velim tuo,quem toto de me animo ac ornamẽtis cõmodiſq; noſtris prudẽtiſſime cogitare exploratum habeo. Sed fuit tibi gerẽdus mos,qui cum multa ſententiæ tuæ conuenıẽtia diſputaſſes,quare munus iſtud a me recuſandum eſſe non putares,ad extremum voIueris,vt ſi a te in eo diſſentirem,diligenter & cõtinuo reſcriberem.quod quidem a me factũ eſt,eo etiam die quo tuæ mihi ſunt redditæ:facturus id tamen ipſum accuratius & per ociũ, niſi mihi tuis literis hanc feſtinanti neceſſita

tem impoſuiſſes. Q꞉ ſi tu bona fide, tuæ in ſcribendo incuriæ, tibi a me ignoſci poſtulaſti: qd me hic tādē facere par eſt, qui ad te, idq́ꝫ ſubito ſcribam? Sed nō cōmittam, vt tu me vel ineptū, vel delicias hic facere exiſtimes, pręſertim cū iādudū epiſtolæ modū exceſſerim: ſi modo hæc vna epiſtola appellāda eſt, qua ad quatuor tuas vberrimas & elegātiſſimas rñdi, & q̃ multa ſi non q̃ paucis, haud ita certe multis explicui. In eo tm̃ te admonitum velim, vt ſiue ꝑpter literarū exilitatem, & πεπυκνωμένως cōpreſſos verſus, ſiue etiam propter manus noſtrę ruſticitatem, difficilior tibi videbitur harum lectio, cures eas tibi per librariū tuū luculentius deſcribēdas: quod quidem inter ſe Budæum & Eraſmum noſtrum factitare audio, quos tu, ſi me audies, hoc in genere authores non aſpernabere. Vale. Venetijs. Prid. Cal. Iun.

C. L. BERNARDINO CORTONÆ S.

INcredibilem cepi ex literis tuis voluptatē: neq́ꝫ eam tamē ex ea potiſſimum parte, ꝙ & honorificæ & amoris erga me tui eſſent plenę: q̃q̃ id ſane ipm̃ quoq́ꝫ mihi fuit gratiſſimum: ſed ꝙ commendatione mea adductus cū fratre tuo in gratiā ſtatim redieris, atq́ꝫ oēs eius in te, ſiue iniurias ſiue ineptias appellare oportet, mihi condonaris. qua etiam de cauſa maxīas tibi, vt debeo, gratias ago: ſimul & vt de ipſo bene ſperare velis, a te poſtulo. Mihi em̃ ſubuereri videris ne is rē ad verba nō cōferat.

N

Depone(queſo)hāc ſuſpicionē: quę qd tibi ꝓ
futura ſit,nō video:mihi certe grauis & mole
ſta eſt,qui te iſta prudētia virū,eo qđ nunq̄ for
taſſe futurū eſt, malo iā laborare ſentiā. Oīno
eñ aut,qđ ſpero,in officio erat,aut (quod deus
auertat)ad priſtinos mores redibit. Si qđ mihi
pollicitus eſt,exitu pręſtiterit,gaudebis tu vn⁹
ex oīibus vel maxime.Sin indulgētia tua ab
utet̄,ſibi totū,nihil tibi peccarit. Deīde ēt illđ
tibi erit ſolatio,ꝙ in eo ſanando,quęcunq; ꝑo
tuerint adhiberi remedia, ea ipſe tu adhibue
ris. Et qñ medicinę facta eſt mentio, tu velim
eo ſis in fratrē tuū animo, quo clementes me
dicos erga ęgrotos eſſe nō ignoras, etiā eos q
ſua culpa in morbū de integro inciderūt. Neq;
eñ corpis humani magis eſſe arbitror ſæpius
ęgrotare,q̄ animi ipſius perſępe falli,labi, erra
re. Atqui morbos curare,vt alicuius ſit nō cō
temnēdę induſtrię & artis,nullius eſt tñ virtu
tis:cōcedere autem delinquētibus,& ſe tam le
nem deprecātibus præbere, q̄ placatum vitiis
noſtris Deum optamus, hoc vero quiddā pla
ne diuinum eſt:id eſt tuum:qui quominus vel
ætatis vel Dei ipſius beneficio iam delinquis,
hoc te magis eos miſerari nō odiſſe decet,quos
aliqu ibus animi perturbationibus vexatos &
& occæcatos huc:illud temere raptari atq; ferri
videamus.Quare te cum de Fuluio tuo ſpem
etiā nūc abijcere noli,tū vero ita poſthac ani
matū eſſe velim, vt ſi is iterū atq; iterū offen

dat,ei tamen ſæpius ignoſcẽdũ eſſe putes.egõ
qdẽ ipſe iterũ atq; iterũ deprecabor, & ſi bene
te noui,etiã fortaſſe veniã ei impetrabo. Sed
de his nimis multa,prgſertim ad te, qui ſi fra
ternę pietatis vi & ſenſu nihil tãgerere,Fran-
ciſci quidem Aſſiſiatis viri ſanctiſſimi, cuius
te æmulũ profiteris, exemplo commouerere,
quem quidẽ omniũ mortaliũ mitiſſimũ fuiſſe
atq; leniſſimũ omnes prędicant. Q; autem in
extrema tua epiſtola ſtudere te oſtẽdis,vt idem
frater tu⁹ apud me viuat: de eo ipſo ille mecũ
prius egit,q̃ me authore iſtuc proficiſceretur:
ac tũ quidẽ eã attuli cauſam,quã ipſe mihi vi-
ſus eſt facile accipere:nunc vero nihil verebor
me tibi indicare,atq; illud ſimpliciter fateri,tã
longũ mihi fuiſſe cum eo cõſuetudinis vſum,
tantã interceſſiſſe familiaritatẽ,vt nullũ mihi
in eũ neq; imperij neq; arbitrij ius relictũ eſſe
intelligã.Huc accedit q; ea veſtra eſt fortuna,
vt nihil ei mecũ viuere ſit neceſſe. Mihi autẽ
huiuſmodi aliquo eſt opus, cui cũ omnia ad-
ſint fratris tui ornamenta,tñ ea deſit facultas
vt ſe hic ſuo ſumptu cõmode tueri poſſit.Nec
eñ vllo ęque alio ac neceſſitatis vinculo mini
ſtros in officio cõtineri iudico:hoc eſt,ſi illis ex
ploratũ ſit,ſe ſuis rõnib⁹ ſine eo qcũ viuat,recte
nõ poſſe cõſulere. Habes conſilij mei rõnẽ,quã
tibi probatũ iri cõfido,ſpero qdẽ certe.cæteris
aũt in reb⁹ quibuſcũq; tibi cõmodare potero,
faciã vt mihi tua voluntate nihil eſſe cogno-

ſcas ãtiqus.Fuluio qdē ipſi neq; monēdo neq; hortãdo,neq;ſi res coget,meo labore ēt ſubducēdo,vllo ſũ loco defutur⁹.Vale.Pa.16.cal.Au.

CHRIS.LNOG.FVL.CORTONAE.

EAdem fere hora accepi hodie abs te & a Bernardino fratre tuo lr̃as,vt eodem mihi tpe redditas,ſic ĩ eãdē oĩno,qua de veſtro ĩ gratiã reditu, qua de Draconis noſtri abſentia,rõnē breuiſſime cõſcriptas.quorũ qdē altero nihil nobis potuit eē grati⁹ atq; iucũdi⁹: altero nihil facile moleſti⁹,vt q rē noſtrã iſtiuſmodi abſentia deſperatã, aut certe neglectam iſtic iacere perſpicerē. quorũ vtrũ min⁹ velim, nõ facile dixerim:ſed tñ malo rē nihil facultatis habuiſſe q̃ hoĩs amici diligētiã in ea deſiderare.Tu eũ,qđ te facere oſtēdis,rure velim excites,& cũ ipſo mãdata mea digeras,atq; diligēter pſequare. Nã de Camillo Colloretano qđ feciſti,ſcito mihi qdē fuiſſe gratiſſimũ: ſed illđ nõ minus fore acceptũ,ſi cũ de Varamiano aut alio quouis cõfeceris,ita ad nos cõfirmat⁹ ipſe reuertare,vt eo mihi gratias aliqñ Bernardin⁹ agat modo,ꝙ te in veterē ſuã gratiã reſtituerim,quo ſunt illi hodie a me p lr̃as actæ, ꝙ ſe tibi tã facilē atq; placabilē pbuerit.Draconem noſtrũ velim ſaluere iubeas,meiſq; verbis roges,vt qđ initio ſua ſpõte ſuſcepit, ac ſane diligēter viſus eſt gerere negociũ,id mea cauſa ad exitũ aliqñ tãdē pduci velit.Q; ſi vobis nihil iſtic occurrit,qđ ex re mea eſſe videat,facite me

q̃primũ de eo ipſo certiorẽ.Hic.n.aut Venetijs facile reperturi ſum⁹,qđ nobis ſit vſui futurũ, equidẽ mihi iãdudũ ipſe nullo negocio ꝓſpexiſſem,niſi rẽ totã,te authore,Draconi permiſiſſemus.qua de re ad ipſum quoq; ſcribere cũ in aio haberẽ,ac poti⁹ iã inſtituiſſem, ipeditus ſum verecũdia.Metui ſcilicet ne me is parũ in ſcribẽdo pudẽtẽ iudicaret, ſi crebras eadẽ de re literas a me acciperet.Tu ſi nihil dũ ad nos cogitas,aut etiã ſi ꝓpediẽ cogitas,fac tñ anteq̃ venias,lrę mihi a te veniãt.Vale.Pat.16.cal.Aug.

CHRIST.LONG.NICOLAO DRACONI S.

IAm literas tuas deſiderare incipiebã, cum mihi opportune ad.ix.Cal. Sextil.epiſtola eſt a te reddita:in qua illud mihi ſane iucũdum fuit,atq; haud ſcio an etiam iucũdiſſimũ, ꝙ te M.T.Ciceronis ſtudioſiorem iam factum eſſe cognoui. Certe.n.nõ modo quędam aſperſiſti,q̃ mihi eiuſce rei ſignificationem darent minime obſcurã, ſed etiã gñe toto Ciceronianũ quiddã mihi viſa eſt redolere.Laudo conſilium,ac ſimul te pro mutuo inter nos amore, ad eius ſcriptoris lectionẽ etiã atq; etiã vehementer cohortor,vel currentẽ potius incito. Etẽm ſi latina lingua non iam domeſtico aut forẽſi vllo vſu,ſed tacita quadã mutorũ doctorũ cõſuetudine percipiẽda eſt:cui nos tandẽ potius ad diſcẽdũ demus,q̃ illi q oĩm ętatũ iudicio habitus ſit oĩm eruditorũ eloquẽtiſſimus,

eloquentiũ eruditiſſimus. Eqdẽ ſic ipſe ſtatuo, primũ fieri nõ poſſe, vt qs cogitata ſua p̃clare ſatis & ornate latinis verbis cõplectatur, q nõ Ciceronis ſcripta diligẽter & attẽte perlegerit: Deinde eũ q illi⁹ libros multũ & ſtudioſe voluerit, ſi qdẽ mediocri aliqua ſit prudentia p̃ditus, ea ipa multis aliqñ fore admirabilem. Sin modica vel etiã exigua tinctus, ſic tñ inuenta ſua literis mandaturũ, vt in his nihil neq; putidũ neq; ineptũ a quoq̃ deprehẽdatur. Nec.n. ego Ciceronẽ ex ea ſolũ parte ſolitus ſum mirari, ꝙ accurata quadã oratiõis vbertate & copia omnes qui vnq̃ vſq̃ floruerũt oratores facile ſuperarit: ſed ꝙ ea ſit tñ in excogitãdo ingenij ſubtilitatẽ, vt nemo acutior, tum in collocandis & diſtribuendis rebus prudentia atq; iudicio, vt nihil ne fingi quidẽ poſſit cautius atq; omnino aptius. Huc accedit non iam humana illa, ſed plane diuina quædam orationis forma, quę cum elegãtia & dignitate ſit pręſtãtiſſima, tum vero ea eſt facilitate atq; venuſtate condita, vt quæ grauiſſima ſunt & ornatiſſima, & certis numeris ſtudioſius aſtricta, illaborata tamen & ſimplicia & ſoluta liberius fluere videantur. Hũc tu igitur, qđ facis, & admirabere in primis, & quoad eius fieri poterit, etiam imitabere. Vt enim nulla eius laudem conſequare induſtria, magnum tamẽ id erit & egregium, quod aſſequere, ſi optimo, q̃uis magno interuallo, fueris proximus, aut etiam in ter-

tijs,atq; adeo in quartis cōſtiteris.Sed alio de-lapſus ſum,qui ad literas modo tuas reſcribe-re i animo haberē.Nō potui ſcilicet facere. q̃n tibi paulo vberius explicarem,q̃ mihi in Cice rone perſequēdo cōſiliū probaretur tuū. Ergo ad literas tuas,in quibus quod ais Fuluio nihil authoritate tua fuiſſe opus,idē ille mihi quoq; ſcripſit.qua ex re duplicē cepi voluptatē, & q̃d tu ea moleſtia caruiſſes (moleſtum enim tibi ſcio futurū fuiſſe,tum in Vrbem venire hoc tē pore,tum vero magis ab inſtitutis ſtudiis tuis abduci & q̃ affines illi tui ſeſe fratri ſuo ęquos & faciles pręſtitiſſent. Veruntamen eſt q̃ tibi gratias nihilominus agam, qui te mea cauſa omnia fuiſſe facturū,& adhuc eſſe,ſi res coget oſtēdas.Fuluiū ipſum velim i hac ſtudioſę vi-tę volūtate oratione tua cōfirmes,confirmatū & viatico inſtructum ad nos primo quoq; tem pore remittas.Nā tu quidem,ſi ſapis,ex iſtis lo cis migrabis nunq̃,qui eā iſtic degas vitā,prę-qua meum mihi iam ingratum ſit ocium : de quo tamen vix credas, q̃ ipſe me beatum ali-quādo exiſtimarim.Auiū concētu e lectulo ad literas mane excitari:a libris circū florida pra-ta,circū amœniſſimos colles oberrare:ab am-bulatione, conuiuis iſtiuſmodi & ſermonibus perfrui.Dū calor ſe frāgat, aut in opaca ſuaui-ter vmbra meridiari,aut altiore in loco,leuio-ribus baliſtis & ſcorpionibus certioris dexterę & obtutus periculū facere.Inde admiſſis equis

ad venãdũ exire:poſtea ſe in bibliothecã abdere,vbi lectioni modũ nõ ſatietas,ſed ratio ipſa ſtatuat.Adiicis ad hęc lautas & magnificas neſcio q̃s cœnas,ab iis vero ipſis molliores quaſdam alias ambulatiũculas & literatas collocutiones: poſtremo ſuaues & delicatos illos ſomnos.Ne viuã,ni iſta eiuſmodi ſunt,vt ad ea vel ſpectanda mare tranſiturus fuerim, ſiquid vſq̃ tale exiſtere ſuſpicatus eſſem. Quid nũc cẽſes cum me iſto,ad tantę coeũdã felicitatis ſocietatem tam liberaliter inuitatũ vocetis:Noctes,mihi crede,ac dies iſtuc cogito, vel potius euolare cupio. Quare fac me circiter Id.Septẽbr.expectes.Adero enim ad eam diem Deo iuuante, nec ante ad reliquum peregrinationis obeundum progrediar, q̃ omnem vitæ ſtudiorumq; rationem penitus perſpexero,id eſt ipſe me vobiſcum aliquot dies in iſta agrorũ amœnitate oblectaro. Vale.Patauij.

CRIST.LONG.IAC.SADOLETO PONTIFICI S.

HIs literis quas mihi heri M. Antonius Michael Venetiis miſit, magnum cepi cum officii,tũ vero etiam tui de me iudicij fructũ.Officij,q̃ te mihi de literarũ tuarum ſilentio tã accurate excuſandũ putaris:Iudicij,q̃ me tecũ viuere,& tua omnia mihi volueris patere.Oĩno,etſi ea mea eſt fortuna hoc tempore,vt nihil abs te mihi potuerit deferri gratius,ſcito tamen egregiam tuam iſtã erga

me voluntatem,promiſſorũ tuorũ exitu mihi multo eſſe gratiorẽ: non quo iis quæ oſtendis opinionẽ viceris meã (pollicitus eñ mihi ſum de te ſemper oĩa quęcũq; ab hoĩe amiciſſimo & eodẽ liberaliſſimo expectanda eſſent): ſed ꝙ literas legens tuas, prolixã iſtã & beneficã tuam naturam mihi cernere atq; plane intueri viderer. Itaq; cum gratias tibi, vt debeo, ago maximas, tũ vt iſto in me animo in perpetuum eſſe velis, te vehementer etiã atq; etiam rogo. Ego enim ne qđ vnq̃ memoris a me & grati hominis officiũ aduerſum te prætermiſſum eſſe intelligas, obſeruantia, ſtudio, aſſiduitate, vti ſpero, perficiã. Nã ꝙ ais nullã tibi videri cauſam quare Patauiũ Vrbis domicilio anteponã: vt neue qd hic de mea inuidia, neue de iſto vrbis ſtatu afferã. ego vero ſi tam expeditas viuẽdi rationes haberem q̃ tu, mea non magnopere intereſſe arbitrarer, vtrobi ętatẽ agerem. Nũc cũ & tu rem familiarem ita conſtitutã habeas vt vbiuis gentium copioſiſſime te & honorificẽtiſſime pro priſtinę tuæ fortunę ſplẽdore, & ampliſſima iſta tua dignitate tueri poſſis: mea vero ea ſit conditio, vt vel in hac rerũ omniũ vbertate & copia, tamen ipſe me cum vnico aſſecla vix ſuſtentem: quid me tãdem Romę facturũ putas? Verũ quando mihi domũ tuã patere vis, hoc eſt me iſto perducere: nõ cõmittã vt conuictu & optatiſſimą mihi tua conſuetudine diutius caream. Sed quia res meæ hic ita

contractę ſunt, vt neq; facile neq; ſtatim expli cari queant, nondū habeo quid ad te de aduē tu meo perſcribā: ſimul atq; me ex pediero, fa ciam te certiorem. Interim memineris eo me eſſe animo, vt liberalitate & familiaritate tua aliquādo velim vti: tū etiā idē a te, qđ ſuperio ribus literis, hic peto, vt cum primum facul tas erit, aditum mihi ad Pont. Max. tua com mēdatione patefieri velis atq; cōmuniri. Hoc te tam rogo q̃ quod vehementiſſime. Vale. Pataui, ad. 3. Cal. Sextil.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO GRIMOALDO S.

IAmpridē nihil ſcribis, opinor, propter ina nē lætitiā eorū quæ de recepta a Fulgoſijs Genua proxime miſiſti, aut certe q̃a quod ſcribas noui nihil habeas: niſi forte vtraq; de cauſa etiam nunc taces. Atqui erroris illiꝰ cul pam vel ego, qui omnia mihi abs te ſignifica ri volebam, vel eorum qui falſum illū rumorē diſſiparant, pertinax impudentia ſuſtinuerit. Nā ſi quod mittas nihil habes noui, hoc vero ip̄m mihi erit plane nouū, pręſertim in tanto rerum motu, vel potius tumultu, & bello vn diq; ardentibus Gallia, Britannia, nec ipſa ſa tis pacata Hiſpania: in quam tamē Cęſarē no ſtrum ex Britannia Non. Quintil. tranſmiſiſ ſe audio. De appulſu eius nihildū certi nūcia tum. Rhodū vero maximis terra mariq; Tur carum copijs arctiſſime circūſideri, conſtantior

hic erat fama,q̃ vellem. Qđ ſi ita eſt,mirũ in tanta rei gerẽdę facultate Pãnones & Sauromatas domi ocioſos ſedere:aut ſi occaſiõe vtũtur,nihil de eo illinc ad nos literarũ affluere. Tu velim ad oĩa, ſimul & de re noſtra aliquid quam nihil adhuc tinniſſe valde miror. Hieronymum Sauonianum ſi nõdum exijt,velim a me ſaluere iubeas:itẽq; Ant.Marcilium,a quo mirificam aliquam de Elephanto in Hetruria literas docẽte epiſtolam diu expectaui. Memini cum a me Mutianus ille ter Conſul rideretur,q; ſibi elephantum eſſe viſum memoriæ mandaſſet,qui literarum ductus græcarũ didiciſſet & ſcriberet. Non vereor ne ſi qđ videm? ipſi,id a nobis literis mãdetur, impudẽtiſſimi ab omni poſteritate iudicemur. Quis enim tãta futurus eſt animi facilitate,cui tam explorata rerũ naturæ vis atq; potentia,vt tametſi proximũ humanis ſenſib?,& terreſtrium animalium eſſe elephantem ſciat maximũ, tamẽ his temporibus Elephãtum quẽdam extitiſſe credat,qui cum humana vteretur voce ſuauiſſima,tum vero etiam omni literarum genere perpolitus,atq; optimarum artium cognitione inſtructus & ornatus,tota Italia longe haberetur & doctiſſimus & eloquẽtiſſimus? Prorſus res noua eſt,& mira, & inaudita, & quę apud poſteros plus admirationis habitura ſit quàm fidei,niſi Marcilij noſtri ingenia ita memorię tradatur,vt facta nõ ficta eſſe videatur;

Vides vt omnia colligam,quo vel te,vel Marcilium ipſum excitem. Extra iocũ, ceſſationẽ tuã iam ferre nõ poſſum:ſuperioribus diebus eam quoquomodo tuli,q teipſum in dies ſingulos expectarẽ,nũc cũ ex Theocreni ſermone aduẽtũ tuũ deſperarem, hęc tibi qualiacũq mittenda exiſtimaui.Literas quas Iac.Sadoleto deſcriptas eſſe vides,dabis M.Antonio Michaeli Romam perferendas,idq ſtatim.qđ vt facias,a te etiam atq etiam peto. Vale. Patauij ad.iij.Calend.Sextil.

CHRIS.LONG.RAYNOLDO POLO S.

ETſi mihi nihil erat optatius q̃ Paccęũ noſtrũ primo quoq tẽpore viſere, tamẽ vtar literarum tuarum conſilio:ſed nõ ex ea parte,quo minus hac profectione ſtudia interpellentur mea (nullum.n.ego literarum ſtudiũ officio atq hũanitate duco antiquius:) ſed ne ipſe potius collocutiones veſtras aduẽtu meo interpellẽ, quæ quidẽ ſane cauſa fuit, cur ei tecũ obuiam ad foſſam Clodiã non ꝓdierim.Videbam enim eiuſmodi veſtrum fore cõgreſſum,cui vel intimi cuiuſuis,nedum alieni hominis interuentus moleſtus eſſe poſſet. Nã qđ de illius erga me beneuolẽtia & amore ſcribis,eſt id mihi omnino gratũ atq in primis iucũdum,ſed in quo nihil ipſe fallatur. Habet enim me cupidiſſimũ ſui,dignitatiſq ſuę ſtudioſiſſimũ,cui⁹ ipſius rei quem ego ei locuple-

tiorē edā teſtē q̄ te,q̄ q̄ ab eo humaniter ī Brī
tānia fuiſſem accept⁹,de me pſępe audiſti.q̄q̄
alia ſunt omnino,quę mihi hominē nondum
a me viſum,mirifice cōmēdarint.Eruditio,do
ctrina, & q̄d in pleriſq; omnibus ſtudioſis ho
die deſideres,ingeniū ad gerendā remp.aptiſſi
mū. Nūc vero cū ipſum mecū in amore certa
re ex literis ei⁹ tuiſq; pſpexerim, dabo operā
vt ne ipm iſtius inductionis animi & ad me
amandū volūtatis vnq̄ pœniteat.Sed hęc ma
lo corā ex me cognoſcat.Veniat modo,ſed pro
pe diē.Nā ſi procraſtinatis,ego vero iſtuc aduo
lo,neq; iam ſermonum conſuetudinisq; veſtrę
rationē vllam habeo. Scis in qua tu me ſolitu
dine reliqueris. Abeſt Flamini⁹, abeſt Bellin⁹:
tu deniq; cū toto comitatu. Adeſt vnus Iaco
bus,cui me curę eſſe voluiſti,& ſum equidē ei
etiam cordi, ſed non itē ille mihi.Nā poſtea q̄
rumores aliquos mihi renūciauit, nō iam ho
mo,ſed litt⁹ & aer:noſti cætera.Fac igiť p deū,
q̄d te facturum oſtēdis,vt mature venias, niſi
forte me hoſpitem paucis diebus iſtic habere
mauis. Non eñ cōmittam,vt cū tam propin
quis in locis ſim⁹,neq; ego vobis fruar, & vos
me diu careatis. Leonico noſtro decretū erat,
cras iſto ſe,ſalutādi Paccęi gratia cōferre. Ego
qui hominē minus adhuc belle habere, nihil
dū certe ad iter faciendū ſatis cōfirmatum eſſe
iudicarē:author ei magnopere fui, in viā vti
ne ſe daret hoc tempore.Metui ſcilicet ne vel

ineuntis autũni vel ſuperioris morbi grauitá te imbecillior, facile offenderet. Hinc meo cõſilio cũ manus ad extremum ille dediſſet, præſertim cum eum de aduentu veſtro ex literis tuis certiorem feciſſem, ſalutem hic tibi a ſe aſcriptam eſſe voluit plurimam. Vale. Ex vrbe Patauio, ad. xj. Cal. Septembr.

CHRI. LON. RAYNOLDO POLO S.

ETſi ſummis totius corporis doloribus oppreſſus dubia ſpe vitæ ſpiritum miſere duco, fecit tamen ſummum meum & perpetuum de te iudicium, vt hos cruciat⁹ neſcio quo modo frangerem, dũ ſupremo hoc literarum munere ad te perfungor. Nã poſtridie q̃ ad te ſcripſi, ſęuiſſima me febris arripuit, quæ ita me hoc triduum torſit, vt nihil vnq̃ acerbius in vita ſim perpeſſus. ſcilicet quaſi diuinarem ita futurum, volui quemadmodum tibi proficiſcenti oſtenderam, vt bibliotheca mea omnis tibi obueniret, ſi quid mihi in ea quam adornabã peregrinatione accidiſſet. Verum vt vides, propius erat q̃ arbitraremur ſũmus ille noſter dies. Peto igitur abs te p amicitiam noſtram quam ad ſummum perueniſſe exiſtimo, vt mortuo mihi memoriam beneuolentiaq́ꝫ quam neceſſitudo noſtra poſtulat humaniter ac pie præſtes. Da operam vt valeas: & Paccæo meis verbis ſalutem impertias plurimam. Vale. Patauij. viij. Calend. Septembr.

PETRI

BEMBI ET IACOBI SADOLETI EPISTOLARVM LIBER.

PETRVS BEMBVS CHRIST. LONG. S. D. P.

CVRaui mandata tua Florētię diligēter: idq; āplius, ꝙ Protonotario Bartholino, quí mihi viſus ē mirifice de te & ſentire & loq, defenſionū tuarū librū dedi. Cum Iulio Cardinale multꝰ de te ſermo, is mihi ſignificauit, ꝙ ad te Iacobꝰ Sadoletꝰ de Florētinorū erga te volūtate ſcripſerit, ſe authore factū. Romā cū veniſſem, Cardinali Colſinę defenſiões tuas miſi: Sodoletū ip̄m, Pacciū. Adorniū, Læliū, reliquoſq;, de qbꝰ me tuis in lr̄is admones, tuo noīe ſalutaui. Poſtremo ēt Leonis. X. Pōt. Max. pedibꝰ, cū is e Māliano rediiſſet, dedi oſculū tuis verbis. nā me i Vrbe ꝓpter ībecillitatē valetudinis meę Apēnini traiectu vięq; tędio & laboribꝰ auctā decē ip̄os dies cōtinuerā. ille vero me, vbi eſſes, qd ageres, qd cogi

tares, ſatis quidem familiariter, atq;(vt mihi viſus eſt)etiam amanter interrogauit. Aderat Paccęus,q & ipſe de te, deq; illo ipſo tuo libro, quem iam legerat,multa præclare. Idem cum ego Principi reſpondiſſem te Patauiũ eſſe ꝓfe ctum eo cõſilio,vt conſumãdis iis ſtudiis qbus te totũ tradideras,bienniũ vel certe quantum ad id tẽporis ſatis tibi eſſet,impẽderes: habere dixit ſe abs te literas,in quibus erat ſcriptũ te Florentinorum ꝯcõditionẽ velle accipere.quæ quidẽ ad verba nihil omnino Princeps, cum antea adeuntibus illũ Romanis Cõſulibus,vt eius ſententiã elicerent, nũ te donatũ eſſe vel let ciuitate,cũ alia multa ſingulari cũ tui com mendatione,tũ illud etiã dixiſſet,fouere ſe tua ſtudia, ãnuãq; ad id pecuniã tibi curari iuſſiſſe vt,qđ ſtatueras Patauiũ ſecedere,vt ea in vrbe doctiſſimorũq; hominũ cõuentu inſtitutis iã abs te cõmentationibus aliquot annos dares, eius tibi cõficiẽdi facultas ne deeſſet:totũq; il- lud conſilium profectionis tuæ vehementer a ſe probari ſignificauiſſet. Quod eo tibi ſcripſi, vt ſcires quam iam ille opinionem atq; ſpem de te ocioq; tuo iſto Patauino conceperit. De rumoribus qui hic iactabãtur,male te de Ro- manis ſentire,cum hos montes nihil ſolidum crepare diceres,plane nihil eſt qđ labores. Pri- mum incerto authore:deinde parũ adhibetur fidei:poſtremo quicqd eſt, id om̃e noſtro aduẽ tu iã euaneſcit. Amicos qdẽ habes oẽs vel do-

ctos vel bonos,ꝑter vnũ Sinonem illum tuũ: quẽ tamẽ doctum eſſe nũq̃ iudicaui:bonũ cre debã,in quo q̃ me fefellerit,vides.Itaq; oderit, diligat,ęque habendũ,niſi tibi etiã iucũdũ eſ ſe debet,te ab illo non diligi,quẽ tua cauſa ne mo bonus diligit. De Bembini catelli mœro re ſuſcepto ex diſceſſu noſtro quod ſcribis,vi de qd egeris.Auxiſti tu qdẽ deſideriũ vel etiã dolorẽ meũ.Valde me pœnitet illum domi re liquiſſe tã fidũ, tam nullius oneris comitem, tantæ ſedulitatis,feſtiuitatis,ioci, vt omnibus deliciis carere mihi videar,qui eius blanditiis careo.Numos Principis ſex menſium nomine tibi dependi curauimus.Eos habebis cum his literis.Protonotario Saulio & Lazaro &Flami nio plurimam ſalutem dicito meis verbis.Va le.Romæ,quarto Calend.Iunias,

P.BEMBVS CHRIST.LONG. S.

RESpondeo ad tres tuas ſuauiſſimas atq; amantiſſimas literas, diuerſis temporibus datas,& quidem breuiter.teneor.n. ſatietate quadam vel potius tædio ſcribẽdi: vt nihil omnino difficilius,nihil moroſius faciã, q̃ cum calamum ſumo,nihil libentius,q̃ cum depono.Cur?inquies. Quia,quoniam multos iam annos ea cogor ſcribere,quæ ad ſtomachũ meum non faciunt,etiam illa quæ mihi grata ſolent eſſe nunc diſplicent, cum ſunt ſcriben da,ita ſcriptio ipſa omnis permoleſta.Niſi forte diuturnus morbus ſegnem me atq; ignauum

ad omuia reddidit.Quod ſi eſt, ſpero me ad pri ſtinã meã in ſcribendo alacritatẽ breui reditu rũ.Satis eñ belle, vt nũc quidẽ eſt, me habeo, omnesq; iã prope morbi reliquias abieci. Sin altera illa cauſa eſt,hinc euolẽ oportet, abdãq; me aliquo,in ſtudia ſcilicet atq; literulas no ſtras,quẽadmodũ tu qdẽfeciſti, dũ illa dediſco quę inuito mihi adhæſerũt, vt a me pagellã accipias libenti animo, ne dicã impigro ſcri ptã.Sed venio ad tuas literas.Bolducus noſter q; tã in te officioſus fuerit,gaudeo:eoq; magis q; nihil eorũ quę cõmemoras,meo rogatu.egi tamẽ illi per literas gratias cum tuo nomine, tũ meo quidem,quaſi Pollux omnia quę in te honoris cauſa tanq̃ in Caſtorem conferũtur, in me etiam cõferri puto.De Nauagerio meo quę ſcribis,mihi grata ſunt. ille vero nõ modo,in literarũ ſtudijs,ſed etiã in amicis colendis mirificus. Qui q; ęſtatẽ in ſuis Muranianis hortis confecerit,valde lętor. neq; enim vereor,quin illi conſtiterit fructus ocii tam iocundi,ad quem quidem oblectandũ, ab ęſtuq; tuendũ,vt audio,etiam e Benaco multæ citriorũ arbores, ſuas vmbras adduxerint. Reſpõdi fere ad tuas priores literas.In ſecũdis literis qđ de Ioanne Pino Gallorum Regis Legato me admones, id erit mihi curę. Semel illum cõueni,cum eſſet domi ſuę,ea de cauſa,vt conſtituẽremus inter nos aliquid,quod tibi eſſe vſui & ornamento poſſet.multus quidẽ de te ſermo:

ſed quoniam erat ei cœnæ tempus, ita ab illo diſceſſi, vt inchoata tantummodo eſſet effigies negocij tui. Reliqua poſita ſunt non ſolum in diligentia, ſed valde mehercule etiam in caſu. Diligentiam ne adhuc quidem adhiberē, cum Principis in molem Hadrianam ſeceſſio, quo ventitare propter imbecillitatem corporis mi nus ſæpe poſſum, ille vero fere quotidie: tum maximi calores effecerunt, quibus etiam qui valentiſſimi ſunt, a labore defatigationeq; abſ terrentur. Caſus cum venerit, eum quantum potero complectar: neq; dimittam, niſi depicta omnibus coloribus imagine: atq; ita confecta, vt nequid deſit. Sed omino totum hoc ſic habeto, nihil vt mihi antiquius futurum exiſtimes iis reb⁹ quæ ad cōmodum dignitatemq; tuam pertinebunt. Itaq; ſi erit opus, etiā Collegam meum, vt ſuades, aduocabo: ſed nūc, vt videtur, non eſt. De tuis obtrectatoribus quod ad me, quod ad Marcum Antonium Michaelem tam multis verbis ſcripſiſti, plane nō probo, te ne nunc quidem eorū cauſa animo trāquillo eſſe, quorum rumores & maledicta non ſolum refrixerūt tuis reſponſionib⁹ editis, ſed plane iam omnis illa factio prope obmutuit. Itaque tu, ſi me audies, nullum omnino poſt hac de illis verbum facies, atq; etiam ſi fieri poterit, ne cogitabis quidē. Neq; eñ digni ſunt, qui tuū iſtud tam honeſtum ocium, tam præclara ſtudia, vel momentū temporis interpel

lent. Quãobrẽ magis miror id quod erat ĩ poſtremis tuis literis, te ſcilicet ab illis in tãta gladiorũ licentia tibi interdum timere. Tu vero qui Romę Populum Romanum ſtantẽ in te, ac prope armatũ cõtẽpſeris, ſuſtinueris, fregeris, neq; interea timoris ſignũ vllum edideris, aut vocẽ emiſeris: ab illo nunc nõ ſolũ fracto, ſed etiã ad tuas partes traducto, in vrbe minime turbulẽta Patauio tibi eſſe timendum duces? Atqui etiam ſcribis Lerinam te propterea cogitare. Quã vellẽ iſtđ verbũ tuo ex ore ne excidiſſet. Sed nolo tibi moleſtus eſſe. Quãobrem adhuc animũ ab iſtis cogitationibus q̃ lõgiſſime, teq; tuto eſſe poſſe exiſtima vbicunq; erunt vel boni vel docti viri. q̃q̃ te iam om̃es prope homines diligunt, habes aũt Italiã maxime cupidiſſimã tui, propterea ꝙ eã eſt tui fama nominis clarius atq; illuſtrius peruagata. Dedi tamẽ Marino Georgio Pataui Prætori literas hac de re, queẽadmodũ tibi placere oſtẽdiſti: quem quidẽ exiſtimo nulla in re tibi ſalutiq; tuæ defuturum. De eo me velim facias tuis literis certiorẽ. Prior pars earundem literarũ quas ad me nouiſſime dediſti, tuorum ſtudiorum vitæq; rationem continebat: quę me ſũmopere delectauit, cepiq; ex eo maximã voluptatẽ, ꝙ te video ita literis, quarum es multo auidiſſimus, incumbere, vt valetudini etiã ſeruias. Pilę ludus, quo te ante cibum exerces, mihi valde probat. Deambulatiunculas vero

illas veſtras,ſermones,conuerſationes, de qb⁹ ſcribis:pereã,ſi omnibus Romanis prefecturis magiſtratibusq́ nõ prefero. conſuetudinẽ aũt qua vteris,vt ſcilicet ante q̃ ſomno te des,reputes tecũ ipſe atq; recolligas quicqd dignum ea die memoria ſciẽtiaq; cõprehẽderis, qs non magnopere laudandã & cõplectẽdã putet? Pythagoreo præcepto illi fere germanã atq; ſimillimã ποῖ παρέβην;τί δ' ἔρεξα;Noſti reliqua. Sed illa in doctrinę ſtudiis,hæc in rerũ actione verſatur.Itaq; ea tibi perpetuo vtẽdũ cenſeo. Altera fuit epiſtolæ tuę pars minime quidẽ neceſſaria,qua mea in te bñficia cõmemores: qđ quidẽ ipm in ſecũdis etiã literis feciſti multis atq; honorificẽtiſſimis verbis.Ea ſi naturæ tuę benignitate,amorisq́ in me tui abũdãtia impulſus collegiſti:te eorum eſſe morum,beneuolẽtię,comitatis plane gaudeo.nihil eñ poteſt eẽ tã ſuaui liberaliq́ natura amabilius atq; prę ſtãtius.Sin ꝑpterea, vt vel te gratum oſtenderes,vel me in te amando confirmares:neu trũ eorũ te adducere debuit in eam cõmemorationẽ.Nã neq; tu eſſe ingrat⁹ iã vllo pacto potes, qui ſi nihil aliud agas,tamen ea de nobis dixiſti,ſcripſiſti,nota eſſe omnibus hominibus voluiſti,vt me tibi etiã perpetuo deuinctũ putẽ. Neq; ego is ſũ, q a te amãdo reuocare animũ atq; mẽtẽ poſſim,niſi tu is eſſe deſinas,qui ꝑfecto es, moresq́ tuos atq; doctrinã dediſcas. Itaq; ſi me amas,ne tu poſthac ad me qdẽ qcq̃

eiuſmodi. Heri cũ in ea vrbis parte caſu eſſem, quã tu incolebas, & Mariani Caſtellani hoſpitis tui domus mihi a meis pueris oſtẽderet, vocari hominẽ iuſſi, eũq; tuo noie ſalutaui. quam quidẽ ille ſalutationẽ mihi viſus eſt libentiſſime atq; hilariter accepiſſe. Dixi ei de te cupide ſane atq; amãter quęrẽti, q̃ proxime habuerã: a quo cũ diſcederem, petii, nunquid vellet ad te literarũ dare. dixit ſe daturũ: verũtamen nõ dedit. Sed omnino fui lõgior, q̃ initio putarã. Collega meus Roma pedẽ non extulit: Princeps eũ retinet, & vt puto retinebit. Exemplũ tuarũ ad me literarũ, qđ requiris, erit cũ his literis. Saulio, Lazaro, Flaminio multã ſalutem dicito meis verbis. Tu ſi me amas, ad nos crebro, vt facis, omnibus de rebus ſcribe. Incredibiliter enim me tuę literę delectãt. In quib⁹ illud etiã video, quod mihi eſt plane iocundiſſimũ, addere te quotidie aliquid ſcriptioni & ſtilo. Itaq; ταύτην τὴν γραμμὴν ſuadeo teneas. Cum hæc ſcriberem, Princeps in Vaticanum ſe referebat. Sed valebis, valetudiniq; ſeruies. Romę xiij. Calend. Septembris.

P. BEMBVS CHRI. LONG. S.

ACcepi tuas litera Non. Ianuarij datas ad xvj. Calend. Martias, heri, cũ exercendi mei caua extra vrbẽ equo vectus, claro & placidiſſimo die, aprica via domũ pueſperi rediiſſem, ab adoleſcente illo, quẽ mihi ipſę illę tuę literę cõmendabãt, redditas meis pue-

ris:cũ eis,ſi quid vellẽ,ſe ad te poſtridie reuerſu rũ dixiſſet,atq; vbi ſe conuenirent,oſtendiſſet. Itaq; cũ ipſum non vidiſſem, has ad te literas dedi ante lucem, qua me quidẽ ſomnus hora ſingulis prope noctibus deſerit:adhuc eñ vigilia nos exercet,qua vna ſi relinqueremur eſſem⁹ plane reſtituti. Sed venio ad tuas literas. Q; meum de tuorum ſtudiorum ratione iudicium tam diligenter exquiris, in eo & amori erga te meo multum,& authoritati nonnihil ſane tribuere te oſtẽdis,quorũ in altero q̃ recte facias,tu videris:cui⁹ plane intereſt,ſi deceptus ſis,ab altero ne te vnq̃ deceptũ poſſis dicere, cumulate ipſe diligẽtiſſimeq; pręſtabo. Ad eã autẽ partem in qua ſcribis,quid tibi cauſę fuerit,vt aueres ſcire quid ſentirẽ,vt ſcilicet intelligeres recte ne operã poſuiſſes, an ſecus, quo vel pergeres vt cœpiſſes,vel aut aliam ingredereris viam,aut in ea ipſa quam es ingreſſus, curſu corrigeres tarditatẽ:exiſtimabã ſatis me quidẽ ſuperioribus literis reſpondiſſe, quibus te literis profeciſſe quidem multum ſcripſerã, ſupereſſe autem aliquantũ etiam quo progrederere. Itaq; te hortabar, vt quod reliquũ erat conficeres.quod mehercule etiam nunc te hortor: hoc eſt, vt Ciceronem ipſum, quem tibi vnum ſcribendi magiſtrum me authore propoſuiſti,eundem vniuerſum nõ ſolum vores,ſed etiam concoquas,ac in ſuccum & ſanguinem conuertas tuum. Id autem ſpero te aſ

ſequi poſſe,ſi diutius hoc idem feceris, quod ad huc facis:aſſecutũ omnino eſſe, quemadmodũ tibi antea ſcripſeram, non exiſtimo. Neq; hoc ideo dico,quaſi tu parũ profeceris annua prope ad id cogitatione laboreq; adhibito. multũ eſt enim,adde etiam ſi vis,maximum quidem il lud,quod iam actũ abs te eſt, vt mihi quidem videri ſolet,cũ tuas literas lego:meamq; de eo expectationem atq; ſpem non æquatã modo abs te,ſed longe etiam ſuperatã tibi vere atq; perſancte affirmo ac denuncio. Sed quia nollẽ eo te maximo eſſe contentum,& tanq̃ ad metam perueneris curriculo confecto conquieſce re,propterea dico. Nam quoniam ea eſt ingenij tui vis atq; præſtantia,nihil omnino vt ſit tam arduum tãq; difficile.quo ſi animũ intenderis, non te id poſſe complecti atq; conficere breui & luculenter putem: nulla te quidem in laudis mediocritate cõſiſtere facile patior. Itaq; q̃q̃ minus fortaſſe viæ ſupereſt, vt ad excellẽs illud atq; ſummum ſcribendi genus atq; formam peruenias,quo te voco, q̃ eſt id quo perrexiſti:tamen niſi tu etiam quod reſtat confeceris,non tam mihi gratũ futurum eſt pręclare ſane ac ſplẽdide id te muneris inchoauiſſe, q̃ moleſtum non abſoluiſſe,quod abs te commiſſum iri minime puto. Recordor enim quid tibi ad eam abſolutionem tute temporis ſum pſeris:atq; hoc cum recordor,magis miror qcq̃ nunc te cum de commutanda ſtudiorum tuo-

rum ratione, qui rectiſſima es ingreſſus, tum vero nũ tibi ſit quaſi tarde adhuc ambulanti, deinceps feſtinãdum, ſciſcitari. Feſtines autẽ? vt quid? incidas in aliquem morbum? Ego vero te mi Longoli malo tranquilla nauigatione vtentem aliquanto ſerius eum adipiſci eloquentię quaſi portum, quem petis: q̃ propter nimiam ventorum vim iactura facta celerrime nauigare. Quamobrem ſi meum conſiliũ ſequi volueris(q̃q̃ eſt hæc quidem mentis potius ſenſusq; noſtri, q̃ vllius cõſilii ſignificatio) neq; hinc tu curſum commutabis. cur enim? neq; remo vllo plus vtere. σπούσεις autem temperate ac plane βραδέως, vt dicitur, valetudiniq; in primis ſeruies. Sed iam ſatis aut etiam nimis multa de iis, De Ioanne Pino erit mihi curę, cum vt omnia mandata tua exhauriam, tum illud maxime, vt quicunq; percipi ex hominis te amantis beneuolentia poteſt fructus atq; vtilitas, percipiatur. Id totum quale ſit, quoniam ſatis exploratũ non habeo, non cõmittam vt eius te rei expectatione ſępius excitem. Extremum eſt quod erat primũ in tuis literis. Eius ad nos epiſtolę tuę exemplũ, quæ perlata non eſt, q; ſcribis mihi te mittere, ſcito nullũ fuiſſe cum tuis literis. Id velim deſcribi mãdes, mihiq; mittas, ne vlla tua lucubratiuncula nobis perierit. Habes ad oia. Nũc quæ prędterea ſcire te non nolle arbitror, hęc ſunt: Apud Sadoletum reliquosq; amicos recte eſt.

O v

Thebaldeus & Beatianus etiam fortunis aucti tibi hilarius ſalutē aſcribunt. Ego domum cogito. Quid eſt aliud? Intellexi de Alexandro Capella, viro ſane bono & docto, & (vt mihi viſus eſt) etiā amantiſſimo tui, te cū Nicolao Leonico homine vere philoſopho ſingulari beneuolentia coniunctū cū eo familiariter ſępe eſſe, vel propterea quod non longe ab illius ædibus incolis. O pręclaram viciniam, teque hominem mirificū ad præſtantiū & clarorū virorū amicitiam conciliandam. Nę ego horum procerum prenſationes appellatiōesque honorificas omnium vna cū veſtra deambulatiuncula & ſermone libenter commutauerim. Nūc ei, quod poſſum, multam ſalutē volo impertias meis verbis. Etiam Marinum Georgium Patauii prætorem, quem ſcis a me vnice diligi, ex me ſi ſaluere iuſſeris, mihi gratiſſimum feceris: id vt facias, plane te rogo, tum & Sauliū & Flaminiū. Tu valebis, nosque diliges. Romæ.

P. BEMBVS GVLIELMO BVDÆO S.

AMabam te quidem antea plurimū. quid enim non te amarem cum virum optimum, & rectitudine animi vitęque probitate atque conſtantia grauiſſimū, tum de præſtātiſſimarū artium diſciplinis, ſtudiiſque noſtris mitioribus, & literis vel latinis vel gręcis optime meritum, atque in iſto doctiſſimorum hominum conuentu & tanquā officina ſemper quidem cęlebri, nunc vero etiam ſolito vberiore

Pariſiorum Lutetia opinione omnium facile principem? Itaq; amabam te profecto anteaiſſane plurimum: idq; mea ſpõte atq; iudicio, virtutis & doctrinę ſplendore admonitus & excitatus tuę tantũmodo faciebã. Nũc vero, cum ad me perhumaniter honorificeq; ſcriptis literis me amari abs te, beneuolẽtiãq; meam etiã expetere te magnopere oſtendas: ad illã priſtinam in te amando inductionem animi volũtatemq; meã tantum ardoris adieciſti, vt non modo id quod ſcribis cupere te vt amem⁹ inter nos, ſis aſſecutus, ſed illud effeceris, vt ipſe magnopere cupiã me tibi eſſe eo nomine maxime omniũ coniunctiſſimũ. Quã ſane ad rẽ abs te impetrandã ſi minus ea quę tu fortaſſe quia in te ſunt mihi tribuis, ipſe in me non agnoſco, multa & pclara ingenij & naturę munera attulero: amãtiſſimi certe hominis & beneuolentiſſimi ſtudia officiaq; omnia confido, vel plane etiã tibi recipio me cumulate pſtaturum. Q: me de Longolij patrocinio Romæ ſuſcepto tãtopere laudas: equidẽ iuuenẽ incenſum bonarum artium ſtudiis, eaq; cauſa domo tam longinqua profectum, ac nil aliud dies & noctes non modo agentem, ſed ne cogitãtem quidem, optimis præterea moribus, excellenti doctrina, ſummo ingenio, incredibili ſtudio præditum, ab inuidis neque infimis hominibus nefarie circumuentum, vna cum viro grauiſſimo, omnibusq; virtutibus, omni diſci

plinatū genere,omni cultu literarū noſtra ęta te lōge pręſtāti Iacobo Sadoleto Collega meo, eodḗq; mihi vetere beneuolentia, conſuetudi= ne,ſtudiis,ſententiis,voluntate,tota deniq; vi ta cōſociatiſſimo,aliiſq; pmultis,libentiſſime atq; etiā multo verius cupidiſſime defendi.Tā etſi eo tēpore aduerſa valetudine implicitus, volūtatē in eo defendēdo ardorḗq; animi,quā= tū par erat,adhibere fortaſſe potui:diligētiā,in duſtriā,laborḗq; nō potui.Sed res ipſa & cauſa eiuſmodi fuit, vt non tam ſim laudandus,q̃ Longolio affuerim,q̃ eſſem improbādus,ſi de= fuiſſem.Valde tamē gaudeo meū in eo ſtudiū atq; officiū tibi magno & præclaro viro gratū optatū́q; accidiſſe. Qꝫ vero etiā propterea tuā ſim beneuolētiā cōſecutus,video meę me non multę operę maximū vberrimū́q; fructū pce= piſſe.Reliqua puto te cognouiſſe ab ipſo Lon golio,cuius aduētus eo nobis gratior fuit,q̃ ni hil de illo ad nos aliquot iā menſes afferebaī. Eius ego conſuetudine & cōuictu, tum doctri na & ſtudiis mirabiliter delector. Quid dixi ego:eſt iā in oculis noſtrorū ciuium nō modo priuatorum,ſed plane etiā Senatus principū́q; ciuitatis. Itaq; habet quoſdam præſtantis in= genii literiſq; interiorib⁹ eruditos viros,qbus cū eſt fere quotidie,vtiturq; iis valde familiari ter:inuiſitur a multis,amatur ab omnib⁹.Hu= ius autē quod reliquum eſt hyemis,nobiſcum, vt arbitror,conficiet rogatu meo,& ſimul q̃ ei

poteſtas facta eſt e bibliotheca, quam publice magis illam quidem inſtructam atq; vberem, q̃ propoſitam & explicatam habemus, quos volet libros promendi. Nam cum ſit in eo, vt de Catone ſcribit Cicero, inexhauſta auiditas legẽdi, ſitq; is quaſi librorum helluo, libri vero ipſi præclari atq; multi: breui exaturaturum ſeſe illum in legendo non puto. Qᵉ q̃ de his deque tota ratione ſtudiorum ſuorum non dubito, quin te ipſe diligenter reddat ſuis literis certiorem. Qui etſi omnibus in ſermonibus, collocutionibus noſtris me mirifice ſemper delectat ſuauiſſimeq; detinet, nullis tamen de rebus illius ſermo tam mihi eſt iocundus, q̃ de te: quod quidem fit plane ſæpiſſime. Sed & hæc malo te ab illo. Tu ſi me tibi eſſe amiciſſimum exiſtimabis, quæq; a coniunctiſſimis expectantur proficiſciq; ſolent, ea tibi de me pollicebere: non fallam opinionem tuam. Etenim vt tibi non aſſentior, vt exiſtimem fieri non poſſe, vt tu mihi indigenti cuiuſpiam rei copiam facere poſſis: in quo tamen verborum tuorum modeſtia ſum delectatus: ſic arbitror poſſe accidere, vt mea beneuolentia meaq; opera tibi quoq; vſui ſit futura, Quod ſi accidet, me in ære tuo eſſe vt exiſtimes, te etiam atq; etiam rogo. Vale. Venetiis, Prid. Non. Ianuar.

P. BEMBVS GVLIELMO BVDÆO S.

ETſi exiſtimem nihil neceſſe eſſe Chriſtophorum Longolium tibi a me commendatum iri, cum intelligam vel ex tuis ad me literis,quantum tu illum ames,vel ex eius perpetuo de te ſermone,ipſe quanti te faciat; quantis doctrinam & virtutes laudib⁹ celebret & proſequatur tuas:tamen faciẽdum mihi non putaui,vt Leone.X.Pont.Max.illũ Regi tuo per literas perq; ſuos & regios oratores diligentiſſime commendante,ipſe nihil ad te literarum darem: non quo te putem ea re intellecta non per te omnia quæ illi eſſe vſui poſſint,omni cura,ſtudio, labore deniq; curaturum:quippe cum mihi gratias etiam egeris, q̃ illis turbulentis tẽporibus eius ſalutis ꝓpugnator extiterim:aut vt currentem hortarer,qui ſciam nullius apud te hortationes tantũ habere ponderis,quantum in amicis colendis conſtãtiam ipſius tuã,mores, probitatem, fidem:ſed vt egregiam atq; mirificã in illo ornando Principis mei volũtatem tibi notam, q̃primum facerem,vt ſi quid iitio poſſes,rem cõfeſtim iuuares.Id aũt totũ cuiuſmodi ſit,ex ipſius principis ad Regẽ tuum literis,quarum exemplum ad te mitto,facile perſpicies.Quid te facere expediat, tu pro tua prudentia conſiderabis. Oneris tibi quidẽ imponere neq; audeo præcipue quicq̃,nec debeo. Tantum dicã, huius negocij conficiẽdi multo me maximã ſpem in te vno poſuiſſe. De ipſo Lõgolio non

dubito, quin cum hæc illi nunciata fuerint (eſt enim adhuc quidem harum expers rerũ ignarusq́ omnium) nihil non his commendationibus ſe ab Rege impetraturum exiſtimet, cũ te hominem ea apud illum gratia, eo loci habeat, tam (vt cætera ſileam) plane beneuolum & amantem ſui. Extremum eſt, vt ſcias nihil te mihi gratius, nihil iocundius, nihil ſane optatius facere poſſe, q̃ ſi & authoritatem tuam, qua plurimum apud Regem polles, & ingenium, quod quidem iam eſt omnibus plane gẽtibus ſumma cum tua laude atq; gloria cognitum, ad illum fouendum, augendum, ornandum, honeſtandumq́ conferes. quod vt facias, vt iam tibi nihil non oneris generatim imponam, etiam atq; etiam abs te peto. Vale Romæ. 8. Idus April.

LEO PP. X. FRANCORVM REGI

CHariſſime in Chriſto fili ſal. &c. Chriſtophorus Longolius homo Gallus & cum tuę Maieſtati notus, tũ vero etiam tuo nomini deditiſſimus optimarum artium ſtudijs quibus a puero in Gallia incubuerat, egregie eruditus, græcarum literarum facilius adipiſcendarum cauſa Romam aliquot ante annos venit. quibus quidem literis mirificam operam triennio cum dediſſet, ſuique interea cum ingenii & doctrinæ, tum plane virtutis nomine, ac morum probitate in noſtram familiaritatem cum veniſ-

ſet:nobis non ſolum volentibus, ſed eius etiã ſtudia ſtipe annua fouentibus Patauiũ ſeceſſit:vt ea etiã in vrbe celeberrimoq; doctrinarum omniũ Gymnaſio ſeſe coleret & erudiret. qua in vrbe atq; ludo ita nũc quidem proficit, omnes vt homines quibus eſt ipſe notus atq; cognitus(eſt autem prope vniuerſę Italię)magna ſui ſpe expectationeq; impleuerit,cogatq; credere, ſi vita ei ſuppetat, in maximum clariſſimumq; virum ac noſtris temporibus ſatis quidem eruditis longe pręſtantem breui illũ facile euaſurum,vel potius etiam iam euaſiſſe. Quę cum ita ſint,ſciamus autem tam docto & pręclaro iuueni nullas opes eſſe,quibus ſe alere ſuaq; ſtudia & virtutes non ſolũ illuſtrare (qđ eſſet profecto æquiſſimum) verum ne ſuſtentare quidem ipſe per ſe valeat: ſcribẽdum Maieſtati tuæ duximus,teq;,ſi vnq̃ alias,nũc quidem plane diligentiſſime hortandum,velis ꝑ tua liberalitate vere regia, ac propenſo in claros & excellentes viros,inſigniq; doctrina præditos animo,mãdare atq; efficere,vt ex primo quoq; tempore vacaturis in ditione tua beneficijs eccleſiaſticis aliquod eius tã ſingulari virtute dignũ illi beneficiũ conferatur: quo ipſe munere deuict⁹,cõfectis ſuis ſtudijs,quę iã iãq; vt intelligimus,cõficiet, & ad te reuerti,id qđ in primis cupit,& tuæ Maieſtati ꝑclarã aliquã nauare operã cõmode ac pacato animo poſſit. Q; q̃ ne nos quidẽ interea aut vllo etiam tem

pore ei⁹hominis cõmoda,cũ ſe occaſio dederit ſumus profecto neglecturi:neq; ſane curã quã de illo ſemel ſuſcepimus,abiecturi. Id ſi maieſtas tua,vt cõfidimus,curauerit,pollicemur tibi,ac plane recipimus,te magnos ex tuo beneficio vberrimosq; fructus,ęternę.ſ.laudis atq; memorię cui te ille ſcriptis cõmendabit ſuis, breui tẽpore percepturũ.nobis aũt q excellẽtis doctrinę viris præſertim cũ probitate cõiũctę in primis afficimur,tã gratũ feceris,vt ipſi abs te in eo beneficiũ accepiſſe ſimus exiſtimaturi. quẽadmodũ ab Oratorib⁹apud nos tuis,qbus cũ hac de re locuti ſumus,latius intelliges. Datũ Romę,die.6,Apr.1521.Anno nono. Bẽbus.

IAC.SADOLETVS CHRIST.LONG. S.

EX eis literis quas ad Læliũ Maximum das cognoui te pficiſci Venetias cogitare,aut hoc tẽpore fortaſſis iã eſſe profectũ.Quod nec ſum admiratus,& te poti⁹ mecũ collaudaui, q more veterũ philoſophorũ (ſicut de Platone ferunt,& de Pythagora) oẽs tibi terras obeũdas putaris,vnde ſperes hauſturũ te & doctrinarũ aliquid & ſapientię, etſi nõnihil te in eo Bembo noſtro tribuiſſe arbitror,vt cũ eo aliquãtũ eſſes fruerereq; & familiaritate illius exoptata,& virtute nunq̃ ſatis laudata. Sed ego ſenſus tuos ſi bene pſpectos habeo,ſtatuo te cũ amicitię veſtrę ac illius ſũmi viri ſuauitati multũ,tũ huic tuę ppetuę volũtati plurimum tribuiſſe,vt quoad acerrimi

vis ingenij cũ incredibili diligẽtia ſtudioq; cõ
iũcta progredi in re literaria poteſt, in teipſo
cõtẽdẽdo atq; elaborando experiare. Sed huic
virtuti, vt laus debitũ p̃miũ eſt, ſic nõnũq̃ iui-
dia obtrectatrix accedit. Suſpicor eñ ad te de-
latã eſſe cõcionẽ, quam hic poſt tuũ diſceſſum
in magno conuẽtu, ipſo audiẽte Principe ad-
uerſarii tui habuerũt. In qua magna laus Cel
ſi Milini optimi atq; ornatiſſimi adoleſcẽtis. is
eñ orationẽ eã dixit ſane q̃ appoſite, & alo (vt
facile poſſumus exiſtimare) nõ malo. ſpecie eñ
boni quãdoq; obtendũtur q̃ ſuapte natura vi-
tioſa ſunt: & ea illius ętas, cui cõcedatur vt erra
re aliquãdo poſſit ſine reprehẽſione. certe, qđ
mẽtis ingenuę eſt, idẽ ipſe Celſus affirmat, hac
cauſa excepta, in qũa patrię ſuę dignitati & fa
milię (vt ait) nõ adeſſe nõ vult, cęteris in rebus
honoris tui rationẽ ſe in primis habiturũ. At-
q; vt huius (quẽadmodũ dixi) ingenio laus tri-
buẽda eſt, volũtas minus reprehẽdẽda: ſic qui
huic rei ab initio authores fuẽrũt, nõ ſatis nec
animũ ſuũ nec cõſiliũ probabãt: animũ, ꝙ pror
ſus apparebat praua cõciliatrix iniuſti odij ob
trectatio: conſiliũ, ꝙ abſurdum videbatur quas
ipſi literas ſibi laudi ſperarẽt fore, eas dãnare
atq; oppugnare in altero. Itaq; non modo nõ
extinxit ſtudia eorum qui cauſę tuę fauebant
illiuſmodi concio, verum etiam ardentius in-
flammauit. Nam & in circulis ſubito exorti
ſunt ſermones plurimi, & fiebat i iis, vt q̃q̃ ille

viſus fuiſſet dicere prçclare, tamẽ nõ min⁹ au thoritatis haberẽt teſtimonia noſtra apud incorruptos. excepta certe principis vox eſt, cum ita diceret, probare ſe ingeniũ actionẽq; Celſi; cauſam vero tuã meliorem iudicare. Quare ſic quoq; inde tũ diſceſſum eſt, vt honorificẽtius tecum actum putaretur eiuſmodi oratione habita, q̃ ſi omnino nulla fuiſſet habita. Noſtris vero neq; ſic tacitũ ferendũ viſum eſt: ſed cum extaret defenſio tua, quã ꝑ te ipſe cõſcripſeras, primo decretũ eſt, dandam operã eſſe, ea vti recitaret, operam ſuam ad hoc pollicẽte Flaminio adoleſcẽte in primis ornato huius ciuitatis. Deinde cũ hoc ſpiſſius eſſet viſum, in eam ſentẽtiam potius diſceſſum eſt edẽdam illã, & in omnium manus diuulgandã eſſe. quod & factũ eſt, magna nõ ſolũ approbatione omniũ bonorum, ſed etiam commendatione eloquẽtiæ tuæ. Sic eñ a cunctis iudicatum eſt, incredibile quiddam eſſe, quod de tuo ingenio expectari poſſit, cum quod præſtitiſti iam ſit admirabile. Mihi quidem qui te amo & gero in oculis, nihil euenire potuit optatius, q̃ intelligere, cognoſci ab omnib⁹ nõ fruſtra noſtra de te ſuſcepta eſſe iudicia, iureq; te florere clariſſimorũ virorũ amicitiis. in qbus, ſi quçris, egregius Paccius, nec ſolũ fide atq; amore erga te, ſed ẽt authoritate & gratia ſingulari: vehemẽs Caſali⁹, ac deniq;, ne infinitũ ſit, vniuerſus ille chor⁹

præſtantium ingeniorũ,quem tibi amiciſſimũ præſens ſenſiſti,is tui abſentis memoriã ſanctè diligenterq; cõſeruat. Quæ ego ad te iccirco ſcripſi,licet minime inuitat⁹ tuis literis:qđ profecto conueniebat,cum magis peregrinantium ſit eos qui domi remanent,de ſuis rebus omnibus reddere certiores:ſed tamen ob eam rem ſcripſi,primũ vt forti animo ferres,quod tamen facis,iniquorum hominũ iniurias: deinde vt meditarere quantum tibi in omnem partẽ connitendum ſit,vt incredibili expectationi,quæ de te concitata eſt,ſatisfacias. Quãq̃ ego arbitror te, quod de Theopompo dicere ſolebat Iſocrates,freno egere magis q̃ calcaribus:quẽ ego noui in ſtudijs literarũ dies & noctes aſſidue inſiſtentem parum habere valetudinis rationem. Sed ego eam tibi,ſi & te & nos diligis,maximopere tuẽdam eſſe cenſeo. Nam & tẽporis plus ad hęc eadem ſtudia habebis,& prudentiæ tibi laudẽ ex hoc quoq; genere cõparabis:quæ profecto non minoris q̃ illa ingenij a docto viro facienda eſt. Ego pro mea in te ſingulari beneuolentia,omnia tibi honeſta & ſalutaria euenire cupio. Tu ſi me mutuo amabis,ad meq; de tuis rebus ſæpe ſcribes:perficiam vt nec te fruſtra ſcripſiſſe,nec amorem tuum perperam collocaſſe arbitrere. Vale. Ex vrbe, Sexto Idus Semptembr.

IACOBVS SADOLETVS CHRIST. LONG. S.

DEderam diu ante ad te literas,cum te
aut cõſtitiſſe iam Venetijs, aut nõ pro
cul inde abeſſe exiſtimarem:quas ſpe-
ro tibi nunc deniq; fuiſſe redditas. longior au
tem itineris tui mora interceſſit q̃ putauiſſe-
mus.nam ea noſtra fuerat expectatio,te cum
Venetias ꝑueniſſes, hominumq; ibidem inge-
nia moresq; cognoſſes,celeriter ad Vrbẽ eſſe re
diturũ,cum pręſertim omni depulſo periculo,
placatis animis eorum qui tibi fuerant infen-
ſiores,abſens virtutis cauſa digniſſimus eſſes
ea ciuitate iudicatꝰ, q̃ vna propter virtutẽ o-
mnibus ſemper gentibus præſtitiſſet. Sed etſi
nobis deſiderio fuiſti,tamen hęc tua diuturni
or cõmoratio mihi nõ ingrata accidit,quando
te authore & interprete nactꝰ ſum doctiſſimo-
rũ & clariſſimorum virorũ amicitias.quorum
ego mehercule beneuolentiam oĩbus fortunis
antepono.Itaq; literis tuis ad me Lugduno da
tis,pleniſſimis illis quidem amoris atq; officij,
dupliciter lætatꝰ ſum, ꝙ & te ſaluũ nobis atq;
incolumem tot laboribus exhauſtis,tot pericu
lis,propediẽ affore nũciabant,& illud ſignifica-
bant treis pręclariſſimos viros, vel potiꝰ lumi
na tria doctrinę ac ſapiẽtię,mihi tuis teſtimo-
nijs amiciora eſſe facta:quorũ equidem vnius
Budęi literas accepi vna cũ tuis ſcriptas huma
niſſime,reliquorũ nondũ ad me allatę erãt.eis
ego omnibꝰ reſpõſurus ſum,& quidem ſedulo:
neq; ꝓpter vim verbi eius quo tu in ſcribẽdo

vſus es:quaſi fuero dignat⁹ inquis:ſed ꝙ nihil alienius homine ingenuo eſſe exiſtimo q̃ non cõtẽdere in omĩ officio omniq; ſignificatiõe beneuolẽtię eſſe ſuperiorẽ.ſane taliũ virorũ literis ſcriptis nullas reſcribere,cuius tãdem eſſet ſuperbię?qui cum ſuis ſummis excellẽtibus ingeniis illam doctiſſimę antiquitatis gloriã in noſtrũ ęuum retulerint,ſunt quoq; omniũ opinione ac iudicio non inferiorẽ ſua virtute laudem cõſecuti.Habes itaq; ſtatim ad Budęũ perſcriptas.Ad cęteros pendeo animi quo pacto me gerã,ne forte me illi ſuas accepiſſe quas nõ accepi arbitrent̃,accuſentq́; tarditatẽ in reſcribendo meã,meũq; officiũ & mea fides reprehẽdatur.cui tu meę ſolicitudini vt ſubuenias peto:ſubuenies autẽ,ſi illos q̃primũ certiores feceris, eorũ literas adhuc in expectatione eſſe. aut ego prior ſi tibi videbit̃ ſcribam,hoc fundamẽto nixus,ꝙ te teſte cognouerim qua ſint erga me volũtate:id mihi eſſe gratiſſimũ.Verũ nihil horũ prius q̃ tuas accepero, quib⁹ me de re tota quid ſentias admonebis. Sed in his ad me Budęi.ille eñ vero luculẽto teſtimonio cõfirmat,ꝙ me amare cœperit,tua prædicatione eſſe factũ & cõmemoratione meorũ in te officiorũ:quæ ſane cõmemoratio tuæ priſtinæ eximię ꝓbitatis index eſt.Nam ego ea in te vſurpaui officia,quę prętermitti ſine ſcelere & ſine ſumma inhumanitatis nota nõ potuerunt:tu in eis quę mihi honori cẽſuiſti fore ita es ver-

ſatus,vt(quod facile appareret) ſtudiũ amoris, oratio vero tua honorifica de me effuſe cuiuſdam bonitatis fuerit. Q̃ ſi liceret in vera & cõſtanti amicitia ſubducere rationes, dicerẽ quãtum tibi hoc nomine deberem: ſed omnia ad officium referẽda ſunt. quod vnum bonis ſemper eſt propoſitum,cuius vnius conſciẽtia cõtenti ſumus. Quamobrem ne illud quidẽ verẽdum tibi eſt, vt ad me parum latine aut inelegranter ſcribas. es tu omnino quidem latiniſſimus; ſed aliud etiam eſt familiariter, aliud accurate & prope anxie ſcribere. quod genus ſcribẽdi moroſi⁹ a noſtris familiarib⁹ epiſtolis reijciendum eſt. Q̃ me conſulis num tibi ad Pontificem ſcribendum eſſe cenſeam: ego vero cẽſeo. quo autẽ modo? quocũq; tibi libeat. in quã enim cũq; partem te dederis, literæ illi erunt ſilentio gratiores. is porro vt ad bene tuis ſimilibus faciendũ prõptus eſt, ita bonorũ de ſe memoria teſtimonioq; lętat. nec vero vllum ſcribendi ceperis argumentũ, quin ad vnã aliquã ex eius prẽſtantiſſimis virtutibus aptũ & accõmodatũ ſit: ſi familiariter & domeſtice ſcripſeris, ad illi⁹ ſũmã hũanitatẽ: ſi cũ honore & grauiter, ad eminẽtiſſimã dignitatẽ reſpectum habuiſſe videbere: vtro autẽ ille magis gaudeat, difficile dictu ẽ. Hoc qdẽ haud vtiq; dubiũ lĩas illi tuas cuiuſmodicũq; futuras gratiſſias. Ego q̃s tuas ad amicos mihi miſiſti, ad Lęliũ Maximũ ãbas curaui pferẽdas, eiq; iuſſi nũciari ſuas

vt cõtinuo redderet Mariano.Camillũ Porciũ tua ſalute impertiui,q te ab ſe amari mirifice confirmat,multãq; tibi renũciat ſalutẽ.Vbaldinus aberat Florẽtię:matris primo morbo euocatus,dein funere retentus,quoad rẽ ſuã explicet familiarẽ dies aliquot abſumptutus eſt.Nõ leui ęgritudine aliquãdiu tẽtati damus operã vt valeamus,tibiq; itẽ faciũdũ ducimus.Bẽbo nr̃o & Nicol.Tepulo,quẽ cognoſces hoĩem vt opior tua bñuolẽtia digniſſimũ. plurimã meis verbis ſalutẽ dicito.Val.Ex vrbe.7.Id.Decẽb.

IACOBVS SADOLETVS GVLIELMO BVDÆO S.

TV vero ad me ſcribẽs recte atq; pręclare vim maximam virtutis a paucis poſſeſſam omnib⁹ amabilẽ eſſe affirmaſti.ſed ſi tu vnius viri narratione ac ſermonib⁹ in aliquã bonam de me diſceſſiſti opinionẽ,animũq; tuũ ad beneuolentiã mei abſentis applicuiſti, quid nũc aut facere me aut iã antea feciſſe exiſtimas,cũ non ſolũ rumore nũcio, ſed clariſſimis monumẽtis ingenii tui adductus,ad te amãdũ acceſſerim.Habeo eñ ſi forte neſcis,penes me tui imaginẽ,quã ſępe lectione cõtẽplatus ſum,oĩbus artis atq; ingenij colorib⁹ abſolutã:vel ip̃m te potius,Etenĩ,ſi vere dicere ſolitus erat Socrates neminẽ ſe videre, niſi quẽ audiret loquẽtẽ:q2 hoĩs formã vult⁹,mẽtẽ oratio indicat,profecto mẽs tua eſt,hoc eſt ipſe tu q̃ loq̃ris & ſpiras ĩ eis libris quos ãtiquę erudi-

tionis refertiſſimos ſtudiorum cōmodo inuulgaſti. Quāobrē, q̄ te ais moleſte ferre, q̄ me de facie nō noueris: ego vero in te eo ſuperior ſū, cui etſi gratiſſimū eſſet pręſentē te intueri & alloqui, teneo tamē ſimulachrū pręſtātius idq́ immortale Budęi iam mei. quod nomē, vt hominis omniū doctiſſimi, libens antea recolebā nūc etiā vt amiciſſimi, nūq̄ ex ore meo & animo elabi patiar. Cui tu amicitię pro tua ſingulari humanitate aditū patefeciſti, literis vltro ad me ſcriptis, quę mihi munus omniū optatiſſimū, animū tuū, beneuolentiā́q deferrent. Pro quo habeo equidē Lōgolio noſtro gratiā, qui mihi tantū boni conciliarit, ſed (ingenue eñ fatebor) ipſe quoq; amore efferri viſus eſt, cum ea tibi de me nunciauit, quæ ſunt ipſius prędicatiōe q̄ meo merito maiora. Ego enim in illū quę officia contuli, ea prętermitti ſine ſcelere & ſine turpi inhumanitatis nota non potuerunt. quę etſi fuiſſent maxima, qd non erat cū innocētię ipſius tū excellēti in eo & p̄ſēti & ſpatę virtuti debitū? Peregrinitatis porro ad eā rē valuit, vt quo magis ipſa nuda per ſeſe & p̄ſidio orba erat, hoc magis ſtudijs noſtris cōfoueretur. Qūq̄ in hoc ipſo officio cōmunis q̄dā doctiſſimorū hui⁹ vrbis, & p̄ſtātiſſimorū hoim extitit cōſpiratio, vt meę partes nullę pręcipuę fuerint niſi forte volūtatis: quæ ſi in beneficii partē numerāda eſt, volo ego & voluī ornatiſſimum eſſe Longoliū, quem tu dum

perurbane & comiter demigraſſe a vobis animo, in hãc vrbẽ ſtudia ſua cõtuliſſe narras: præripere nobis poſtulas querelam iuſtam, a vobis enim ad nos literati quãdoq; viri, a nobis vero iſtuc literę ipſę trãsfugiunt: cui quidem perfugio i primis tu cauſam affers. ſed hęc hactenꝰ. Ego mi Budęe, quod mei præſentis officij eſt, vellem agere poſſe tibi meritas gratias. Tale enim mihi teſtimonium præbes in literis tuis & amoris erga me tui, & iudicij, vt vehemẽter me tibi omni ratione intelligam obſtrictum. ſed nullæ mihi neq; literæ neq; verba ſatisfaciunt: ago tamẽ, quas poſſum maximas. tu, qua es prudẽtia, in hac mei ingenii imbecillitate agnoſcito merito tui magnitudinem. Quippe cum me etiam ipſa illa humanitate ſuperaris, quam in me tãtopere commendas, qui mihi tam dulces tamq; elegantes literas miſeris, vt cum diu antea ex monumẽtis tuis habuerim apud me tuę pręſtantis doctrinę effigiem, nũc etiam habeam humanitatis. Sed ego hominẽ me eſſe non putabo, ſi tibi concedam vt vllis officijs aut amore me vincas, ac vellem tãtas meas opes eſſe, vt eas tibi deferẽdo aliquid deferre expetendũ viderer: ſed quãdo illę tenues atq; exiguæ ſunt, cum has quidem ipſas malo tuas eſſe q̃ meas, tũ quod poſſum p̃ſtare. quoq; vno viri boni cõtenti eſſe ſolẽt, id tibi a me & polliceor & defero, ſummã cũ in amicitia noſtra fidem, tũ in coniunctione beneuolentiam,

Vale. Ex Vrbe,ſeptimo Idus Decembris.

IACOBVS SADOLETVS CHRIST.LONG. S.

BInas tuas accepi: quarũ ad priores meas reddidi nullas,non mehercule negligentia,nec q amoris in te mei(quod tu neſcio quo pacto ſuſpicari viſus es)facta fuerit ĩminutio:quod nec fieri vllo modo poteſt,neq; vero ſuſpicari ſane decet.Sed quia mihi in ſtudijs literarum vehementer occupato animus alio verſum diſtractus,hanc curã & cogitationem reſpondendi tibi vel tanq̃ minus neceſſariam omiſit,vel in aliud tempus cõmodius reſeruauit. At nunc q tuæ me recentiores admonuerũt literę,nõ patiar a te deſiderari officiũ meũ.Ac primũ tibi illud prędico, me re tota prius bene conſulta ac diligenter conſiderata,tandem poſthabitis ſermonib⁹ hominũ, & eorum opinionibus qui me ad ambitionem & vitam negocioſam reuocabant,contentum ea fortuna quęcũq; mea eſt, ex his fluctibus in q bus nimiũ diu ſum verſat⁹,in portũ me cõtuliſſe,redijſſeq; cũ libris noſtris in gratiã:a quib⁹ liberalius accept⁹ etiã q̃ putarã,cogito poſthac meã omnem cũ illis ducere rationẽ:nec tantũ vt veterũ legendis monumentis eam delectationem capiam quę maxime liberalis & digna homine ingenuo eſt, ſed etiã vt promã ex me aliqd quod ſi minus eruditis ingenijs propter doctrinã,at ꝑpter conatũ egregię in me volũ-

tatis ſaltem probatum eſſe poſſit. Quamobrē quod ad me ſcribis fore aliquādo vt cōſtet apđ me ratio ſtudiorū tuorum, eius mihi rei expectatio ita iucunda eſt, vt viciſſim tibi denunciē accipiendam tibi quoq; eſſe rationem meorū. contendamus modo acri animo, & quā inter nos conciliauit ſtudiorum ſimilitudo, eorūdē nunc exercitatio augeat beneuolētiam. aut ſi nil addi ad bene conſtitutam amicitiā poteſt, erit tamen inter nos conſuetudo iucūdior, cū de eiſdē & tractabimus & cogitabimus literis. nam quin ad optimas vterq; noſtrum ſtudiū om̄e direxerit, alteri de altero haud dubiū eſt, idq; ita eſſe tu exiſtimare de me, ego de te polliceri poſſumus. ſed quod ad me quidē attinet huius rei atq; ocij maiorē facultatem videbar habiturus ſi mihi egredi ex hac vrbe & ī meā eccleſiaſticā prouinciam proficiſci contigiſſet: vna enim atq; eadē opera & deo ipſi ſatisfeciſſem, cuius iā vnius ſeruus ſum: & mihi ac tranquillitati meæ rectius cōſuluiſſem. ſed quando id mihi de principis voluntate non licitū eſt, eſtq; hæc ciuitas in primis ad fallēdū & diſturbandum animos idonea, robore animi & virtute adnitendum eſt, vt in medijs ipſis fluctibus portum, & in tāta morum ac iudiciorum varietate conſilij noſtri cōſtantiam teneamus. ſed hæc hactenus. Ego te toto pectore vacare incumbereq; literis & gaudeo amicitiæ noſtrę cauſa, & tibi gratulor, authorq; ſū vt nihil po-

tius neq; præſtabilius ducas. Illud cenſeo: habere te oportere valetudinis rationẽ, qua ſine omnia corruant neceſſe eſt, etiam quę pręclare videãtur poſita. Legi Budæi noſtri literas ſcriptas ſane q̃ beneuole. Velim Leonicum hominem & literis & probitate inſignem meis verbis ſalutes. Nauagerio autem ſi erit cõmodum etiam gratias agas, ꝙ de me honorifice ſit in ſcriptis ſuis locutus, etſi me non minus beneuolentia eius q̃ teſtimonium delectat. Vale. Ex Vrbe. iij. Calend. Ianuar.

IACO. SADOLETVS CHRISTOPH. LONG. S.

M. Caballus noſter cũ ad me ſuperiores tuas literas attuliſſet, ꝙ mandatorum exponendorum tempus pręteriiſſe diceba, ea ipſe quidẽ narratione ſuperſedit. Sed me ipſæ ſatis cõmonebant literæ, quo tibi gratia & ſedulitate noſtra eſſet opus. quę certe nõ defuiſſet, ſi aut ille tũ viueret, vnde opem expetebas, aut ſi is tũ non iam omnino omnium bonarum artium, vel ornandarum, vel etiam tuendarum curam omiſiſſet. ergo occaſione amiſſa, literis illis cur reſponderem cauſa nõ eſt viſa. Alteras porro tuas nullas accepi, quin & has recenteis ſerius. datæ enim ante diem. 16. Cal. Iun. 5. Cal. Quintilis mihi ſunt redditę. In quibus ꝙ ſpem magnam tui ocij honeſte traducendi in me ipſo ponere videris, gratum id mihi admodum, nec te opinio ea fallet, quod

ad ſtudium quidem attinet,quod & ad beneuo
lentiam,quæ mea te aduerſum mirifica ſemp
fuit:verum quæ fortunæ ſunt,ab ipſa illa ſunt
præſtanda.Atq; vtinam nunc tibi de meis fa
cultatibus prolixe polliceri poſſem : quod vix
ego audeo,ita ſum in re mea domeſtica ac fa-
miliari prorſus pturbatus.Sed quod proximũ
illi eſt,id mehercule libenter & ex animo fa-
cio,vt contubernium offeram,eamq; amicitię
fidem,quæ omnia amicorum communia eſſe
vult.Neq; ego tamen conſilium tuum capere
adhuc potui,qd eſſet cur tu aut Patauiũ Ro-
mæ,aut deniq; locum in terris vllum huic vr
bi,ad tuorum ſtudiorum rationem antepone-
res.Q; vero in eiſdem adiungis literis,ſperare
te atque exiſtimare fore tibi aditum ad ſum-
mi Pontificis familiaritatem,potiſſimum ope
ram nauante me,hancq; de te vt ſuſcipiã cogi
tationem me vehemẽter rogas:alterum mihi
ſubmoleſtũ,me a te rogari, alterũ etiamdũ in-
certum,quid me ſim facturus. Q̃q̃ enim in
alterius manu videatur ſitum,qui meæ vitæ
ſtatus,& quod actionum mearum curriculum
futurum ſit,tamen non tam id vereor,vt mi
hi ſit ad fortunas vberiores & ſplendidiores
aditus,quàm illud fixum in animo & ſtatutũ
gero,nullam auram honoris,nullam ſpem eſ-
ſe vel ampliſſimæ dignitatis, quicum putem
hanc ocij oblectationem,qua in re literaria iu-
cundiſſime perfruor,debere commutari.Qua

re,aut hæc quoq; mihi ſalua erunt, aut illa omnia etiam repudiabuntur. Sed de his ſatis. Ego quod & noſtræ amicitiæ proprium, & meæ erga te voluptatis perpetuum ſemper fuit, quæcunq; ab amiciſſimo & coniunctiſſimo homine ſperanda ſunt, iubeo ea te a me non ſperare ſolum, verum pro tuo iure etiam expectare. Vale. Ex vrbe. 6. Nonas Iulias.

IACOBVS SADOLETVS CHRIST. LONG. SALVTEM.

ACcepi tuas quaternis, vt ais ipſe, meis literis reſcriptas, in quibus omnia me delectarunt, ac præſertim illud iamdudum te cognoſſe, te a me diligi: quod equidem tribuo iure cum virtuti tuę atq; doctrinæ, qua, vt ego mehercule ſentio, ita nunc præſtas, vt ſpē quoq; nobis præbeas te ad ſummum huius laudis peruenturum: tum vero probitas mihi tua viſa eſt, ſemper amabilis, ac ea in primis animi altitudo qua reiectis patriis nationibus in Latiū te atq; ad Italiā conſequendę ac fruēdę humanitatis cauſa retuliſti. ſed hęc ſatis iā nota omnibus eſſe & teſtata debēt. Qđ de Celſo durius ferre viſus es, ignoſco equidē, nec reprehēdo iuſtam iracundiam. Verum ille præclariſſimę indolis adoleſcēs ſubita morte ereptus patriæ atq; ſuis, multorū ſpē quę de eius futu

in diſcrimē veniendū ſit,ciuiles accidūt diſſenſiones & comes glorię obtrectatio, oratio etiā quādoq; aſperior: verū ea citra facinus,q̄q̄ ego te ſi ad eā prouinciā dediſſes, ſpē maximam obtinebā ſopitū iri facile omnis illas inuidiæ tēpeſtates prudentia tua.nihil enim ęque atq; facilitate & patiētia frangitur cōtumacia,& ea demū in magnā gloriā vertit, ſi qui vti ſciunt quod qui ignorāt,ij nō fortunę culpā accuſent ſed reprehēdāt ſuam. Te quidē optimis literis, honeſtiſſimis artibus prędıtum,ciuitatis eius ciuē ob honorē virtutis factū, e qua in omnē terrarū orbē totius humanitatis & ſapientiæ non magis pręcepta q̄ exempla redundarūt, attollere animū decet ſupra huiuſmodi iniurias,& omnē leuitatem virtuti obtrectantium, animi tui conſtantia inferiorē ducere. Quare ſi in eā ſententiam te contuleris, vt tibi illuc adeundū,oblatumq; negociū ſuſcipiēdū videatur eſſe, quid dignitatis tuę ſit ſtatues ipſe.nō enim audeo monere te in hoc vel hortari,aut ſi id quoq; noſtrę amicitię ratio poſtulat, ſatis a me ſuperioribus literis factum eſſe arbitror. capiti quidem & ſaluti tuę nullum inde periculum impendere,& ego certum habeo,& tibi fidendi author ſum. Nā de emolumēto quod quęris,ſpero confici poſſe in annuū ſtipendiū, aureū nummū ad quadringenties. Quod mehercule rarū auditu eſt, vel mirabile potius in hoc genere docendi,ſed tāta eſt opinio tui,no-

ſtris quoq; & aliorum teſtimonijs corroborata, vt videanť qui te expetunt, quo volemus adduci poſſe.in quo ampli⁹ etiam contendemus q̃ diximus , vbi certum ſcierim⁹ quid tibi deniq; de ea re fuerit conſtitutum. Nam vt cõſti tuas primo quoq; tempore, ne diuti⁹ illi a me expectatione ſuſpenſi teneanť, te vehemẽter rogo. Quodcũq; certe conſtitueris,id iudicabo rectum. De oratione tua ꝙ ęgre vulgatã fers, agnoſco vim iudicij tui:ſperas enim te melius ſcribere & accõmodatius poſſe.res quidem ipſa pleniſſima laudis fuit, nec a me ſcriptũ quicq̃ quod aſſentationi ſit q̃ veritati propius. neq; eo nũc dico quin in ea nonnulla inſint q̃ diligentius perpoliri poſſe videãtur:ſed totũ illud ꝓclarũ eſt & ingenio & copia,& ꝙ maxime mouendis affectib⁹ tua omnium celebrationẽ & laudem meruit oratio. Quocirca bono te animo eſſe volo,itaq; exiſtimare,ſi quid in me veri & recti eſſe putas,fuiſſe eã rẽ tibi gloriæ. Cætera,ſiqua reſtant,cũ ocium erit ſcribemus ad te vberius.nã vt nunc ſe res habet,ſcito nullũ mihi diẽ a publicis vacare curis, vt ne ſubciſiuis quidẽ,quod aiunt, horis ad mea exoptata ſtudia mihi detur reditus. ſed hoc deus viderit. Bembo meo , quẽ auide expecto, plurimã meis verbis ſalutem dic:itemq; Nicolao Teupolo.Vale.Sexto Calen.Mart.Die biſſextili.

IACOBVS SADOLETVS CHRISTOPHORO LONG. S.

TAntum literas tuas acceperã Venetijs datas,cũ has ad te exaraui tertio loco. Nam binas antea ſcripſeram:vnas te ꝓuocans,& de ijs quæ poſt tuum diſceſſum acciderant certiorẽ te faciẽs:alteras ad illas Lugdunẽſis tuas,quarum exempla tibi miſi, poſteaq̃ non mediocri mea cum moleſtia ad te nõ fuerant allatę:ſed & ad Budęum ſuas,eodem item exemplo.quęſo accipe in bonam partem,neve tabellariorum negligentiam meæ culpæ aſcribito. Lælius onus receperat curaturum ſe vt recte redderẽtur.Quæ de Bembi noſtri humanitate erga te & liberalitate ſcribis, mihi noua non ſunt.eſt enim ille vir omnibus numeris abſolutus,princeps optimarum artium:cui te contubernalem factum & mehercule lætor, & ſubinuideo vobis tamẽ ſuauitatem cõgreſſus ſermonũq; veſtrorum. Pontifex te ad vrbem expectabat,ex meq; de reditu tuo percontatus eſt.incidit eñ ſæpe vt de te habeatur mentio ab illo ſane perhonorifica,& plena amicæ volũtatis.quare ad eundem ſcribas plane conſulo. Orationem tuam ſi huc miſeris, legetur ea & a me & ab ipſo ſummo Principe perlibenter. ego ex plurimis occupationibus quibus hoc tempore vrgeor,hoc tempus eripui reſpondẽdi tibi,idq; raptim.tu ignoſces literis perperã ſcriptis,meq; amabis,& iſtis omnibus ſalutem a me dices.Ex Vrbe.iiii.Non.Ian.

IACO.SAD.CHRIST.LONG. S.

MI Longoli ſalue. Primũ putaui ſcribi a me tibi oportere, ſi quid eſſet quod intereſſe tua arbitrarer: deinde quid ipſe ſentirem adiungendũ eſſe. Scis Florentiã quãta ſit ciuitas, vt celebritate frequẽtiſſima, ingeniis nobiliſſima. Quod ergo in ea vrbe mẽs eſt & conſiliũ totius ciuitatis, incredibile eſt q̃ te vnũ ad illam præclaram iuuentutem optimis artibus publico munere inſtruẽdam appetat. in quo non iudicio hercule illi fallũtur: ſed de tua volũtate dubitant. Cũ igitur qui apud me authoritate plurimum poſſunt, cõtendiſſent a me, vt de te per literas ſciſcitarer qui tuus eſſet in hac re ſenſus: feci libẽter vt illorum volũtati morẽ gererẽ, & ſiue cõditionẽ accepiſſes, magno cũ honore & emolumẽto tuo illuſtriſſimæ ciuitati eſſet ſatisfactum: ſiue repudiaſſes, gauderes tamẽ talia de te tã honorifica fieri iudicia, percrebuit eñ opinio multorũ quoq; teſtimonio & authoritate corroborata, te vnum eſſe hoc tempore cuius in literis eruditio tãta ſit, vt nihil vltra optari debere videatur: tanta in poſterũ expectatio, vt quod nũc obtines doctrinę, parua portio, quę vt cõſecuturus es exiſtimetur. non igitur mirũ eſt ſi te quẽ talẽ eſſe crediderunt, ſuę reip. cõmodo natũ optauerũt. Quantũ aũt ſit fundamentum bene moratæ & ſapientis ciuitatis, ab optimo magiſtro iuuentutis eruditio, ſcimus omnes. itaque te eo accedere ſumma ope exoptãt, nec exiguis hoc

quidem,ſed ampliſſimis oblatis præmiis: quæ mihi non viſa ſunt ſcribenda,donec de volũtate tua habuero exploratum.Quid autem tibi author ſim in hac re vti facias,ego mehercule hæreo:non enim bene habeo cognitum quem tu vitæ tuę vniuerſæ propoſuiſti finem ſi enim nihil aliud q̃ literas, vt miſſa faciam officia boni viri,quę in omni ſtatu & cõditione vitæ vſurpanda ſunt:non arbitrarer alienum ſubire te hoc oneris,quod ſtudiis tuis cõſentaneum,plurimis hominibus vtile eſt futurum:bene enim de humano genere mereri in primis nobis optabile eſſe debet.Honor vero in hoc negocio is,cum quo iuncta ſit quædam Italiæ cõtumelia,accerſitum trans alpeis qui latinas literas in latio ipſo conſerat: quo quidem nomine ſuperba futura eſt Gallia.Sed ego latinitatem virtuti non patrię,acceptam ferendam puto.Tu quid tibi expediat melius & prudentius,quod ſtatueris quidem non ſolũ probabo tacitus: ſed vt optime deliberatum apud omnes defendam. Cupiebam plura, ſed occupationes interpellant.ignoſces meę in ſcribendo incuriæ, cum ad virum doctiſſimum ſcribenti ſumma adhibenda diligentia ſit.Vellem equidem ipſe:ſed negocia me non ſinũt. Tu vale,& me dilige.Romæ.vi.Calend. Februar. Erit tuæ humanitatis quamprimum ad me reſcribere.

ALEX.PAC.IV.MED.CAR. S.

bet.peream male ſi nõ inter legẽdũ,meipſum interdum excitari impellive, nedum perſuaderi ſentio.Sed næ ego parum prudens,quaſi non ineptire videar dum tuis illis aurib9 atticiſſimis noſtri quicq̃ iudicij affero, de eo præſertim viro q nec laude noſtra melior,nec vituperatione deterior videri poteſt. ſed velim mihi vel ob id etiam libenter ignoſcas. nolui plane hoc tempore quando ad te eius orationem remiſi,alienæ gloriæ noſtro ſilentio inuidiſſe. Quare Longolium cũ primis cæteroſq; bonis ſtudijs incumbentes complecti non deſiſtito,ac quod ſemper feciſti,aſſidue iuuato.Peculiaris enim hęc eſt propriaq; veſtra laus,quaſi quædam Medi.Fami. prærogatiua ſit, qua longe principes alios excellitis,bonas ſemper artes quacunq; ratione vel iniquis etiam temporibus fouiſſe. Vale. Ex Decimano noſtro. Idibus Sextilis.

FINIS.

In Typographia Iodoci Badij Aſcenſij impenſis eius & Ioannis Roigny,in Pariſiorum Academia. Menſe Octobri.
M.D.XXXIII.

Scheda

Progetto
Colloc.:

Interve
Spolvera
misura d
Smontag
ricollatu
Cucitura
Ingres, i
cuciti su
Canson
Sul dors
Cartella
original

Laborat
Progetto
Operato
Data del